Digitized by Google

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK G
900000165741
Digitized by Google

Digitized by Google

Jun 24 1

Digitized by Google

H. m. 13.

Digitized by Google

5. joh [illegible] 1801 Dresde

Digitized by Google

STEPHANI ALEXANDRI WÜRDTWEIN
EMINENTISS. AC CELSISS. ARCHIEP. ET ELECTORIS MOGUNT.
CONSILIARII ECCLES. ET FISCALIS MAJORIS, INSIGNIS ECCLESIAE
COLLEG. B. M. V. AD GRADUS DECANI, ACADEMIAE
THEODORO-PALATINAE SOCII

DIOECESIS MOGUNTINA
IN
ARCHIDIACONATUS
DISTINCTA
ET
COMMENTATIONIBUS DIPLOMATICIS
ILLUSTRATA,

TOMUS I.

QUI CONTINET DIPLOMATA
CCLXXV.

MANNHEMII,
TYPIS ACADEMICIS,
MDCCLXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

P R Æ F A T I O.

In Opus arduum adgredior & difficile, dum ampliſſimæ diœceſis Moguntinæ limites, prout ad medii ævi finem plerumque extiterant, inquirere allaboro.

Metam præfixam me certiùs aſſecuturum confido, ſi ſingulos eccleſiæ noſtræ Archidiaconatus è ruinis excitatos ob oculos ponam, non ſecùs ac illi, qui, ut genuinam Germaniæ antiquæ faciem exhibeant, priſcos comitatus & pagos eruere operâ plus quàm Herculeâ moliuntur.

Archidiaconatûs cujusque ſitum à pagis, utpote viciſſitudini tam facilè non obnoxiis nominare libuit.

In aprico eſt: Præpoſituris eccleſiarum annexos eſſe Archidiaconatus; ſinguli vix non vaſtitate epiſcopatus adæquant.

Præpositi metropolitanæ regio archidiaconalis per pagos *Huneſruech*, *Navenſem* & *Wormatienſem* protenditur *.

Archidiaconi majoris Archipresbyter in *Megunzer marca* (marca Moguntina) & *Wormazfeldun* pagos & oppida numerat, quibus jurisdictione præeſt.

---

* De pagis confer. Reverendiſſimus Abbas *Beſſelius in Chron. Gottwic. p. 527. Paullini* de *Pagis Germaniae*, Illuſtriſſimus ab *Hontheim* in *hiſt. Trevir. diplom.* Tom. 1. pag. 66 & 67. & *Acta academiae Theodoro-Palatinae Tom. 1. p. 243.* ubi Cl. *Lamejus* pagum Wormatienſem elucidavit.

Digitized by Google

Archidiaconus ecclesiæ collegiatæ B. Mariæ Virg. in campis in pagis *Wormacienſi* & *Navenſi*.

S. Victoris in pagis *Wormatienſi* & *Rhinenſi*.

SS. Petri et Alexandri Aschaffenburgensis in pagis *Plumgowe*, *Moynegow* (huc refero *Bachgawe* & *Rothgawe*) nec non *Tubergowe*.

S. Petri in pagis *Kunigeſundra* (in hodierno dominio *Wisbaden* & *Epſtein*) & *Nitenſi*. vid. *Joann. rer. Mog*. Tom. II. pag. 531. ubi *Cunagisſunderun*.

S. Mauritii in pago Rheni (*Rhingavia*) *Renicgowe*.

B. Mariæ Virg. ad Gradus in *Wetteravia*, *Wetereiba*.

Archidiaconus S. Stephani, S. Joannis & S. Petri Frideslariensis in *Haſſiâ*, Haſſonum pago, terrisque vicinis.

S. Martini Heiligenstadensis &c. in *Eichsfeld*, *Eichesfelden*.

Archidiaconus Gothanus Jecheburgensis, Bebracensis & Erfordiensis in Thuringia ſua erexêre tribunalia.

Plura Præpoſitos venerabantur collegia, qui verò vel Archidiaconi non fuêre, vel intra ſua continebantur oppida vel quorum tractus aliis detegendos lubens relinquo.

De ſupra nominatis deinceps acturus haud pauca regiſtra archidiaconalia ab antiquitate veneranda in lucem edam, & his aliisque documentis ineditis paſſim ex originali deſumptis telam pertexere conabor.

Statum quarundam eccleſiarum ſubin recenſeo, à duobus retro ſeculis immutatum; hunc verò interturbare neutiquam intendo, ſed tantùm publicæ rei labore iſthoc literario fideliter inſervire.

Super-

Supereſt, ut de Archidiaconorum officio & prærogativis pauca præmittam:

Innocentius III. *cap.* 7. *ad haec nos* de *offic. archidiac.* rem ita delineat: „ Archidiaconus ſecundùm „ Romani ordinis conſtitutionem major poſt epiſcopum „ & ipſius epiſcopi vicarius reperitur; imperat ſubdia-„ conis & Levitis. Subjacent ejus jurisdictioni Archi-„ presbyteri, qui à pluribus Decani nuncupantur. So-„ licitudo parœciarum, earumque ordinatio, cura cle-„ ricorum & eccleſiarum ad eum pertinet. Inſtitutio „ corporalis tam ſuper beneficiis quàm etiam dignitati-„ bus ei competit. Examinat clericos ad ſacros ordi-„ nes promovendos & beneficiis eccleſiaſticis præficien-„ dos, eosque dein epiſcopo præſentat. Decanos rura-„ les cum epiſcopo eligit & amovet.

Cap. 9. „ Abbates & abbatiſſas in ſede ponit. „

Cap. 2. „ Evangelium legit aut alicui de diaconis „ præcipit legendum & Epiſcopo miſſam canente officium „ eccleſiaſticum ordinat. Spectat quoque ad eum cu-„ ſtodia vaſorum eccleſiæ *cap.* 3. tandem: „ De tertio „ in tertium annum, ſi Epiſcopus impediatur, parœ-„ ciam univerſam circumit & cuncta quæ emendatione „ indigent, ad vicem ſui epiſcopi corrigit & emendat, „ niſi fortè talis cauſa emerſerit, propter quam ipſum „ oporteat eccleſias ſuas ſæpiùs viſitare. *Cap.* 1. & 6. „ hinc audire debet jurgia ſingulorum. Oculus dein „ Epiſcopi compellatur per omnem epiſcopatum longè „ lateque proſpiciens. „

Hæc de jure communi, quod pro varietate provinciarum variatur. Pars muneris Archidiaconalis præcipua erat diœceſis viſitatio, quam oportebat magnâ cum ſedulitate peragere nomine Epiſcopi; huic enim concilium

lium *Spalenſe cap. 4.* demandat: „ ut ſingulis annis pa-
„ rochiam ſuam circumeat, populumque confirmet ac
„ doceat & ea quæ vitanda ſunt prohibeat & ea quæ
„ agenda ſunt, utiliter agere ſuadeat. „ De Epiſcopis
autem qui raro aut nunquam per ſe ipſos plebes ſibi
commiſſas viſitant ſic concilium *Meldenſe cap. 5.* „ Ut
„ epiſcopi qui plebes ſibi creditas aut rarò aut nunquam
„ per ſe ipſos viſitant, juxta ordinem Evangelicum at-
„ que eccleſiaſticum, cum Dominus Moſi dicat: *Specu-*
„ *latorem dedi te domui Iſrael & audies ei ore meo*
„ *verbum & annuntiabis eis ex me* &c. à comprovin-
„ cialibus Epiſcopis acrius corripiantur. „ Præſcribit
quoque concilium *Toletanum*, ut Epiſcopus cum paucis
ſuam parochiam circumeat, ita enim *cap. 5:* Cum Epi-
„ ſcopus ſuam diœceſim viſitat, nulli præ multitudine
„ oneroſus exiſtat, nec unquam quinquagenarium nu-
„ merum evectionis excedat, aut amplius quam una
„ die per unamquamque Baſilicam remorandi licentiam
„ habeat. Et *cap. 6:* Quodſi Epiſcopus aut languore
„ detentus aut aliis occupationibus implicatus viſitatio-
„ nem diœceſeos explere nequiverit, presbyteros pro-
„ babilis vitæ aut diaconos mittat, qui reditus Baſilica-
„ rum & reparationes & miniſtrantium vitam inqui-
„ rant. „ Qualis dein præparatio ipſi viſitationis nego-
tio fuerit præmittenda ex concilio *Rotomagenſi* diſci-
mus, quod *cap. 11.* „ Cum epiſcopus ſuam diœceſim
„ circuit, Archidiaconus vel Archipresbyter eum præi-
„ re debet uno aut duobus diebus per parochias quas
„ viſitaturus eſt. Et plebe convocata, annunciare de-
„ bet proprii paſtoris adventum; & ut omnes, exceptis
„ infirmis ad ejus ſynodum die denominata impræter-
„ miſſe occurrant & omnimodis ex autoritate ſanctorum

„ cano-

Digitized by Google

„ canonum præcipere & minaciter denunciare debet, „ quod ſi quis absque gravi neceſſitate defuerit, procul „ dubio à communione Chriſtiana ſit repellendus. Deinde accitis ſecum presbyteris, qui in illo loco ſervitium „ debent exhibere Epiſcopo, quidquid de minoribus & „ levioribus cauſis corrigere poteſt, emendare ſatagat, „ ut Pontifex veniens nequaquam in facilioribus nego„ tiis fatigetur, aut ſibi immorari amplius neceſſe ſit „ ibi, quam expenſa ſufficiat. Ait enim Dominus ad „ Moſen de hujuſcemodi cooperatoribus: *Ut tecum*, „ inquit, *ſuſtentent onus populi & non tu ſolus grave„ ris.* Et beatus Joannes Baptiſta ad ventum Domini „ præcurrit prædicando dicens: *Poenitentiam agite* &c. „ & item: *Parate viam Domino.* Siquidem Epiſcopus „ vicem Chriſti agere videtur, & ideo cum gaudio, ti„ more & ſumma reverentia à plebibus ſibi ſubjectis ſu„ ſcipiendus eſt; ut illis cum laude dicatur, quod Apo„ ſtolus diſcipulis dicit; *teſtimonium* inquit *vobis per„ hibeo, quod ita ſuſcepiſtis me ſicut angelum Dei ſicut „ Dominum Jeſum.* Quâ ratione dein ulteriùs in ipſâ ſynodo procedendum? multis innuit conſtitutio *Eutychiani Papae cap. 9:* „ Epiſcopus in ſynodo reſidens „ poſt congruam allocutionem ſeptem ex plebe ipſius „ parochiæ vel eo amplius, prout videri expedire, ma„ turiores, honeſtiores atque veraciores viros in me„ dium debet evocare, & allatis Sanctorum pignoribus „ unumquemque illorum tali Sacramento conſtringat.

Juſjurandum ſynodale.

„ A modò in antea, quicquid nôſti aut audiſti, aut „ poſtmodum inquiſiturus es, quod contra Dei volun„ tatem & rectam Chriſtianitatem in iſta parochia fa-

„ ctum

„ ctum ſit aut futurum erit, ſi in diebus tuis evenerit, „ tantum, ut ad tuam cognitionem quocunque modo „ perveniat, ſi ſcis, aut tibi indicatum fuerit ſynodalem cauſam eſſe & ad miniſtetium Epiſcopi pertinere, „ quod tu nec propter amorem, nec propter timorem „ nec propter prœmium, nec propter parentelam ullatenus celes Epiſcopum aut ejus miſſum cui hoc inquirere juſſerit, quandocunque te ex hoc interrogaverit; ſic te Deus adjuvet & iſtæ ſanctorum reliquiæ.

Juramentum coeterorum.

„ Iſtud Sacramentum, quod iſte juravit de ſynodali „ cauſa, quod tu illud ex te ita obſervabis, in quantum ſapis, aut audiſti, aut ab hac die in antea inquiſiturus es, ſic te Deus adjuvet, &c.

Poſt datum Sacramentum Epiſcopus illos, qui juraverunt ita alloquatur:

„ Videte fratres ut Domino reddatis juramenta ve„ ſtra; non enim homini jurâſtis, ſed Deo creatori veſtro. Nos autem qui ejus miniſtri ſumus, non terrenam ſubſtantiam veſtram concupiſcimus, ſed ſalutem „ animarum veſtrarum requirimus. Cavete ne aliquid „ abſcondatis & ex alterius peccato veſtra fiat damnatio.

Prima interrogatio Epiſcopi aut ejus miſſi.

„ Eſt in hac parochia homicida qui hominem aut „ ſpontanea voluntate aut cupiditatis aut rapacitatis „ cauſa, aut caſu aut nolens aut coactus aut pro vindicta parentum aut in bello aut juſſu Domini aut proprium ſervum occiderit?

Interro-

Digitized by Google

Interrogatio II.

„ Eſt aliquis parricida, aut fratricida, qui patrem, „ matrem, ſororem, fratrem, avunculum aut aliquem „ parentum interfecerit?

Interrogatio III.

„ Eſt aliquis qui presbyterum aut diaconum aut „ aliquem clericorum occiderit vel aliquo membro de- „ truncaverit?

Interrogatio IV.

„ Eſt aliquis vel aliqua, qui infantem proprium op- „ preſſerit vel veſtimentorum pondere ſuffocaverit, & „ ſi hoc factum eſt ante baptiſmum aut poſt baptiſmum „ aut ſi infans infirmatus per negligentiam parentis abſ- „ que baptiſmo obierit?

Interrogatio V.

„ Eſt aliquis vel aliqua qui alterius partum excuſ- „ ſerit vel ſi ipſa fœmina propriâ voluntate ſuum par- „ tum vel conceptum excuſſerit & abortivum fecerit?

Interrogatio VI.

„ Eſt aliqua fœmina quæ in fornicatione conci- „ piens, timens ne manifeſtaretur, infantem proprium „ aut in aquam projecerit aut in terra occultaverit, „ quod *morht* dicunt?

Interrogatio VII.

„ Eſt aliquis qui uxorem ſuam abſque lege aut cer- „ ta probatione interfecerit?

Interrogatio VIII.

„ Eſt aliqua fœmina quæ virum ſuum vel aliquem „ hominem per herbas venenatas vel mortiferas potio- „ nes interfecerit vel alium hoc facere docuerit?

Digitized by Google

Iuterrogatio IX.

„ Eſt aliquis vel aliqua qui hoc fecerit vel alium fa-
„ cere docuerit ut vir non poſſit generare, vel fœmina
„ concipere?

Interrogatio X.

„ Eſt aliquis qui proprium ſervum extra judicem
„ occiderit & aliqua fœmina quæ ancillam propriam
„ necaverit, furore zeli inflammata?

Intervogatio XI.

„ Eſt aliquis qui diabolo impellente ſemetipſum oc-
„ ciderit?

Interrogatio XII.

„ Eſt aliquis qui in bello publico homines vulnera-
„ verit & neſcit ſi de illo vulnere aliquis perierit; & ſi
„ alicui imputatur, quod hominem occiderit & ipſe
„ hoc denegaverit?

Interrogatio XIII.

„ Eſt aliquis qui in conſilio fuerit ut homo interfi-
„ ceretur & non fuit in facto & tamen per ejus conſi-
„ lium & exhortationem interfectus eſt?

Interrogatio XIV.

„ Eſt aliquis qui truncationes manuum, pedum, lin-
„ guæ & teſticulorum fecerit & oculos alterius eruerit?

Interrogatio XV.

„ Eſt aliquis conjugatus, qui cum alterius uxore
„ adulterium perpetraverit vel uxor cum alterius viro?

Interrogatio XVI.

„ Eſt aliquis uxorem habens, qui concubinam ſimul
„ habuerit ancillam propriam aut aliam fœminam?

Inter-

Digitized by Google

Interrogatio XVII.

„ Eſt aliquis qui uxorem legitimam dimiſerit & al-
„ teri ſe conjunxerit & aliam in conjugium acceperit?

Interrogatio XVIII.

„ Eſt aliqua mulier quæ virum proprium dimiſerit
„ & alteri ſe conjunxerit?

Interrogatio XIX.

„ Sunt aliqui interveniente repudio, qui ab invicem
„ ſint ſeparati & ſic maneant?

Interrogatio XX.

„ Eſt aliquis qui abſque conſenſu uxoris derelicto
„ legitimo conjugio in monaſterium intraverit?

Interrogatio XXI.

„ Eſt aliquis qui ſuam conjugem quamvis culpabi-
„ lem ſine Epiſcopi judicio reliquerit?

Interrogatio XXII.

„ Eſt aliqua mulier, quæ conſcio viro ſuo fornicata
„ fuerit?

Interrogatio XXIII.

„ Eſt aliquis uxore carens, qui cum alterius con-
„ juge fornicatus fuerit, aut ſi qua mulier non habens
„ virum cum alterius marito?

Interrogatio XXIV.

„ Eſt aliquis non habens uxorem qui cum fœmina
„ quæ virum non habet fornicatus fuerit?

Interrogatio XXV.

„ Eſt aliqua laica virgo, quæ mœchata fuerit cum
„ adoleſcente?

Digitized by Google

Interrogatio XXVI.

„ Eſt aliquis qui deſponſatam puellam non duxerit „ & fidem ſponſaliorum fregerit?

Interrogatio XXVII.

„ Eſt aliquis qui alterius ſponſam rapuerit & ſibi „ ſociaverit?

Interrogatio XXVIII.

„ Eſt aliquis qui quamcunque fœminam , virginem „ aut viduam, per raptum traxerit & ſociaverit ſibi in „ matrimonio & ſi aliqui ſunt qui in hoc conſentientes „ & adjuvantes fuerint?

Interrogatio XXIX.

„ Eſt aliquis qui cum Judæa vel ſi Judæus vel paga- „ nus cum aliqua Chriſtiana mœchatus fuerit?

Interrogatio XXX.

„ Eſt aliquis qui ſanctimonialem vel viduam Deo „ ſacratam rapuerit & in conjugium ſumpſerit vel ipſis „ conſentientibus cum eis fornicatus fuerit?

Interrogatio XXXI.

„ Eſt aliquis qui vivente marito conjugem illius „ adulteraſſe accuſatur & eo in proximo defuncto éan- „ dem ſumpſiſſe dinoſcitur.

Interrogatio XXXII.

„ Eſt aliqua mulier quæ dicat quod vir ejus non poſ- „ ſit cum ea coire & ob hanc cauſam diſcidium quærit „ & alium virum velit accipere?

Interrogatio XXXIII.

„Eſt aliquis qui cum commatre ſpirituali mœchatus „ fuerit vel eam in matrimonium acceperit, ſimiliter-

„ que

Digitized by Google

„ que cum filiola qnam ex ſacro fonte ſuſceperit, aut
„ ante Epiſcopum tenuit?

Interrogatio XXXIV.

„ Eſt aliquis qui propinquam & conſanguineam
„ ſuam in matrimonium accepit aut cum eâ fornicatus
„ eſt?

Interrogatio XXXV.

„ Eſt aliquis qui irrationabiliter id eſt contra natu-
„ ram cum maſculis & mutis miſceatur animalibus?

Interrogatio XXXVI.

„ Eſt aliqua mulier quæ lenocinium fecerit?

Interrogatio XXXVII.

„ Eſt aliquis qui in ſua domo conſentit cum propriis
„ ancillis vel genitiariis ſuis adulteria perpetrari?

Interrogatio XXXVIII.

„ Interrogandum ſi aliquis fur aut ſacrilegus ſit in
„ eâdem plebe qui eccleſias Dei infregerit vel aliquid de
„ eccleſia furatus ſit, aut publicè rapuerit vel latenter
„ ſurripuerit; aut ſi aliquis rapax & raptor & damna-
„ tor eccleſiæ Dei eſt?

Interrogatio XXXIX.

„ Interrogandum ſi aliquis perjuris ſit, aut ſi ſciens
„ & pro cupiditate terrena pejeraverit & ſi neſciens aut
„ ſi coactus juſſu ſenioris aut pro membris aut pro vita
„ redimenda, aut ſi aliquis ſcienter non ſolum pejera-
„ verit ſed etiam alios in perjurium duxerit?

Interrogatio XL.

„ Interrogandum ſi aliquis ſcienter contra aliquem
„ falſum teſtimonium protulerit & quale damnum ali-
„ quis per hanc teſtificationem habuerit?

Digitized by Google

Interrogatio XLI.

„ Interrogandum ſi aliquis hominem liberum aut „ ſervum alterius aut peregrinum aut adventicium furatus fuerit aut eum blandientem ſeduxerit & vendiderit & extra patriam in captivitatem duxerit aut ſi „ aliquis Judæo vel pagano Chriſtianum mancipium „ vendiderit aut ſi ipſi Judæi Chriſtiana mancipia in ſuo „ ſervicio habeant vel vendant?

Interrogatio XLII.

„ Interrogandum ſi aliquis ſit magus, ariolus aut „ incantator, divinus aut ſortilegus vel ſi aliquis vota „ ad arbores vel ad fontes vel ad lapides faciat aut ibi „ candelam ſeu quodlibet munus deferat veluti ibi quoddam numen ſit, quod bonum aut malum poſſit inferre?

Interrogatio XLIII.

„ Perſcrutandum ſi aliquis ſubulcus vel bubulcus „ ſive venator vel cœteri hujusmodi diabolica carmina „ dicat ſuper panem aut ſuper herbas aut ſuper quædam nefaria ligamenta & hæc aut in arbore abſcondat „ aut in bivio aut in trivio projiciat, ut ſua animalia liberet à peſte & clade & alterius perdat?

Interrogatio XLIV.

„ Perquirendum ſi aliqua fœmina ſit quæ per quædam maleficia & incantationes mentes hominum ſe „ immutare poſſe dicat, id eſt, ut de odio in amorem „ aut de amore in odium convertat aut bona hominum „ aut damnet aut ſurripiat? Et ſi aliqua eſt, quæ ſe „ dicat cum dœmonum turba in ſimilitudinem mulierum transformata certis noctibus equitare ſuper quasdam beſtias & in eorum conſortio annumeratam eſſe?

Inter-

Digitized by Google

Interrogatio XLV.

„ Interrogandum ſi aliquis ſanguinem morticinum „ aut dilaceratum à beſtia comederit?

Interrogatio XLVI.

„ Eſt aliquis qui juravit quod Deo contrarium eſt, „ ut fratri nunquam reconcilietur, quod eſt peccatum „ uſque ad mortem.

Interrogatio XLVII.

„ Eſt aliquis qui bibit de liquore in quo muſtela vel „ mus ſive aliquod immundum animal necatum eſt?

Interrogatio XLVIII.

„ Eſt aliquis qui jejunium quadrageſimale vel qua- „ tuor temporum ſive Letaniæ majoris vel rogationum „ ſive indictum ab Epiſcopo jejunium pro quacunque „ plaga non obſervaverit?

Interrogatio XLIX.

„ Eſt aliquis qui bibit aut manducavit aut portavit „ ſuper ſe quo exiſtimaverat ſe Dei judicium perver- „ tere poſſe?

Interrogatio L.

„ Eſt aliquis qui in Calend. Januarii aliquid fecerat, „ quod à paganis inventum eſt & dies obſervavit & lu- „ nam & menſes & horum effectiva potentia aliquid „ ſperaverat in melius aut in deterius poſſe converti?

Interrogatio LI.

„ Eſt aliquis quodcunque opus inchoans, qui ali- „ quid dixerat aut quacunque magica arte aliud fecit, „ niſi ut Apoſtolus docet, omnia in nomine Domini fa- „ cienda? Neque enim dœmones in noſtrum adjuto- „ rium debemus invocare ſed Deum, in collectione ſimi-

„ liter

Digitized by Google

„ liter herbarum medicinalium ſymbolum & orationem
„ Dominicam dicere oportet & nihil aliud.

Interrogatio LII.

„ Quærendum etiam ſi mulieres in lanificiis ſuis vel
„ in ordiendis telis aliquid dicant aut obſervent, niſi ut
„ ſupradictum eſt, omnia in nomine Domini?

Interrogatio LIII.

„ Eſt aliquis qui oblationes id eſt eleemoſynam pa-
„ rentum defunctorum injuſtè retineat?

Interrogatio LIV.

„ Eſt aliquis qui ſupra mortuum nocturnis horis
„ carmina diabolica cantaret & biberet & manducaret
„ ibi, quaſi de ejus morte gratularetur & ſi alibi mor-
„ tui in vigiliis nocturnis, niſi in eccleſia cuſtodiantur?

Interrogatio LV.

„ Eſt aliquis qui non communicet vel tribus tempo-
„ ribus in anno id eſt in Paſcha, Pentecoſte & natali
„ Domini, niſi pro mortiferis criminibus & Epiſcopi
„ vel ſacerdotum judicio à communione fuerit remo-
„ tus?

Interrogatio LVI.

„ Eſt aliquis qui in die Dominica vel in præcipuis
„ feſtivitatibus quicquam operis faciat & ſi ad matuti-
„ nas & ad miſſam & ad veſperas his diebus impræter-
„ miſſe omnes occurrant?

Interrogatio LVII.

„ Eſt aliquis excommunicatus qui pro nihilo duxe-
„ rit excommunicationem & ſi aliquis cum excommu-
„ nicato communicaverit?

Inter-

Digitized by Google

Interrogatio LVIII.

„ Eſt aliquis qui modum pœnitentiæ ſibi injunctum „ non cuſtodierit?

Interrogatio LIX.

„ Eſt aliquis qui patrem aut matrem inhonoraverit „ aut percuſſerit aut maledixerit?

Interrogatio LX.

„ Eſt aliquis qui vomitum poſt acceptam Euchari- „ ſtiam per ebrietatem fecerit?

Interrogatio LXI.

„ Eſt aliquis qui ſuam decimationem Deo & Sanctis „ ejus retraxerit?

Interrogatio LXII.

„ Eſt aliquis tam perverſus & Deo alienus, ut ſal- „ tem Dominica die ad eccleſiam non venerit?

Interrogatio LXIII.

„ Si porcarii & alii paſtores Dominica die ad eccle- „ ſiam non veniant & miſſas non audiant, ſimiliter in „ aliis feſtivitatibus.

Interrogatio LXIV.

„ Eſt aliquis qui ad confeſſionem non veniret, vel „ una vice in anno id eſt in capite quadrageſimæ & pœ- „ nitentiam pro peccatis ſuis non ſuſciperet?

Interrogatio LXV.

„ Eſt aliquis qui aſſiduam ebrietatem ſectetur Apo- „ ſtolo dicente: neque enim ebrioſi regnum Dei poſſide- „ bunt.

Interrogatio LXVI.

„ Eſt aliquis qui contempto ſuo presbytero in aliam

„ parochiam iret ad eccleſiam & ibi communicaret & „ ſuam decimam daret?

Interrogatio LXVII.

„ Inquirendum de mendicis qui per parochiam „ diſcurrunt & ſi unusquisque pauperem de familia ſua „ paſcat?

Interrogatio LXVIII.

„ Interrogandum ſi in unaquaque plebe Decani ſint „ per villas conſtituti, viri veraces & Dominum timen- „ tes, qui cœteros admoneant, ut ad eccleſiam per- „ gant, ad matutinas, miſſam & ad veſperam & nihil „ operis in diebus feſtis faciant & ſi horum quisquam „ transgreſſus fuerit, ſtatim presbytero annuncient, „ ſimiliter de luxuria & omni opere pravo?

Interrogatio LXIX.

„ Eſt aliquis qui bannum Epiſcopi aut presbyteri ſui „ & excommunicationem parvipendit?

Interrogatio LXX.

„ Perquirendum ſi parochiani presbytero ſuo debi- „ tum honorem impendant aut ſi eſt aliquis qui eum „ verbo vel facto inhonoraret & ejus monita ſperneret?

Interrogatio LXXI.

„ Eſt aliquis qui peregrino aut viatori hoſpitium „ contradixerit?

Interrogatio LXXII.

„ Inquirendum eſt, quas feſtivitates colant?

Interrogatio LXXIII.

„ Interrogandum ſi patrini filiolis ſuis ſymbolum & „ orationem Dominicam inſinuent aut inſinuari faciant?

Inter-

Digitized by Google

Interrogatio LXXIV.

„ Perquirendum ſi IV. aut V. vel plures interfece-
„ rint hominem?

Interrogatio LXXV.

„ Eſt aliquis qui contradicit Epiſcopo aut ejus mi-
„ niſtris, ne coloni aut ſervi pro commiſſis criminibus
„ virgis nudi cædantur?

Interrogatio LXXVI.

„ Interrogandum ſi aliquis peregrinum, qui de ſua
„ patria propter paganorum infeſtationem vel perſequu-
„ tionem fugit, hac de cauſa, quia in domo ejus man-
„ ſit & diebus aut annis loco mercenarii illi ſervivit,
„ pro proprio ſervo velit habere & vendere aut dare
„ alicui præſumat?

Interrogatio LXXVII.

„ Eſt aliquis qui injuſta menſura ſuam annonam aut
„ vinum vendat cum Dominus dicat: Æquus ſit tibi
„ modius & æquus ſextarius?

Interrogatio LXXVIII.

„ Denunciandum etiam quàm magnum piaculum ſit
„ uſuras exigere & de alieno fœnore velle diteſcere &
„ quod ſacri canones tales ab eccleſia ejici præcipiant?

Interrogatio LXXIX.

„ Eſt aliquis qui propter cupiditatem Judæum vel
„ paganum interfecerit?

Interrogatio LXXX.

„ Eſt aliquis inſaniens qui aliquem hominem occi-
„ derit?

Interrogatio LXXXI.

„ Eſt aliquis qui arborem ſuccideret & dum operi

Digitized by Google

„ neceſſario inſiſteret, aliquis ſubtus arborem deve-
„ niens improviſe opprimeretur?

Interrogatio LXXXII.

„ Eſt aliquis qui conjurationes & conſpirationes ſe-
„ ctaretur?

Interrogatio LXXXIII.

„ Eſt aliquis qui eccleſiam aut clericum fatigare
„ præſumpſerit?

Interrogatio LXXXIV.

„ Inquirendum de refugis & perfidis clericis & laicis.

Interrogatio LXXXV.

„ Percontandum de confratriis & fraternitatum ſo-
„ cietatibus qualiter in parochia agantur.

Interrogatio LXXXVI.

„ Interrogandum, ſi cantica turpia & riſum moven-
„ tia aliquis circa eccleſiam cantare præſumat.

Interrogatio LXXXVII.

„ Perquirendum ſi aliquis eccleſiam intrans fabulis
„ vacare conſuevit & non diligenter auſcultat divina
„ eloquia & ſi antequam miſſa finiatur de eccleſia exie-
„ rit?

Interrogatio LXXXVIII.

„ Interrogandum ſi oblationem id eſt panem & vi-
„ num viri & fœminæ ad miſſas offerant & ſi non viri
„ conjuges offerant pro ſe ſuisque omnibus ut in canone
„ continetur?

Ita collegit inter ſcriptores Moguntinos numerandus, collegii S. Victoris auctor *Burchardus* Epiſcopus Wormatienſis *in locis communibus*. editis *Coloniae* 1560.

Quæ-

Quænam verò Epiſcopus vel ejus miniſtri viſitatores inquirere debeant circa eccleſiam, presbyteros earumque miniſterium? congeſſit *Regino* quondam Abbas *Prumienſis* in libello de *eccleſiaſticis diſciplinis* & *religione Chriſtianâ*, ſæculo nono exeunte. Sic autem ibidem:

1. „ Inprimis inquirendum eſt, in cujus ſancti ho-
„ nore conſecrata ſit Baſilica vel à quo fuerit conſecrata.
„ Poſt hæc ipſa eccleſia circumſpiciatur, ſi benè ſit coo-
„ perta atque camerata & ne ibi columbæ vel aliæ aves
„ nidificent, propter immunditiem ſtercoris ſive impor-
„ tunitatis inquietudinem.

2. „ Quo metallo ſint ſigna ipſius eccleſiæ.

3. „ Si fœnum, annona aut tale aliquid in eccleſia
„ mittantur.

4. „ Deinde ad altare accedere oportet & contem-
„ plari, qualia ſint indumenta ejus, quot nova & quot
„ vetuſta & qualiter nitida.

5. „ Quo metallo ſint capſæ & cruces coopertæ aut
„ ſi diligenter reconditæ ſunt reliquiæ in altari aut ſi ipſæ
„ capſæ ſeris & clavis munitæ ſunt.

6. „ Quo metallo ſit calix & patena & ſi mundus
„ ſit ab omni ſorde aut ubi reponatur.

7. „ Si corporale ex mundiſſimo & nitidiſſimo linteo
„ ſit & ubi recondatur.

8. „ Si locus ſit in ſecretario aut juxta altare præ-
„ paratus, ubi aqua effundi poſſit, quando hæc abluun-
„ tur & ſi vas ibi dependeat, ubi ſacerdos manus lavet
„ poſt perceptionem corporis & ſanguinis Domini &
„ presbyter, diaconus aut ſubdiaconus ibi primo cor-
„ porale lavet.

Digitized by Google

9. „ Inquirendum , ſi pyxis ſemper ſit ſuper altare „ cum ſacra oblatione ad viaticum infirmis.

10. „ Si miſſalem , plenarium , lectionarium & antiphonarium habeat , nam ſine his miſſa perfectè non „ celebratur.

11. „ Videndum etiam , quot alii libri ibi ſint & an „ benè ſint retiati; quoț & qualia veſtimenta ſacerdotalia ibi ſint & ſi ſint nitida aut in nitido loco collocentur.

12. „ Requirendum de luminaribus ipſius eccleſiæ „ & quot cerarios habeat.

13. „ Inveſtigandum , ſi habeat ipſa eccleſia manſum „ habentem bonvaria duodecim , præter cimiterium & „ curtem , ubi eccleſia & domus presbyteri continetur „ & ſi habeat mancipia quatuor.

14. „ Quot manſos habeat ingenuiles & quot ſerviles, aut accolas unde decima reddatur.

15. „ Conſiderandum etiam , ſi atrium eccleſiæ ſit „ ſepe munitum, ne aliqua immunditia polluatur.

De vita & converſatione Presbyteri.

16. „ Inquirendum, ſi presbyter cellam habeat juxta eccleſiam aut ſuſpicioſa in circuitu oſtiola ſint.

17. „ Si ſuſpicioſus de aliqua fœmina ſit, aut in ſua „ domo aliquam ſubintroductam habeat mulierem.

18. „ Si viſitet infirmos, ſi eos reconciliet, ſi eos „ ungat oleo ſancto juxta Apoſtolum, ſi eos propria manu communicet & non per quemlibet laicum. Si tradat communionem laico aut fœminæ, ad deferendum „ infirmo, quod nefas eſt.

19. „ Si pro baptizandis infantibus, pro infirmis reconciliandis vel mortuis ſepeliendis prœmium vel munus exigat.

20. „ Il-

Digitized by Google

20. „ Illud ſuper omnia perſcrutandum ſi ſine baptiſ-
„ mo per negligentiam presbyteri aliquis infans in paro-
„ chia mortuus eſt.

21. „ Si per domos extra eccleſiam miſſam cantet.

22. „ Si ſit ebrioſus vel litigioſus.

23. „ Si arma ferat in ſeditione.

24. „ Si canum aut avium jocis deſerviat.

25. „ Si in tabernis bibat.

26. „ Si clericum habeat, qui legat epiſtolam vel
„ lectionem & qui ad miſſam reſpondeat & cum eo Pſal-
„ mos cantet.

27. „ Si nocturnis horis ad matutinas laudes perſol-
„ vendas omni nocte ſurgat.

28. „ Si primam, tertiam, ſextam, nonam certo
„ tempore ſigno eccleſie denuntiet & curſum debitum
„ cantet.

29. „ Si miſſarum ſolemnia non ante horam tertiam
„ celebrentur.

30. „ Si presbyter, quod abſit, poſtquam cibum
„ aut potum ſumpſerit, miſſam celebrare præſumat.

31. „ Si thuribulum habeat & incenſum in ſacrifi-
„ cio Domini offerat.

32. „ Si verbum Domini populo adnuntiet.

33. „ Si tempore ſtatuto id eſt circa horam tertiam
„ diei, miſſam celebret & poſt hæc ad medium diem je-
„ junet, ut hoſpitibus atque peregrè venientibus, ſi ne-
„ ceſſe fuerit, poſſit miſſam cantare.

34. „ Si curam pauperum ac peregrinorum & or-
„ phanorum habeat, eosque juxta poſſibilitatem ſuam
„ ad ſuum prandium invitet.

35. „ Si aquam benedictam omni die Dominico an-
„ te miſſarum ſolemnia faciat in vaſe nitido & tanto mi-

„ niſterio

Digitized by Google

„ niſterio convenienti, de qua populus intrans eccleſiam
„ & ſtans in eccleſia aſpergatur.

36. „ Si calicem, patenam vel veſtimentum ſacer-
, dotale aut librum præſumat tabernario vel negotiatori
„ in vadium dare.

37. „ Si xenium vel quodcunque emolumentum
„ temporale, imò detrimentum ſpirituale à quocunque
„ publice peccante vel inceſtuoſo accipiat, ut Epiſcopo
„ vel ejus miniſtris peccatum illius reticeat.

38. „ Si aliquem minùs dignè pœnitentem, favoris
„ aut familiaritatis aut conſanguinitatis gratia ad recon-
„ ciliationem adducat & ei teſtimonium reconciliationis
„ ferat.

39. „ Si quando ad anniverſarium diem triceſimum,
„ ſeptimum vel tertium alicujus defuncti vocatus fuerit,
„ ſe inebriare præſumat & precari in amore Sanctorum
„ vel ipſius animæ bibere, vel alios ad bibendum coge-
„ re, vel ſe aliena precatione ingurgitare & plauſus &
„ riſus inconditos & turpia joca & cantus indecentes fa-
„ cere præſumat.

40. „ Si nihil patrimonii habens quando provectus
„ eſt ad dignitatem eccleſiaſticam, poſtea emit prædia,
„ cujus juris ſint.

41. „ Si uſuras exigat & conductor ſenioris exiſtat.

42. „ Si miſſam cantat & non communicat.

43. „ Si fœminam ad altare permittas accedere, &
„ quod non licet, calicem Domini tangere.

44. „ Si per pecuniam fuerit ordinatus vel ipſam in
„ qua cantat, pretio obtinuerit eccleſiam.

45. „ Si aliam ante habuerit eccleſiam & ea dimiſſa
„ ad aliam quæſtus cauſa migraverit.

„ 46. Si

Digitized by Google

46. „ Si plures teneat eccleſias ſine aliorum presby-
„ terorum adjutorio.

47. „ Si in alterius parochia miſſam cantat abſque
„ compresbyteri voluntate vel rogatu.

48. „ Si decimam ad alterum pertinentem reci-
„ pit.

49. „ Si pœnitentem invitat carnem manducare,
„ bibere vinum, niſi pro eo ad præſens eleemoſynam
„ fecerit.

50. „ Si cartas ſcribat vel ſui ſenioris conductor
„ exiſtat.

51. „ Si indifferenter baptizet.

52. „ Si non habet fontes lapideos vel aliud vas ad
„ hoc præparatum in quo nihil aliud fiat.

53. „ Si orationem Dominicam & ſymbolum omni-
„ bus ſuis parochianis inſinuatum habeat.

54. „ De Litania majore.

55. „ De rogationibus.

56. „ Si jejunium quatuor temporum anni plebi
„ omnimodis obſervandum adnuntiet.

57. „ Si feria quarta ante quadrageſimam plebem
„ ſibi commiſſam ad confeſſionem invitet & ei juxta
„ qualitatem delicti pœnitentiam injungat, non ex cor-
„ de ſuo, ſed ſicut in pœnitentiali ſcriptum eſt.

58. „ Si tribus temporibus anni id eſt natale Domi-
„ ni, Paſcha & Pentecoſten omnes fideles ad commu-
„ nionem corporis & ſanguinis Domini accedere admo-
„ neat.

59. „ Si illud etiam admoneat, quibus temporibus
„ conjugati ſe abſtinere debent à propriis uxoribus.

60. „ Ut nullus clericus ad nuptias pergat.

61. „ Si de oblationibus quæ à populo offeruntur

Digitized by Google

„ die Dominica & in diebus feſtis, expleta miſſa, eulo-
„ gias plebi tribuat.

62. „ Si ſine ſtola vel orario in itinere incedat.

63. „ Si poſtponens clericalia veſtimenta, laicalibus
„ utatur indumentis.

64. „ Si aquam cum vino miſceat in ſacrificio Do-
„ mini.

65. „ Si expleta miſſa reliquum corporis & ſangui-
„ nis Domini ipſe presbyter cum timore & reverentia
„ ſumat. Et ſi diaconum aut ſubdiaconum non habet,
„ ipſe manu propria calicem & patenam abluat atque
„ abſtergat.

66. „ Si absque alba aut cum illa alba qua in ſuos
„ uſus quotidie utitur, miſſam cantare præſumat.

67. „ Si de decimis quatuor fiant portiones.

68. „ Si rem eccleſiæ aut poſſeſſionem aut manci-
„ pium vendere, commutare aut quocunque ingenio
„ alienare præſumpſerit.

69. „ Si diem Dominicum & alias feſtivitates abs-
„ que opere ſervili à veſpera in veſperam celebrare do-
„ ceat.

70. „ Si plebem admoneat ut in atrio eccleſiæ ne-
„ quaquam cantent aut choros mulierum ducant, ſed
„ eccleſiam ingredientes verbum Dei cum ſilentio au-
„ diant.

71. „ Si carmina diabolica quæ ſuper mortuos no-
„ cturnis horis ignobile vulgus cantare ſolet & cachin-
„ nos quos exercent ſub conteſtatione Dei omnipoten-
„ tis prohibeat.

72. „ Si offerentes inſtruat ut candelam vel quid-
„ quid aliud ad altare deferre placuerit, ante miſſam
„ vel antequam Evangelium legatur, offerant.

Digitized by Google

73. „ Oblationem autem unam tantummodo oblatam ad offertorium pro ſe ſuisque omnibus unusquisque offerat.

Quid ſit à Presbytero requirendum.

74. „ Poſtquam hæc omnia diligenter inveſtigata fuerint, tunc ipſe presbyter ab Epiſcopo vel ejus vicario percunctandus eſt.

75. „ Si ex ingenuis parentibus ſit natus aut ex ſervili conditione.

76. „ Si de eadem parochia aut de alia ſit natus vel ordinatus.

77. „ Si ſit de eadem parochia, inquirendum eſt, à quo Epiſcopo fuerit ordinatus vel ad quem locum pertitulatus.

78. „ Si ſervus eſt oſtendat cartam libertatis.

79. „ Si de alia parochia, oſtendat literas commendatitias, quas *formatam* vocant.

80. „ Si ulla parte corporis eſt imminutus, ſi ſe ipſum abſcidit.

Poſt haec de miniſterio ſibi commiſſo inquirendum eſt.

81. „ Si expoſitionem ſymboli atque orationis Dominicæ juxta traditionem orthodoxorum patrum penes ſe ſcriptum habeat & eam pleniter intelligat & inde prædicando populum ſibi commiſſum ſedulo inſtruat.

82. „ Si orationes miſſarum, præfationem quoque canonis & eundem canonem benè intelligat & memoriter ac diſtinctè proferre valeat.

83. „ Si epiſtolam & evangelium benè legere poſſit atque ſaltem ad litteram ejus ſenſum manifeſtare.

84. „ Si pſalmorum verba & diſtinctiones regulari-
„ ter ex corde cum canticis conſuetudinariis pronuntia-
„ re ſciat.

85. „ Si ſermonem *Athanaſii* Epiſcopi *de fide ſan-*
„ *ctae Trinitatis*, cujus initium eſt: *Quicunque vult ſal-*
„ *vus eſſe*, memoriter teneat & ſenſum illius intelligat
„ & verbis communibus enuntiare ſciat.

86. „ Si exorciſmos & orationes ad catechumenum
„ faciendum ad fontem quoque conſecrandum & reli-
„ quas preces ſuper maſculum & feminam pluraliter at-
„ que ſingulariter diſtinctè & rationabiliter proferre va-
„ leat.

87. „ Similiter ordinem baptizandi ad ſuccurren-
„ dum infirmis.

88. „ Ordinem quoque reconciliandi juxta modum
„ ſibi canonicè reſervatum atque ungendi infirmos, ora-
„ tiones quoque eidem neceſſitati competentes, ſi benè
„ ſcit legere aut memoriter enuntiare.

89. „ Similiter ordinem & preces in exequiis atque
„ agendis defunctorum.

90. „ Si memoriter teneat exorciſmos & benedi-
„ ctiones ſalis, aquæ.

91. „ Si cantum nocturnum atque diurnum noverit.

92. „ Si computum minorem, id eſt, epactas, con-
„ currentes regulares, terminos Paſchales & reliquos
„ ſapiat.

93. „ Si habeat martyrologium ex quo certis die-
„ bus natalitia Sanctorum populo adnuntiet.

94. „ Si habeat quadraginta homilias *Gregorii* &
„ eas ſtudioſè legat atque intelligat. Vel ſi eas habere
„ non poteſt vel ſermonem prædicti Doctoris *de ſeptua-*
„ *ginta diſcipulis à Domino ad praedicandum miſſis* ha-

„ beat

„ beat & diligenter legat & intelligat & cognoſcat ſe ad „ formam ſeptuaginta diſcipulorum in miniſterio eccle„ ſiaſtico eſſe promotum.

95. „ Si habeat *poenitentiale Romanum* vel à *Theo„ doro* Epiſcopo aut à Venerabili presbyterorum *Beda* „ editum; ut ſecundum quod ibi ſcriptum eſt, interro„ get confitentem, aut confeſſio modum pœnitentiæ „ imponat.

Atque hæc de præcipuo Archidiaconorum officio ex antiquitatibus eccleſiaſticis prolixius adducere placuit, ut unica iſta præfatio & reliquis commentationibus ſe invicem ſecuturis ſufficiat.

Tandem illis, qui utilem hanc materiam pro amore patriæ ſuo tempore pleniùs elaborandam in ſe ſuſcipient, amicè ſuggero, ut eccleſias ad unam omnes futuræ editioni inſerere, literis fundationum incorporationum, unionum, præſentationum &c. uberiùs illuſtrare & quemlibet archidiaconatum mappâ geographicâ exornare ſtudeant.

DIOE-

Digitized by Google

DIOECESIS MOGUNTINA
IN
ARCHIDIACONATUS
DISTINCTA.

COMMENTATIO
PRIMA.

DE
ARCHIDIACONATU
ECCLESIAE METROPOLITANÆ
MOGUNTINÆ.

Digitized by Google

§. I.

Præpoſitus eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ (a), præterquam quod tractum Archidiaconalem ſub moderamine eccleſiaſtico (b) tenuerit ampliſſimum (c), gaudet hodiedum jure nominandi Archipresbyterum Moguntinum, (d) qui tum in (e), tum extra urbem in certo diſtrictu (f) actus quosdam jurisdictionis (g) exercet, priſtinæ authoritatis (h) reliquias.

(a) PREPOSITUS NOVI MONASTERIJ Sti *Martini* audit in chartâ juſſu *Lupoldi* A. M. an. 1056. confectâ ſuper prato quodam &c. juxta murum Mogunt. ſito. *Gud. T. I.* p. 378. SUMMUS PREPOSITUS in diplomate *Sigefridi* I. A. M. quod continet narrationem fundationis eccleſiæ collegiatæ *S. Petri* extra muros Moganti nos an. 1069. *Gud. T.* 2. p. 4. PREPOSITUS IN MAJORE MONASTERIO in litteris *Ruthardi* A. M. queis monaſterio *S. Albani* eccleſiam *S. Juſtini* in oppido *Hoechſt* cum omnibus appertinentiis donat anno 1090. *Joann. Rer. Mog. T.* 2. *p.* 737. MAJORIS ECCLESIE PREPOSITUS anno 1122. *Joann. l. c. p.* 580. MAJOR PREPOSITUS in litteris fundationis

Præpoſitus Metrop. variè appellatur.

 tionis

tionis monaſterii *Gerode* in Eichsfeldia anno 1124. *Gud. T.* 1. *p.* 60. PREPOSITUS SCI MARTINI in tabulis *Adelberti* A. M. quibus fratribus *S. Martini* de domo largiſſimas ad victum aſſignat opes. anno 1128. *Gud. T.* 1. *p.* 76. ECCLESIE DE DOMO PREPOSITUS in chartâ *Adelberti* A. M. de eccleſia in *Praunheim*, decimationibus in *Urſel* & *Hettersheim* anno 1132. *Gud. T.* 1. *p.* 105. PREPOSITUS DOMUS in concambio inter eccleſiam *Ilbenſtadenſem* & hominem quemdam Archiepiſcopi. an. 1141. *Gud. T.* 1. *p.* 129. S. MARTINI DE DOMO PRESOSITUS in privilegiis eccleſiæ *S. Victoris* ab *Henrico* I. A. M. anno 1147., confirmatis. *Joann. Rer. Mog. T.* 2. *p.* 585. PREPOSITUS MAJORIS DOMUS in litteris, de curte coenobii *S. Joannis* in *Pinguia Gernodo* cuidam & uxori ejus *Bibisdun* adjectis certis legibus anno 1150. data in emphyteuſin. *Gud. T.* 1. *p.* 197. & alibi. MAJORIS. ſive SUMMÆ ÆDIS PRÆPOSITUS, plerumque: ECCLESIÆ MOGUNTINÆ PRÆPOSITUS.

(b) Confer. præfatio, quæ, quid Archidiaconi jurisdictionis (ſola etiam ſi ſpectetur viſitatio) exercuerint, ſatis edocebit.

(c) Archidiaconatus hujus limites ſunt dioeceſis *Trevirenſis*, *Metenſis* & *Wormatienſis*, nec non Archidiaconatus eccleſiarum B. M. *Virginis in campis* & *S. Victoris*. Exin metire amplitudinem!

(d) en! ultima nominatio:

Præpoſ. nominat Archipresbiterum.

In nomine Domini Amen. Anno à Nativitate ejusdem Milleſſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo, Indictione decima tertia, Pontificatus ſanctiſſimi

ſimi in Chriſto Patris ac Domini Noſtri Domini *Benedicti* divina providentia Papæ hujus nominis *Decimi quarti*, anno ejus undecimo, die jovis vigeſimâ nonâ menſis Octobris, horam inter nonam & decimam antemeridianas, Reverendiſſimus, Illuſtriſſimus & Excellentiſſimus Dominus D. *Hugo Franciſcus Carolus* Comes ab & in *Eltz* eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ Præpoſitus coram me Notario Dominiſque teſtibus infra ſcriptis perſonaliter conſtitutus expoſuit; Cum ſibi utpote Præpoſito Moguntino proviſio, collatio ſeu quævis alia diſpoſitio ſuper Archipresbyteratu Moguntino, quotieſcunque eum vacare contigerit, pleno jure competat, prout etiamnum eodem per obitum plurimùm Reverendi & perilluſtris Domini *Joſephi Franciſci* Baronis *à Keſſelſtatt* ultimi ejusdem, dum viveret, poſſeſſoris, vacante, ſibi competit, hinc ſe Archipresbyteratum, ſic ut præmittitur, vacantem, moventibus ad id animum rationibus, iterum alibi conferre velle, prout & eòdem actu omnibus melioribus modo, viâ, jure & effectu, quibus id melius & efficacius fieri potuit, ac debuit, ad eundem Archipresbyteratum ſolemniter ordinavit, & nominavit cum plenitudine juris canonici plurimum Reverendum & perilluſtrem Dominum D. *Franciſcum Philippum Valentinum* Baronem ab & in *Franckenſtein in Ockſtatt* eccleſiæ Metrop. Moguntinæ Canonicum Capitularem, ita, ut jam ſic nominatus Archipresbyter omnibus & ſingulis huic Archipresbyteratui annexis juribus & appertinentiis liberè uti & gaudere poſſit & valeat, promit-

tens de rato. Super quibus omnibus alte memoratus Dominus Præpoſitus Comes *ab Eltz* abs me Notario unum vel plura confici petiit inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Acta ſunt hæc *Moguntiæ* anno, Indictione, Pontificatu, menſe, die, horâ quibus ſupra in Curiâ Præpoſituræ Majoris præſentibus Conſultiſſimo & Doctiſſimo Domino *Carolo Petro Rüſſel* Eminentiſſimi & Reverendiſſimi Archiepiſcopi & Electoris Moguntini Conſiliario Regiminis nec non Venerabili & erudito Domino *Erneſto Gödeck* ejusdem Domini nominantis Secretario, ut teſtibus ad hunc actum nominationis ſpecialiter una mecum vocatis & requiſitis. Et quia ego *Marſilius Godefridus de Pletz*, ſacrâ Apoſtolica authoritate Notarius publicus actui huic nominationis una cum prænominatis Dominis teſtibns perſonaliter interſui, omniaque ſic, ut præmittitur, fieri vidi & audivi, ideo publicum hoc Iuſtrumentum deſuper confeci, propria manu ſcripſi & ſubſcripsi, conſuetoque notariatus mei ſigillo Communivi deſuper requiſitus.

(LS.) In fidem præmiſſorum
M. G. de Pletz Notar.

Series Archipresbyterorum.

Tot cœteroquin Archipresbyteri ſeculis prioribus annotati occurrunt, ut magnam hic eorundem ſeriem ſubtexere liceat. Anno 1056. Prepoſitus novi monaſterii S. Martini conſentiente Archiepiſcopo *Luthbaldo* pratum quoddam civitati Moguntinæ vicinum & paludem ibidem *Meingozo* in poteſtatem & jus hæreditarium condonavit. Chartam deſuper con-

Digitized by Google

confectam inter alios ſubſcripſit XPIANUS ARCHIPRESBYTER. *Guden. T.* 1. *p.* 370.

Anno 1099. *Ruthardus* Archiepiſcopus conſtituit reparationem porticus occidentalis eccleſiae *S. Stephani* à textoribus Moguntinis faciendam; conſtitutionis hujus teſtis erat REINHARDUS ARCHIPRESBYTER. *Joann. Rer. Mog. T.* 2. *p.* 518.

Anno 1102. tradita ſunt ad altare *S. Martini* tria mancipia. Inter factæ traditionis hujus teſtes occurrit STENHARDUS ARCHIPRESBSTER. *Gud. T.* 1. *p.* 387.

Anno 1130. *Henricus* Archipresbyter locum teſtis occupat in litteris *Adelberti I.*, quibus coenobium Schwabenheimenſe confirmavit & anno ſequenti in tabulis *Adelberti* Canonici B. M. V. ad Gradus, quibus donationem Sant-Albanenſibus factam complexus eſt. Has ultimas litteras præter *Henricum* Archipresbyterum ſubſcripſit etiam ARNOLDUS ARCHIPRESBYTER qui adhuc occurrit in charta *Adelberti I.* A. M. qua confirmat donationem *Eberhardi de Stein*, quam fecit *D. Albano* de praedio ſuo in villa *Albich* anno 1135. *Joann. T.* 2. *p.* 746. *Arnoldum* hunc ad ſeriem noſtram pertinere eo certius inde conjicio.

Anno 1189. in commutatione à collegiata *S. Petri* cum *Conrado I.* Archiepiſcopo facta memoratur inter teſies CONRADUS ARCHIPRESBYTER. *Joann. T.* 2. *p.* 469. Item ad annum 1190. in Diplomate de jure Scholaſtici Metropolitani. *Gud. T.* 1. *p.* 297. uti & in tabulis de prædio eccleſiæ colleg. *S. Joannis* Mog. in *Mittelaha* ab actione villici *Heroldi* per ſententiam emancipato. *Gud. T.* 1. *p.* 306. nec non in charta, qua filialis parœciæ *Brunnenſis Gosbach*

erigi-

erigitur in parochialem *anno* 1196. *Joann. T.* 2. *p.* 525. Idem *Conradus* litteras eodem anno datas ſuper bonis Werbergenſibus *Rudolfo* traditis erga penſionem L. ſolidorum ſubnotavit. *Gud. T.* 3. *p.* 858.

Anno 1219. *Henricus* Archipresbyter teſtium in numero eſt in tabulis de jure præſentandi parochum *Vinicellenſem* parochianos inter & *D. Victoris* fratres controverſo. *Joann. T.* 1. *p.* 594.

Anno 1220. Magiſter HEROLDUS ARCHIPRESBYTER translationem collegii *S. Petri* ad parochiam *S. Emerani* ſubſcripſit. *Joann. T.* 2. *p.* 472. uti & judicium in *Henricum* Lonſteinenſem datum ob non præſtitum collegio *S. Mauritii* cenſum anno 1226. *Joann. T.* 2. *p.* 708.

Anno 1234. ADELUNGUS ARCHIPRESBYTER adducitur in litteris *Gerbodonis* Præpoſiti ad *D. Petrum* erga fratres canonicos benefici. *Joann. T.* 2. *p.* 475. inſertus eſt & aliis de anno 1238.

Anno 1251, GERHARDUS ARCHIPRESBYTER teſtatur piam *Chriſtiani* Archiep. Mog. in augmentum præbendarum majoris eccleſiæ liberalitatem. *Guden. T. I. p.* 616. Reperitur adhuc anno 1257. teſte necrologio Metropolitanæ obiit anno 1264.

Anno 1240. † EBERWINUS DE CRONBERG ARCHIPRESBYTER, & Scholaſticus ſummæ ædis.

Anno 1294. † EMBRICO al. EMERCHO ARCHIPRESBYTER.

Anno 1300. HENRICUS DE RODENSTEIN ARCHIPRESBYTRR, de quo mox infra *Not. h.*

Anno 1328. ELMERICUS DE RÜDESHEIM ARCHIPRESBYTER, ſedis Moguntinæ judex ordinarius.

Anno

Digitized by Google

Anno 1355. CONRADUS DE STECKLINBERG, ARCHIPRESBYTER, occurrit in libro animarum. Seris noſtra hic interrumpitur & demum.

Anno 1511. OTTO DE LANGEN, ARCHIPRESBYTER, apparet, qui etiam canonicatum in eccleſiâ *B. M. V.* ad Gradus & præpoſituram *D. Pauli Wormatiae* obtinuit.

Anno 1519. JOANNES DE VILBEL, ARCHIPRESBYTER & can. B. M. V. ad Gradus.

Anno 1555. OTTO DE BENZENAU, ARCHIPRESBYTER, & Auguſtanæ nec non Friſingenſis eccleſiarum canonicus.

Anno 1588. GERNANDUS DE SCHWALBACH, ARCHIPRESBYTER. D. Albani Moguntiæ & cathedralis Spirenſis canonicus.

Anno 1592. JOANNES BERNARDUS DE GABLENTZ, ARCHIPRESBYTER, D. *Albani* & *B. M. V.* ad Gradus canonicus *Romam* ablegatus cum *Vito Mileto* confirmationem *Wolfgangi* Arch. Mog. petiturus.

Anno 1595. GEORGIUS DE SCHÖNENBURG ARCHIPRESBYTER, Decanus, Præpoſitus Moguntiæ, dein Epiſcopus Wormatienſis electus præpoſituram *B. M. V.* ad Gradus ad obitum uſque retinuit.

Anno 1599. JOANNES RICHARDUS SCHÜTZ DE HOLTZHAUSEN ARCHIPRESBYTER *B. M. V.* ad Gradus canonicus vicarius in ſpiritualibus.

Anno 1605. JACOBUS WILTPERG ARCHIPRESBYTER, *Wormatienſis* & *ad Gradus B. M. V.* can. *D. Petri* Præpoſitus.

Digitized by Google

Anno 1609. Joannes Georgius de Holdingshausen Archipresbyter S. *Albani*, Spirenſis & *B. M. V. ad Gradus* canonicus.

Anno 1650. Joannes Udalricus ab Andlau Archipresbyter, *Baſileenſis*, *S. Albani* & *B. M. V. ad Gradus* canonicus dein Cantor majoris.

Anno 1662. Petrus Jacobus de Partenheim, Archipresbyter, cantor ſummi templi.

Anno 1695. Anselmus Franciscus Fridericus ab Ingelheim Archipresbyter, Decanus in *Bleydenſtatt*, poſtea Archiepiſcopus Elector.

Anno 1705. Wildericus Marsilius de Hoheneck Archipresbyter, Decanus in *Bleydenſtatt*, Vicarius in ſpiritualibus generalis.

Anno 1709. Franciscus Emericus Wilhelmus de Bubenheim Archipresbyter, ſummæ aedis Decanus.

Anno 1735. Wildericus Marsilius L. B. de Hoheneck, Archipresbyter Vicarius in Spiritualibus generalis.

Anno 1750. Josephus Franciscus de Kesselstadt, Eccleſ. Metrop. Mog. & Trevir. can. cap. Archipresbyter & Chorepiſcopus, judicii aulici præſes.

Archipresbyteri ultimò nominati diploma vide paulo ſupra.

Archipresb. inveſtit beneficiatos.

(e) Archipresbytero jus competit, clericos preciſtas aliosque á patronis legitimè præſentatos in poſſeſſionem beneficiorum vel in eccleſiis parochialibus vel in monaſteriis &c. civitatis Moguntinæ ſitorum introdu-

trodu-

Digitized by Google

troducendi. Realem & actualem præſentati inveſtituram præcedit ſolemnis citatio tenoris ſequentis:

Nos *Franciſcus Philippus Valentinus* L. B. *de & in Franckenſtein in Ockſtatt* eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ & equeſtris ad *S. Albanum* canonicus capitularis & Archipresbyter &c. &c. Citat ante inveſtituram.

Cum altare ſub titulo *N.* ſitum in eccleſia *N.* per obitum (liberam reſignationem) R. D. *NN.* ultimi ejusdem ac legitimi poſſeſſoris vacare contigerit, atque ad illud à *NN.* tanquam patrono in perſonam *NN.* nova præſentatio facta, nobisque debitè inſinuata fuerit; Nos in ordine ad impertiendam dicto præſentato inveſtituram ac conferendam poſſeſſionem, has præſentes expediri, easque, ùt quodcunque impedimentum canonicum, ſi quod forſan lateat, maturè & in tempore detegatur, ad conſuetas eccleſiarum valvas majores more aliàs ſolito publicè affigi & noſtro inſuper Archipresbyteratus officii ſigillo ordinario communiri fecimus. Moguntia, die *N.* anno *N.*

ex mandato alteſati Rmi & perquam gratioſi Domini Archipresbyteri

NN. Officialis

Citatio hæc affigitur ad tabulas eccleſiæ *Metropolitanæ*, parochialis *S. Quintini*, & eccleſiæ in quâ vacat beneficium. Inveſtituram impertitur Archipresbyteri Officialis, qui, teſte protocollo de anno 1652. plerumque parochus eſt ad S. *Quintinum*, civitatis primarius.

Beneficia permutantur coram Archiepiſcopo.

Aliud verò obtinuit circa beneficiorum permutationes. Hæ enim unà cum conſenſu patroni ad ipſum deferebantur Archiepiſcopum obtinendæ, prout hodie adhuc moris eſt. Exempla ſuggerunt plurima originalia, quæ hinc inde inſerturi ſumus; nunc illa, quæ civitatem concernnnt, ſuppeditamus:

Exempla permutationum.

Bertholdus Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius princeps Elector honorabili *Georgio Heylmann* eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckfurdenſis canonico commiſſario ac *ſigilliſero* noſtro Moguntinenſi devoto & fideli nobis in Chriſto dilecto ſalutem in Domino ſempiternam. In negotio permutationis, quam honorabiles devoti noſtri dilecti *Franciſcus Walrabe* rector parochialis eccleſiæ in *Ulmena ſuperiori* noſtre Dioceſis ex una & *Valentinus Hamer* altariſta altaris *Sancte crucis* in Eccleſia *ſancti Gingolfi* civitatis noſtre Maguntinenſis partibus ex altera de jam dictis ſuis beneficiis ad invicem fieri deſiderant, dummodo ex juſtis & rationabilibus cauſis fiat nichilque ſymoniace pravitatis aut illicite pactionis interveniat, nec aliud canonicum impedimentum obſiſtat, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, ac conſenſus patronorum & aliorum, quorum intereſt, ad id accedat, diſcretioni tuæ in hac parte committimus vices noſtras, mandantes tibi ſub debito tui Officii, quatenus in dicto permutationis negotio etiam uſque ad totalem ipſius conſumationem, previa ratione, procedas, faciendo

quod

Digitized by Google

quod decreveris, autoritate noſtra eccleſiaſticam per cenſuram firmiter obſervari. Date *Aſchaffenburgi* noſtro ſub ſecreto appenſo, die vigeſima menſis Auguſti Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono.

Sic ab eodem *Bertholdo* Arch. Mog. eidem *Georgio Heylmann* anno MCCCCXCI. die viceſima prima menſis Julii in commiſſis datum eſt negotium permutationis beneficiorum *Heymanni Sartoris de Itſtein* altariſte altaris B. Marie *Magdalene* in eccleſia parochiali *Odenmünſter* Mog. & *Johannis Liedbechere de Itſtein*, canonici eccleſie *S. Gingolffi* Mog.

Item anno MCCCCLXIV. octavo menſis Julii pro permutatione *Johannis Carthuſer* altariſte altaris *beate Virginis & Sancti Petri* in cenobio *S. Agnetis* Mog. & *Theoderici Breſemunt* altariſte altaris *S. Euſtachii* in eccleſia ſancti ſpiritus extra muros opidi *Helgenſtadt.*

Eodem anno & die pro permutatione beneficiorum *Henrici Jungen* altariſte altaris *B. Marie Virginis*, quod altare annexum eſt officio Companiæ in eccleſia parochiali ſancti *Heymerani* & *Jacobi Raſoris* altariſte altaris *ſancte crucis exaltationis* prefate eccleſie ſancti *Heymerani.*

Item pro permutandis beneficiis inter *Conradum Monich* altariſtam altaris ſanctorum *Marie* & *Blaſii* eccleſie parochialis ſancti *Quintini* Mog. & *Nicolaum Melbach*, altariſtam altaris *ſancte crucis* in eccleſia S. *Gingolffi* Moguntiæ undecimâ Auguſti anno M.CCCC XCV.

Eodem anno vigeſima ſeptima die menſis Decembris idem in commiſſis habuit permutationem *Nicolai Crutzenach* altariſte altaris *ſancte Barbare* in eccleſia parochiali *ſancti Heymerani Mog.* & *Henrici Vom Reyn* perpetui vicarii ſive altariſte altaris *S. Kyliani* in eccleſia ſancti *Maurici Mog.*

Item die decima ſexta menſis Junii anno Domini MCCCCXCVII. idem *Georgius Heilmann* nominanatus eſt Commiſſarius in permutatione beneficiorum *Andree Eler*, canonici eccleſie ſancte *Catherine* in *Oppenheim* & *Henrici Jungel*, rectoris parochialis eccleſie in *Treyſen* propè *Funten* altariſte altaris *ſancte crucis* exaltationis in Eccleſia S. *Heymerani* Mog. nec non *Richardi Friedwalt* altariſte altaris *S. Crucis* in *Carben minori.*

Item anno MCCCCXCVIII. die undecimo menſis Decembris pro permutandis beneficiis *Criſtmanni Dayſibecher* vicarii eccleſie *ſancti Albani* extra muros & *Andree Dayſibecher* altariſte altaris *S. crucis* in eccleſia *S. Gingolſſi* Mog.

Item die viceſima ſexta menſis Februarii anno Domini MDIII. à *Bertholdo* Arch. Mog. Commiſſio data eſt *Jvoni Wittich* pro permutatione beneficiorum *Jodoci Tryburg* altariſte altaris *ſancte crucis* in eccleſia parochiali *S. Chriſtoferi* & *Conrad Greſing* alteriſte altaris *S. crucis* in eccleſia *S. Gingolſſi* Mog

Anno MDV. die 28. Junii *Jacobus* Arch. Mog. *Jvoni Wittich* in commiſſis dedit negotium permutationis *Tilmanni Schöt* plebani in *Erbesbüdesheim* & *Dudonis Raſoris* de *Sprendlingen* altariſtæ *S. crucis* ad *S. Gingolſſum* Mog.

Item:

Digitized by Google

Item anno MDXII. prima menſis Maji Uriel Arch. Mog. *Caſpari Weſthauſen* ſigillifero dedit in commiſſis permutationem beneficiorum *Johannis Jordan* altariſte altaris *ſancti Kiliani* in armario eccleſie *S. Mauritii* & *Henrici Calceatoris* altariſte altaris *S. Katherine* in eccleſia parochiali *in Steinheim.*

Item anno Domini MDXIII. die decima ſexta Februarii ab eodem eidem commiſſio data eſt in negotio permutationis beneficiorum *Joannis Flügel* vicarii vicarie in eccleſia *S. Albani* extra muros Mog. annexe parochiali eccleſie *ſancti Nicolai* civitatis noſtre predicte & *Petri Tischeim* plebani parochialis eccleſie in *Treyſa.*

Eodem anno die viceſima tertia menſis Novembris pro permutatione beneficiorum *Stephani Fiſch* altariſte altaris *S. Crucis* in eccleſia S. *Gingolffi* & *Johannis Fabri* altariſte altaris *S. Katherine* eccleſie *S. Chriſtophori,*

Anno MDXVII. die viceſima ſeptima menſis Martii *Albertus* Arch. Mog. eidem in commiſſis dedit permutationem beneficiorum *Johannis Althen* primiſſarii in eccleſia *S. Ignatii* & *Emerici Frauenſtein* altariſte altaris *ſancte crucis* in eccleſia *S. Gingolffi* Mog.

Qualiter ordinario conſenſus patronorum ad permutationes beneficiorum requiſitus fuerit oblatus, innuit charta ſequens:

Adolphus Ruwe Dei gratia Decanus totumque capitulum inſignis eccleſie Mogunt. honorabili nobis dilecto *Johanni Hagenau* altariſte altaris B. Marie virginis in *Sultzheim* Mogunt. Dioec. ſalutem **Conſenſus patroni ad permutationem.**

in

in Domino ſempiternam. Tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut altare B. M. virginis prediſtum, cujus collatio, proviſio & quævis alia diſpoſitio vacationum temporibus ad nos pleno jure ſpectat & pertinet, cum quacunque perſona ydonea & pro quocumque eccleſiaſtico beneficio, dummodo ſymonie labes aut alia pactio illicita non intervenerit, libere permutare poſſis & valeas, tibi plenam tenore preſentium concedimus facultatem, noſtrumque ad id præſtamus & adhibemus conſenſum pariter & aſſenſum. In cujus rei fidem preſentes literas fieri, noſtrique ſigilli fecimus oppenſione muniri. Datum die veneris duodecima menſis Decembris anno Domini milleſimo quingenteſimo undecimo.

(f) ad tractum Archipresbyteralem pertinent pagi & oppida: Zahlbach al. Zagelbach. Bretzenheim (Brizzenheim) * Sulzheim, Nieder-Ulm ** Klein-Winternheim. Ober-Ulm (Ulmen.) Drays. Finten (Funthene, Fundhinden) *** Gunsenheim. Budenheim. **** Mombach *****.

(g) In præfatis locis Archipresbyter uſque modo inveſtit beneficiatos, auſcultat eccleſiæ computus, viſitat eccleſias, prout haud ita pridem in *Nider-&* *Ober Olm* factitatum novimus. Ad magis elucidanda Archipresbyteri jura faciunt extractus protocolli jam aliquoties nominati.

* Pag. 1. *Bretzenheim.* It. weiſſet mann, daſs der Hochw. Ertzprieſter, wann er den Synodum halten will, ihnen acht tag zu vor ſoll laſſen zu wiſſen

wiſſen thun. Pag. 2. It. weiſſet mann mit recht, daſs ein jeder jud, ſo zu Bretzenheim wohnet, jährlich einen Goldgulden zu geben ſchuldig ſeye.

** Pag. 5. Zu *Nieder Ohlm* weiſſet mann auff ein altes herkommen, daſs wann der Sendt gehalten wird, der herr Ertzprieſter mit bey ſich habenden officialen, dinnern und pferden allemahl von den Niederohlmer und Oberohlmer zugleich coſtfrey gehalten ſoll werden, und wird der uncoſten in der Kirchenrechnung verrechnet.

*** Pag. 21. Zu *Finthen* iſt der Send den vierten December 1652 gehalten worden; und weiſſet mann da mit recht, daſs die Finther und Draiſer den Ertzprieſter ſambt bey ſich habenden official, notarium, Diener und pferd coſtfrey zu halten ſchuldig ſeynd, dem alten herkommen nach.

**** Pag. 24. Die *Budenheimer* weiſſen auff mit recht ein altes herkommens, daſs der Hochwürdige Ertzprieſter ſoll kommen den Synodum zu halten den Donnerſtag nach aller Heiligen mit fünffthalben pferden und ſechſthalben mann, ünd ſoll gekocht werden mit einem fewer ohne rauch und wann dem Ertzprieſter mit dem eſſen kein gnügen geſchehen, ſoll er ſolches durch die vier ſendt-ſchöpffen erkennen laſſen und auffs neüe zehren.

***** Incolæ villæ *Mombach* olim capellam *S. Theonesti* intra immunitatem *S. Petri* ſitam, dein illâ deſtructa eccleſiam collegiatam *S. Petri* ut

C paro-

parochialem frequentabant. Qualiter illis conceſſum fuerit in capella *Mombacenſi S. Nicolai* divina celebrare, conſtat ex authentico:

Wir N. Schultheis Scheffen, Gericht und gantz Gemein des Dorfs Mombach by Mentz gelegen bekennen und thuen kund allermænlich vür uns, und unſer nachkommende, dafs wir mit wohlbedachtem gemüte haben dieſe hernoch volgende Brieff und Verſchribung von den Ehrwirdigen, und wirdigen Herrn Dechant und Capitul ſant Peters Kirchen uswendig Mentz gelegen, unſeren Paſtoren günſtlich erworben, und behalten, die zu latin von wort zu wort alſo luten.

Initia ecfiæ in Mombach.

Nos *Bernardus Schuffut* Decanus, *Johannes Jacobus Leyſt* Scholaſticus, totumque capitulum eccleſiæ *Sti Petri* propè & extra muros Mog. providis, & honeſtis ſculteto ſcabinis, & juſtitiariis, majoribusque & potioribus ac toti communitati ville *Mombach* parochianis noſtris ſalutem in eo, qui vera eſt ſalus. Omnium ſupplicum votis libenter annuimuus, dum per ea divinus cultus recipiat incrementum.

Sane cum ſicuti veſtra ad nos porrecta ſupplicatio continebat ſingulis ſeptimanis in capella noſtra *Sti Nicolai* in villa predicta ſita unam miſſam legi, ceu celebrari facere præpoſueritis, quo magis devotio in vobis creſcat, & veſtrarum ſuccurratur animarum ſaluti, dummodo noſter ad id acceſſerit conſenſus, qui dictorum loci, & capellæ paſtores ſumus; veſtro igitur deſiderio ra-

tiona-

tionabiliter inclinati vobis, ut miſſam hujusmodi per aliquem presbyterum ſæcularem ſingulis ſeptimanis certo die (dum in illâ ſolenne feſtum non fuerit, tunc enim viſitabitis matricem eccleſiam) legi & celebrari facere poſſitis & valeatis, veſtris tamen ſumptibus, & expenſis, & citra noſtri, ac matricis eccleſiæ dictæ capellæ, nec non ejusdem capellæ pro tempore rectoris prejudicium, præſentium tenore plenam impertimur facultatem, & authoritatem, ſalvo eo, ut idem presbyter, qui tali officio præeſſe debuerit, bonorum ſit nominis & famæ, ac alias, quemadmodum ſtatum ipſius decet, vitâ & moribus polleat, & nobis Decano ceu Scholaſtico noſtrisque ſucceſſoribus aut ſeniori pro tempore reſidenti canonico bonâ fide loco præſtiti juramenti promittat, ſe oblationes, ſi quæ eidem inter celebrandum ſeu alias obvenerint, vicario noſtro ſeu rectori dictæ capellæ, quem vos plebanum veſtrum appellatis, fideliter preſentaturum, preſentibus quoad voluerimus, duntaxat duraturis. Harum ſub teſtimonio literarum noſtri capitularis ſigilli, quo ad cauſas utimur, munitarum. Datum *Moguntie*, noſtro in capitulo Anno â nativitate Dni Milleſimo quingenteſimo die Menſis Febr. quinta decima.

So nu alle Puncten und arteckel in den genanten Breſen von uns ahn die vorgemelte Herrn Dechant, und Capitul gelangt, günſtlich zugelaiſſen ſeyn, ihres jnhalts gereden, und verſprechen wir in guten Truwen vor uns, und unſere nachkommende, dieſelbe nun veſt, und ſtete ſamt

Digitized by Google

und ſonders zu halten, nit darwieder zu kommen, in keinen weeg. Des zu wahren Uhrkund haben wir gebetten, den würdigen, Edlen, und gelehrten Herrn *Oriel von Gemmingen* Doctor Dhumherrn zu *Mentz* unſern gnädigen Herrn, und Ambtmann daſs Er ſin jngeſiegel vor uns ahn dieſen Brief hait thun hencken. Der geben iſt im jahr, und Tag, wie oben geſchrieben ſteht.

Archipresbyteri jurisdictio intra civitatem.

(h) Quænam olim Archipresbytero competierit jurisdictio in opifices & inſtitores civitatis diebus feſtis & Dominicis, quinam itidem obligati fuerint ad ejus ſynodum frequentandam, probe perſpiciemus ex ordinatione canonica ſequente:

In Nomine Domini Amen.

Nos *Heinricus de Rodinſtein* Canonicus & Archipresbyter Moguntinus nec non . . Scultetus . . Judices . . Conſules ac univerſi cives Moguntini preſentibus litteris profitemur & conſtare cupimus univerſis, quod cum inter nos predictum *de Rodinſtein* Archipresbyterum Moguntinum ac quoſdam predeceſſores noſtros olim Archipresbyteros Moguntinos ex parte altera ſuper diverſis juribus & conſuetudinibus ad Archipresbyteratus officium & juriſdictionem ut dicebatur ſpectantibus queſtio verteretur tandem inter nos ſicut inter predeceſſores noſtros Archipresbyteros Moguntinos prius ordinatum & ſtatutum

tum fuerat, ac nos predictos cives moguntinos noſtro Archipresbyteri noſtrique predictorum univerſitatis civium Moguntinorum accedente utrobique conſenſu voluntario talis ut infra notatur ordinatio canonica & ratione ſuffulta nec non ante centum annos Moguntiæ plerumque & pacifice obſervata & canonice per viros ydoneos legitime probata concorditer intervenit de univerſis populis artes mechanicas exercentibus qui *Moguntie* ſunt degentes. Primo quidem quod inſtitores & cultellorum venditores exiſtentes ſub eorum vexillis in feſtis ſanctorum & diebus Dominicis quorum vigilie jejunantur merces exponere non debent niſi de licentia Domini Archipresbyteri pro tempore exiſtentis, alioquin excommunicationis ſententiam contra exponentem merces poterit fulminare, attamen neceſſitate cogente ſi quisquam ſpecies aut alias merces aut purpuram comparare voluerit predicti inſtitores & eorum collegе per parvam portulam *Apotece* * ſine contradictione & juris offenſa Archipresbyteri poterunt venundare cuilibet ad emendum. Inſtitores autem domeſtici in ipſis Apotecis habitantes eorum domicilia ſine Archipresbyteri contradictione & offenſa poterunt aperire, ita tamen quod diebus Dominicis Apoſtolorum & ſummis feſtivitatibus non exponant merces aliquas ad emendum. Item predicti inſtitores & eorum collegе pro eo quod in feſtis Sanctorum quorum vigilie non jejunantur ipſorum mercimonia licite exponunt Archipresbytero ſingulis annis quatuor ſolidos denariorum Moguntinorum

Digitized by Google

norum in feſto *B. Thome* Apoſtoli & duos ſolidos ejusdem monete . . . . in feſto *B. Thome* Apoſtoli dare & ſolvere tenebuntur, nec ipſe Archipresbyter vel ſuus nuntius ultra premiſſa a prefatis inſtitoribus ſeu ipſorum collegis debet vel poteſt aliquid extorquere preterquam pileariis qui ipſi Archipresbytero pileum bonum ad valorem unius ſolidi denariorum Moguntinorum dare & ſolvere tenebuntur.

Nota de jure fabrorum univerſorum & gladiatorum ſellas & calcaria fabricantium, quod dicti fabri univerſi Moguntie quacunque facultate fabricantes Domino Archipresbytero Moguntino ſingulis annis obulum Pingwenſem quilibet hoſpes fabri domeſticus tenebitur in nativitate Beate Marie miniſtrare nec cuiquam alii quidquam ultra premiſſum obulum miniſtrabit, fabri quoque Sabbato fabricantes neceſſitate cogente, abſque juris & contradictione Domini Archipresbyteri quibuslibet diebus Dominicis & feſtivis equos petentium poterunt licite ſufferrare, fabri quoque gladiatores in nullo Domino Archipresbytero tenebuntur, ſed ſcultheto Moguntino duos ſolidos denariorum Moguntinorum annis ſingulis quando ordinantur *Heimborger* ** apud eccleſiam S. Heymerami, ſolvere tenebuntur, & duos gladios purgare, ipſi ſcultheto unum & ſuo conjudici unum purgare & in novas vaginas cum cervino corrigio cooperire. Hec ſunt conſuetudines & jura ſervilia, Domino Archipresbytero facienda corduanorum videlicet, cerdonum & rintwarcorionum id eſt illorum qui

faciunt

Digitized by Google

faciunt calcios, de coris vitulino & bovino, & ultra has conſuetudines & jura hactenus approbata & obſervata, Dominus Archipresbyter Moguntinus non debet nec poteſt eos ad aliqua ulteriora ſervitia ſeu emendas per aliquam ſententiam coartare (dicti quidem corduonarii, cerdones, ſive wizgerwer & rintworceri, calcios & corium eorum, ad vendendum in feſtis Sanctorum quorum vigilie non jejunantur abſque ipſius Domini Archipresbyteri contradictione & offenſa exponere bene poſſunt, & pro hujuſmodi gratia eis ab ipſo indulta & a tempore cujus non extat memoria, pacifice habita, quilibet hoſpes, de predicta profeſſione dicto Domino Archipresbytero in feſto beati *Andreæ* unum denarium Moguntinenſem annuatim ſolvere tenebuntur, ſi vero dicti calcifices & cerdones in feſtis Sanctorum quorum vigilie jejunantur expoſuerint res venales, dicto Domino Archipresbytero ſinguli quilibet hoſpes unum obulum Pingwenſem dabunt quociens expoſuerint res ſuas ad vendendum uec ultra hoc per ipſum Archipresbyterum debent de jure vel poterunt per ſententiam aliquam coartari, dicti etiam calcifices & cerdones & wizgerweri ſynodum annis ſingulis frequentabunt, & quicunque non fuerit ibi præſens ibidem vocabitur nominatim & ipſi Archipresbytero pro redimenda ejus abſentia dabit duale vini, aut duos denarios Moguntinenſes pro emenda. Ceterum nec Archipresbyter neque ſui nuncii vel ſcriptores, dictorum calcificum vel cerdonum hoſpitia pro factis ſeu laboribus inquirendis,

Digitized by Google

rendis, quos in domibus eorum exercent, ullatenus deſtinabit. Item ſartores magiſtri inter *Gades* *** ubi panni lanei venduntur, predicti Domini Archipresbyteri ſynodum, quin Heimborgen facti ſint, nullatenus frequentabunt, nec eisdem ex eo quod quandoque feſta violant, in aliquo erunt ſervitio ſeu emendis quomodolibet obligati, nec eosdem proinde aliquibus ſententiis poterit innodare. Item ſuperiores macellarij ſive carnifices, ac inferiores, Domini Archipresbyteri ſynodum minime frequentabunt, & pro eo predicti ſuperiores macellarij ipſi Domino Archipresbytero quatuor ſolidos denariorum Moguntinenſium mediam partem in feſto nativitatis beati *Johannis Baptiſte*, & reliquam mediam partem in feſto *beati Andree* Apoſtoli perſolvent. Inferiores vero macellarij predicto Archipresbytero Moguntino quatuor ſolidos denariorum Moguntin. in feſto nativitatis beati *Johannis Baptiſte* & totidem ſolidos in feſto *beati Andree* ſolvent. Dicti etiam tam ſuperiores quam inferiores carnifices domicilia tenentes & carnes ad forum vendentes, in macellis ſinguli ipſi Domino Archipresbytero, in feſto beati *Galli*, aut infra vel circiter unum Rintſchenkel, aut fruſtrum carnis equivalens, juxta taxationem magiſtri eorum ſingulis annis dabunt, & pro eo in feſtis quibuscunque mactare pecora ſeu pecudes bene poſſunt. Nec proinde ipſi Domino Archipresbytero emendam aliquam facere tenebuntur, inſuper pro carnibus Ranſcidis aut alias vitioſis tam in ſuperioribus quam in inferioribus

macel-

Digitized by Google

macellis venditis, ipſe Archipresbyter predictos carnifices impetere per ſententiam aliquam non valebit, ſed magiſter forenſis, qui Markmeyſter volgariter dicitur, eoſdem carnifices impetere poterit ſuper eo ac eciam judicare. Deinde ſuperiores carnifices ipſi Archipresbytero unum ſolidum Moguntinenſem & duas ſcapulas, nec non inferiores macellarii quatuor ſcapulas cum quatuor ſolidis Moguntin. in ſeptimana Paraſcheves ſolvere tenebuntur, & pro eo ipſis carnificibus omnibus de mulieribus quibuscunque ſepum lardum & ſanguinem vendentibus, hec gratia eſt indulta, & jure conſuetudinario & à tempore cujus non extat memoria, legitime approbata, quod predictas mulieres ſeu carnifices per ſententias aliquas non impetet vel contrariabit; Item piſcatores qui Weydeluode dicuntur, cives Maguntinenſes Archipresbytero Moguntinenſi ſingulis annis Dominica *letare* pro eo quod piſcari quibuſcunque feſtis valeant decem ſolidos denariorum Moguntinenſium minus quatuor denariorum, qui Domino plebano ipſorum cedent ſolvere tenebuntur, unde pro feſtorum violatione quorumcunque ipſos poterit per ſententiam aliquam incuſare. Dicti etiam piſcatores predicti Domini Archipresbyteri ſynodum frequentare nullatenus tenebuntur. Ceterum illi piſcatores, qui Statelude dicuntur præfato Domino Archipresbytero annuatim tres ſolidos Moguntinenſes & quatuor denarios Moguntinenſes famulo ſuo qui Arſwercer dicitur in Dominica *letare* predicta ſolvere tenebuntur. Nec ultra pre-

dictam pecuniam per ipſum Archipresbyterum infeſtabuntur. Preterea non tenebuntur ejus ſynodum frequentare. Inſuper alleciatores, qui Wezzer volgariter dicuntur, Archipresbyteri ſynodum frequentabunt ac eidem unum denarium Moguntinenſem in media quadrageſima & unum denarium ejusdem monete in exaltatione ſancte crucis ſinguli hoſpites domeſtici ſingulis annis dabunt. Et ut pro eo ſingulis diebus Dominicis & feſtivis in quibus carnes non commeduntur, piſces ad forum commune vendere abſque ipſius Archipresbyteri offenſa poſſunt, nec ſuper eo ipſos impetere debet vel poterit quoquo modo. Item piſtores omnes Moguntinenſes, in feſto beate Walpurge Domino Archipresbytero novem uncias denariorum Moguntinenſium annis ſingulis ſolvere tenebuntur, nec ultra predictam ſummam, ad ampliorem ſummam vel emendam debent per Archipresbyterum coherceri; dicti quoque piſtores ad octo dies ante & poſt feſtum beati *Jacobi* Apoſtoli piſtare poterunt diebus feſtis, quibuslibet, prout ipſis expediens fuerit predicti Archipresbyteri contradictione non obſtante; ſynodum eciam ipſi piſtores dictis temporibus frequentabunt. Dictus tamen Archipresbyter, alias ipſos piſtores feſta ſanctorum violantes poterit corrigere pro delicti quantitate. Item textores ſanctorum feſta celebrabunt, ac alia feſta ſtatuta, & ſi quis ipſa non ſervaverit pro delicti quantitate corrigetur. Nullus etiam dictorum textorum pannos laneos in extentoriis illis, que ramen volgariter dicuntur, diebus

Digitized by Google

bus feſtivis & Dominicis extendere poterit, quin ipſius Domini Archipresbyteri petita licentia & obtenta ſit & qui contra fecerit penam debitam ſuſtinebit, per ipſum Dominum Archipresbyterum, ſibi impoſitam & inflictam. Item ortularii ſinguli domicilia tenentes, Domino Archipresbytero in feſto B. *Thome* Apoſtoli denarium Mogunt. ſinguli ſolvere tenebuntur, & illum denarium Moguntinenſem nuncius ejus petet in domibus ſingulorum & pro eo dicti ortularii Archipresbyteri licentia & contradictione quandocunque & quotienscunque ipſis fuerit oportunum, omnes & ſinguli herbas ad forum deducere & vendere poterunt, nec ultra premiſſa dictus Archipresbyter per ſententias aliquas aggravabit. Dicti etiam ortularii, ipſius Archipresbyteri ſynodum in Moguntia frequentabunt, nec ab eisdem ultra quam predictum eſt, quicquam exiget vel requiret. Item viniſcrotarii, tres videlicet ſocietates juxta Renum, ſingulis annis Domino Archipresbytero tres carratas vini ante ſuum hoſpitium de Reno ſub eorum ducent laboribus & expenſis, dictasque tres carratas de curru viniſcrotarii, in foro dychmarkit reſidentes deponere in cellarium, quod eis deputaverit tenebuntur, & proinde Dominus Archipresbyter cuilibet ipſorum bicarium **** vini & unum panem, binis & binis ſociis miniſtrabit. Item quelibet parrochia in qua Darre inveniuntur Domino Archipresbytero ſingulis annis duos ſolidos Moguntinenſes ſolvere tenebitur, & ultra hoc parrochiani illius parrochie non ſunt per Domi-

D 2 num

Digitized by Google

num Archipresbyterum cohercendi. Item univerſitas cuſariorum ſive ligatorum vaſorum dare ſinguiis annis tenebuntur unum dolium balnei de jure & conſuetudine hactenus approbata & ſynodum ſuis temporibus debent frequentare tempore ſynodali & hec univerſa & ſingula quemadmodum ſunt premiſſa nobis ac cuilibet Archipresbytero, pro tempore exiſtenti, ſunt per nos cives Moguntinenſes & noſtros ſucceſſores perpetuis temporibus de jure conſuetudinario miniſtranda. Nec ultra premiſſa nos vel noſtri ſucceſſores Archipresbyteri Moguntinenſes pro tempore exiſtentes, cives Moguntinenſes vel eorum Succeſſores preſentes vel futuros de jure debemus vel poſſumus aliqualiter cohercere. Hec ſunt feſta & dies que celebrabuntur *nativitas Domini* cum tribus diebus ſequentibus, *circumciſio Domini*, *Epiphania Domini* & *octava ipſius*, *converſio beati Pauli* Apoſtoli cum feſtis omnium Apoſtolorum, *purificatio beate Marie virginis* & alia feſta ejuſdem, *dies paraſceves* uſque ad prandium, *reſurrectio Domini* cum tribus diebus ſequentibus, *Aſcenſio* ejuſdem, feſtum *Penthecoſtes* cum tribus diebus ſequentibus, *inventio ſancte crucis* & *exaltatio ejuſdem*, *nativitas beati Johannis Baptiſte*. & *decollatio ejuſdem*, feſtum *beate Marie Magdalene*, *Laurentii*, *Michahelis*, *Martini*, *beate Katherine*, *beati Nycolai* & dies Dominice ante omnia feſta patronorum in ſuis parrochijs, jta quod quelibet parrochia celebret feſtum ſui patroni juxta canonicas ſanctiones. In alijs vero feſtis ſi aliqui voluerint exponere res ſuas venales

nales ſolvent jus ſuum antiquum, quod debetur ipſi Domino Archipresbytero de conſuetudine obſervata, & hactenus approbata. In quorum teſtimonium & evidentiam pleniorem preſentes literas ſigillis noſtris tradidimus roboratas. Datum & actum anno Domini M° CCC° feria quarta ante Dominicam qua cantatur *Letare.*

* *Apoteca* officina, locus ubi merces aliæve res aſſervantur & reconduntur. Hugo Falcandus: *multi Saracenorum, qui in apotecis ſuis mercibus vendendis praeerant.*

** *Heimborger.* Schilter in gloſſ. voce *Heim.* Heimburgenſes & præcones ibidem denotare ait, cives nempè ſelectiores qui curam civitatis peculiarem agere & nævos ſaluti publicæ nocivos ad magiſtrum politiæ ſecretò deferre debebant. Occurrunt in jure Argent. lib. 1. c. 1. *ad ſcultetum pertinet ſtatuere tres perſonas precones quos Heimburgenſes dicimus, unum in interiori ſcilicet veteri urbe, duos in exteriori. Vocantur quoque apparitores* in chron. Wormat. apud Ludewig tom. 2. pag. 78: *Apud Wormatiam ſeu Vangiones ſupremus olim judex erat Camerarius tempore adhuc Francorum Regum, manſitque etiam ſuccedentibus Epiſcopis; quorum nomine 3 ſingulis annis placita in curia epiſcopali exercebant, Januario, Aprili & Junio. Judici Camerario XVI. apparitores praeſto erant, quos Heimburgios appellabant.* confer. Joannis Rer. Mog. T. II. pag. 518.

*** *Gades.* Locus quidam eſt ſepimentis clauſus, ubi merces venales exponebantur. Ludewig T. 2. p. 111. in chron. Wormat. *concrematæ ſunt domus omnes mercatorum & veteres Gades uſque ad hoſpitale.* du Freſne.

**** *Bicarium.* Vas, calix, Cyathus. Arnoldus Lubec. lib. 4. c. 14: *quam dum ſacerdos ex more viſitaret, dans ei viaticum, ablutionem digitorum fecit in Bicario mundo.* Dicitur etiam *Picarium* in charta an. 1124. apud Miræum in dipl. Belg. l. 2. c. 43. *Octo panes cum totidem cereviſiæ picarijs.*

Suburbium Viltzbach ſub juriſdictione Archipresbyteri.

Eandem ſynodum in eccleſia *S. Joannis* celebrari ſolitam frequentabant ſuburbani *Vilzbacenſes* Moguntinorum concives.

Nos Heinricus de Rodinſtein Canonicus & Archipresbyter Maguntinenſis, notum facimus univerſis preſentes literas inſpecturis, quod ratione officij noſtri, nec non ſancte ſynodi inter habitatores ac incolas ville *Vilzbach*, in loco qui dicitur apud *ſanctum Nycolaum an der Steygen*, * certis temporibus celebrande, ab eisdem ville incolis ſeu habitatoribus petivimus nobis dari, quosdam cappones ac alios reditus aſſignari. a ſculteto tandem . . judicibus nec non civitatis Moguntinenſis conſulibus, ac dicte ville incolis coram nobis in figura judicij conſtitutis nobis legitime fuit oſtenſum, & per Reverendi patris & Domini noſtri *Gerhardi* Archiepiſcopi Moguntinenſis patentes litteras, approbatum quod ipſe Dominus Archiepiſco-

epiſcopus, capituli ſui accedente conſenſu, dictam villam *Filtzbach* feodali titulo poſſidendam, gratioſe donaverat omnibus civibus prenotatis, & quod prefata villa cum ſuis habitatoribus omnibus privilegiis, indulgentiis gratiis ac libertatibus gaudere debeat, tam in temporalibus quam ſpiritualibus, quibus gaudere dinoſcitur civitas Moguntinenſis, propter quod . . ſcultletus . . judices ac conſules prenotati humiliter a nobis petiverunt, ut dicte ville habitatores tanquam eorum concives, tam in ſpiritualibus quam temporalibus, hijs gratijs, privilegiis & libertatibus perfrui ſineremus quibus univerſi & ſinguli cives Moguntinenſes pacifice & quiete perfrui dinoſcuntur. Hiis igitur a nobis ita eſſe veraciter repertis ac diligenter inſpectis prefatis - - ſcultheto - - judicibus conſilio nec non univerſis & ſingulis civibus Maguntinenſibus, exigente juſtitia promiſimus & promittimus bona fide nos obligantes firmiter per preſentes, quod nos noſtrique ſucceſſores Archipresbyteri Maguntinenſes, a preſenti die in antea nullos cappones vel alios reditus quoſcunque quocumque nomine cenſeantur a dicte ville *Vilzbach* habitatoribus vel habitantibus in futurum petemus, exigemus peti vel exigi faciemus ullo umquam tempore & ipſius ville habitatores & in futurum habitantes, univerſos & ſingulos a datione capponum & traditione redituum quorumcunque vocamus per preſentes tacitos & quitos reddentes, ipſos de omni preterito tempore & deinceps in premiſſis liberos & ſolutos ipſius

tamen

Digitized by Google

tamen ville habitatores vel in futurum in ipſa habitantes, noſtram ſynodum apud eccleſiam *ſancti Johannis* Mog. viſitabunt, & ad ipſam ſynodum ſuis dictis temporibus univerſi & ſinguli venient, qui ad ipſam ſynodum veniendi, cum aliis civibus Moguntinenſibus de jure ſunt aſtricti, renunciantes in premiſſis, pro nobis & noſtris ſucceſſoribus univerſis exceptioni doli mali nec non actioni reali & perſonali reſtitutioni in integrum & ſpecialiter forme, *ea que* de bonis literis a ſede Apoſtolica ab Archiepiſcopis impetratis ſeu impetrandis, nec non inhibitionibus quibuscunque legati ſeu delegati aut alterius cujuscunque judicis ac omni juri juris canonici & civilis patrocinijs que nobis vel noſtris ſucceſſoribus prodeſſe & prefatis civibus obeſſe poſſent vel poterunt in preſenti tempore vel futuro, dantes preſentes literas ſigillo noſtro ſignatas in teſtimonium premiſſorum. Actum anno Domini M°. CCC°. primo III. Kal. Maij.

* *Apud S. Nicolaum an der Steygen.* Eccleſia parochialis *S. Nicolai* ſita erat eccleſiam *S. Albani* inter & Parthenonem *S. Nicomedis,* monumento *Druſi* (dem Eichelſtein) vicinum, cujus moniales ad frequentandam dictam parochialem eccleſiam olim obligatæ an. M. CCCCXLII. intra ſepta divinis aſſiſtere permittuntur. Produnt id bina diplomata ad notitiam forſan monialium quondam in idioma Germanicum verſa.

Nico-

Digitized by Google

Nicolaus von gottlicher barmherzigkeit der zwœlff apoſtel kirchen Rœmiſcher kirchen priſter und Cardinal &c. denen geliebten kindern in *Chriſto*, frauen oder ſchweſtern in dem Haus ſanct *Nicomedis* auſſerhalb Meintz, unter der regel ſancti Benedicti lebende ſey heil in dem herrn. Denen ſo der welt wolluſt widerſagt haben und ſich bereiten mit anempfengten amte Chriſto dem herrn yrem Bræutigam zu begegnen befleiſſen wir uns behælfflich zu ſeyn, auch mit günſtiger verwilligung, ſo frid und heyl durch Gottes verhencknifs der conſcienz kommen mag Verwilligung thun derohalben (als wir verſtanden haben) yr, ſo do wonent in dem haus *ſanct Nicomedis* auſſerhalb Maintz, unterworffen der kirchen-pfarr *ſanct Nicolai*, und yngeſchloſſen unter dem geiſt der Keuſchheit und demütigkeit aus welchem yr auch ſo einmahl eingangen ſyt, nit widerumb draus mogt gehen, und lebt unter der regel *ſanct Benedicti*, und dywyl wir anſehen die ſonderliche begir Got zu dienen, ſyn wir hirin ewerer Bitt erneigt, ſo laſſen wir euch zu von wegen der autoritet unſerer legation aus ſonderlicher gnaden, das yr ſo euch gefællig iſt einen geſchickten beſcheyden und frommen prieſter, er ſey ein Kloſters-mann oder ein weltlicher prieſter erwelen mogt, der euch in ſitten und leben, und züchten nach der regel unterweiſen, einkleyden auch ewere Bycht, auch des geſindts und ſchweſtern Bycht hœren, und deren frawen ſo nachmahls in ewern Kloſter kommen werden, und ynen einen

Monaſterium S. Nicomedis olim parochiali eccleſiæ ſancti Nicolai ſubjectum.

Digitized by Google

heilſamen Buſs vor die miſſethat uffetzen, is wære dann ſach, daſs is ein ſolche that were, darumb mann den rœmiſchen ſtul beratſchlagen mus, auch euch das heillig Sacrament und heyliges olen reychen mogen welche yre in euwerem Kloſter mit bequembden zirden und reverenzien bewaren ſullt. Daſs auch derſelbig prieſter allerley frawen ſo euch und uns gefælligk ſeyn uff mog nemen, und dieſelbige (wie bisher by euch gewonheit iſt) yngeſegene und ynſchlyſſen mog; on anſuchung des pfarrherrs obgenannter kirchen *ſanct Nicolai* oder eines anderen urlaub und erlaubniſs, on alle hinderniſs obgenantes ordens ſtatuten und gewonheit, ſo dieſem zu widder wer. Geben in der ſtadt *Franckfurt* Meintzer Biſtumbs V. Idus Auguſti MCCCCXXXXII.

Dictum Monaſterium Archiepiſcopo immediatè ſubjicitur.

Hermannus Roſenbergk Doctor geiſtlicher recht ſchulmeiſter *ad gradus beate Marie in Meintz* gemeiner Vicarius in geiſtlichen ſachen des Erwirdigſten in Gott Vatters und Herres Herrn *Dieterichs* Erzbiſchoff zu Meintz. Allmeniglich ſall wiſſen, ſo itzundt anghet, angheen wird oder mag zu künfftigen zeiten daſs nochdem erwachſen was eyn zweyſpaltung zwiſchen dem wirdigen Herrn *Johann Suppe* pfarherre der kirchen *ſanct Nicolai in Stega* auſſerhalb Maintz auf einer und zwiſchen denen andechtigen ſchweſtern in Chriſto der capell *ſanct Nicomedis* auſſerhalb obgedachter ſtadt Meintz wonende uf der andern ſyten; dieweil obgedachter pfarrherr von obgenanten ſchweſtern *S. Nicomedis* pfarrkirchen recht von ihnen begert,

ſo

ſo ſie in ſyne pfarr gingen und dohin ſteuerung theten, durch uns dohin gezwungen ſollen werden, begeret haben wir beyde partheien verhoret und zuletz uns angezeyt worden von wegen der ſchweſtern, daſs ſie frey ſeyn von pfarrkirchen recht, zu welches urkundt ynen ein brieff gegeben ſey durch den Erwirdigen Vattern in Chriſto *Nicolaum* prieſter Cardinal &c. welcher von wort zu wort lautet wie folgt: *Nicolaus* &c. (vid. ſupra.) und ſolliches brieffs copey obgenantem pfarrherr behendiget, ob er etwas darwider zu ſagen oder abnemen wollen, mit worten oder mit ſchrifften, ob er auch oder ſyne Vorfarn irgent in einigen poſſeſſion die pfarrrecht zu entpfangen geweſen wer, daſſelbig zu beweyſen uff beſtimpten tag und ziel, welches ziel alſs erſchinen iſt, iſt obgenanter pfarrherr in ſeinem vorſatz bliben und bekant nichts mhe, kann auch nichts mhe beweiſen, und hatt obgedachte ſchweſtern von irem ontugentſam leben angeklagt in beyſein itzlicher Canonicken der kirchen ſanct *Albans* als paſtorn itzgenanter pfarrkirchen ſanct *Niclas*. haben wir damalſs uns in der ſachen baſs zu erlernen, den Canonicken und pfarrherrn die ſchweſtern zu viſitiren einen tag geſatzt dabey zu ſeyn, ob ſie wollen, und nachmahls uff den achten der kinder tag im jar Mcccclii. haben wir zu uns genommen den Erwirdigen herrn *Rodolph von Rudisheim* Dechen der kirchen zu Worms und der geiſtlichen rechten Doctor und andere prelaten und nach kundthuung dem pfarrherr und capitel *ſanct Alban* als

paſtoren *ſanct Niclas* kirch, ſeyn wir perſonlich in die capell *ſanct Nicomedis* kommen, und haben uns von allerley ſachen genzlich unterricht und befunden daſs der ſtadt obgenanter ſchweſtern nit gar zu loben oder anzunehmen ſey, ſondern nach der zyt lauff, mit Vorbehaltung der nachgeſchriebenen reſtriction, ſeyn auch genzlich unterricht worden daſs obgenanter pfarrherr an obgedachte ſchweſtern von anbeginde irer zuſammenkommung, biſs uff dieſe zeit kein macht noch gewalt gehabt oder getrieben hab, ſondern ſeynen geweſen unter einem Abt, ſo iſt in dem kloſter *ſanct Jacobsbergck* by Meintz ſanct *Benedict* Ordens. ſo aber der Erwirdig Herr und Vatter Abt *Lubertus* von dachtern iztgenantes kloſters ſich gantz und gar von ynen entlediget, darumb ſie nun keinen beſchirmer oder der ſie unterwieſs nach obſervantz der regel, haben auch nachmahls einen tag geſatzt zu horen und zu erkleren unſere meinung uff die vorgebene ding durch iztgenanten pfarrherrn, und die ihm byſtunden widder obgenante ſchweſtern und den pfarrherrn darzu auch citirt und beruffen laſſen, uff welchen beſtimten tag wir in byweſen des dick genanten pfarrherrs und alle ding zu horen und auch alles ſo wir gehandelt haben in genanter ſachen, haben wir erkleret, und haben uff unſer meinung fortgefahren, wie wir dan auch zugegen vortſahren und erkleren, daſs der obgenante freyheits brieff krefftig geweſen und noch ſey, darumb yme auch gentzlich folg geſcheen ſall. Es haben

auch

Digitized by Google

auch obgenante ſchweſtern ſich bis hieher in dem empfengniſs der Chriſtlichen Sacramenten recht und wol (nach auswyſung dickgenanten Brieffs) gehalten. Derohalben wir in dieſen ſachen dem pfarrherrn ein ewiges ſtillſchweigen auffetzen, und nachdem die obgenante ſchweſtern (wie obgeſagt) umb entledigung willen vorgenantes Abts itztundt keinen der ynen vor ſie haben, ſo nymen wir uff dickgenante ſchweſtern unter den ſchirm unſeres gnædigen herrn Ertzbiſchoffs zu Meintz, und unter unſeren, welches obgenanten unſeres gnædigen Herrn wir vicarius ſeyn in geiſtlichen ſachen; und verbyden dem itzigen pfarrherrn und allen ſynen nachkommenden unter der ſtraff des bands, ſo ſie unſerem gebot zuwidder ſyn wurden, daſs ſie itz gedachte ſchweſtern in ruw bleiben laſſen, mit waſſerley daſs geſcheen mag; gebieten auch itztgenanten ſchweſtern unter der ſtraff wie itzterzehlet, daſs ſie keine perſon mhe (ob ſie auch ſchon gebeten würden) auffnemen un wiſſen und willen unſeres gnædigen herrn oder unſer alſs ſynes vicarii wiſſen. Welches alles zu waren gezeugniſs haben wir dieſen Brieff durch einen offentlichen notarium ſchreiben, und denen mit unſeres Vicariats Sigell thun verſegeln. Geben und geſcheen zu Meintz im Chreutzgang zu unſer lieben frawen. Anno Mcccclııı.

Pluries memorata ſynodus per eminentiam quoque audit ſynodus Archidiaconi majoris, quem & parochi urbis præprimis reſpicere debebant & revéreri. Illud innuit ordinatio an. Domini MCCLV.

Digitized by Google

idibus Septembris facta inter cuſtodes & plebanos civitatis Moguntinæ circa electionem ſepulturarum &c. * Alterum vero eruimus è diplomate translationis collegii *S. Petri* ad eccleſiam parochialem *S. Emmerani* an. 1220.** uti & è charta *Chriſtiani Archiep. Mog.* de an. 1151, qua ſtatuit: Decano majoris competere abſentes è ſtationibus publicis canonicos pœna carceris coërcere. *Plebanorum verò & capellariorum* (capellanorum) *abſentia ad requiſitionem Decani per Prepoſitum majorem, ſi in conventu eccleſiarum vel civitate preſens fuerit, puniatur.*

* *Item cuſtodes non miniſtrabunt eccleſiaſtica ſacramenta videlicet viaticum & baptiſmum hiis, qui ſunt in terminis alicujus parochie conſtituti, quia plebani in terminis, de quibus homines ad ſynodum Prepoſiti majoris convenerunt, habent conferre & procurare omnia eccleſiaſtica ſacramenta.*

** Joannis rer. Mog. T. 2. p. 472.

Præcedens ordinatio circa moniales S. Nicomedis ab *Hermanno Roſenberg* facta ſatis innuit, eccleſiam parochialem *S. Nicolai* in ſuburbio *Viltzbach* incorporatam fuiſſe monaſterio *S. Albani*, cujus Abbati competiit jus patronatus; imò nominatum ad ſæpè dictam *S. Nicolai* eccleſiam parochum inveſtivit Abbas teſte charta ſequente:

In nomine Domini amen. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo quadringenteſimo primo indictione nona pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Bonifacii* divina providencia pape *noni* Anno duodecimo ipſo

ipſo die beatorum *Symonis & jude* Apoſtolorum hora primarum vel quaſi in ambitu monaſterii ſancti *Albani* extra muros Moguntin. in mei Notarii publici teſtiumque ſubſcriptorum preſencia perſonaliter conſtitutus venerabilis & religioſus pater Dominus *Wernherus* Abbas monaſterii ſancti *Albani* predicti ordinis ſancti *Benedicti* cappellam ſancti *Nicolai in Stega* extra muros Mogunt. predictos vacantem per mortem ſeu liberam reſignacionem quondam religioſi viri Domini *Helwici* ejuſdem cappelle dum vixit rectoris noviſſimi cujus collatio proviſio preſentacio ſeu quevis alia diſpoſicio tociens quociens ipſam vacare contigerit, ad ipſum Dominum Abbatem pleno jure ab antiqua & introducta ac pacifice hucusque obſervata conſuetudine ut dixit pertinerent atque pertineant ipſamque ut ſic vacantem, omni meliori modo & jure, quibus potuit & debuit, religioſo viro Domino *Hartmanno* dicto *Geynheimern* conventuali ſupradicti monaſterii ſancti *Albani* ibidem perſonaliter conſtituto, pure & ſimpliciter propter Deum id petente humiliter & devote per libri tradicionem quem manibus ſuis tenuit, contulit providit & aſſignavit, quibus premiſſis idem Dominus Abbas a dicto ambitu recedens prefatum Dominum *Hartmannum* mox & incontinenti in & ad cappellam ſancti *Nicolai in Stega* ſupradictam & dotis ipſius habitacionem manu ſua recipiens duxit, & ipſum de eadem inveſtivit pariter & inſtallavit, poſſeſſionem realem ejuſdem cappelle vel quaſi ſibi aſſignando & animarum curam ipſius ſibi commendando

Digitized by Google

dando adhibitis circa hec ſollempnitatibus debitis & conſuetis. Preterea ne ipſa cappella ſancti *Nicolai* in divinis modo quovis defraudetur obſequiis aut populus in ſacramentorum negligatur amminiſtracione quomodolibet antedictus Dominus *Hartmannus* ut ſic admiſſus inductus & inveſtitus prefato Domino Abbate requirente ſtipulam & recipiente, data fide manuali loco juramenti preſtiti promiſit ſe ad ſacros presbiteratus ordinis facere infra annum a data preſencium computando promoveri velle & debere. Nec non viceplebano ſeu cappellano dicte cappelle ſancti *Nicolai*, qui nunc eſt aut ipſius *Hartmanni* nomine pro tempore fuerit ſuſtentacionem ſeu proviſionem competentem, quibus decenter ſtare poſſet, dare & ordinare. Super quibus omnibus & ſingulis premiſſis tam Dominus Abbas quam *Hartmannus* predicti me notarium publicum requiſiverunt ſubſcriptum quatinis ipſis & eorum cuilibet in ſolidum ſuper premiſſis unum vel plura publicum vel publica conficerem inſtrumentum vel inſtrumenta. Acta ſunt hec anno indictione pontificatu menſe die hora & loco quibus ſupra preſentibus venerabilibus & religioſis viris Dominis *Burghardo* de *Wolfeskelen* Priore, *Wernhero* Soltze Cellerario monaſterii ſancti *Albani* ſupradicti, *Johanne de Merſpach* monacho profeſſo ordinis Wilhelmitarum, *Anthonio Ring*, *Heinrico* de *Scharpenſtein* armigeris & pluribus aliis teſtibus fide dignis ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego *Conradus* quondam *Conradi* dicti *Sag* de *Geylnhuſen* clericus Magunt. dioceſ. publicus.

Impe-

Digitized by Google

Imperiali auctoritate notarius quia collacioni proviſioni inveſtiture inſtallacioni & promiſſioni ſingulisque aliis premiſſis, dum ſic ut prefertur per Reverendum patrem Dominum *Wernherum* Abbatem predictum & coram eo agerentur & fierent una cum dictis teſtibus preſens interfui eoque ſic fieri vidi & audivi; Ideo preſens inſtrumentum publicum deſuper confectum manu mea propria conſcriptum in hanc formam publicam redegi ſignoque meo ſolito & conſueto ſignavi rogatus deſuper & requiſitus in fidem premiſſorum.

In eodem ſuburbio ad pedem montis *S. Albani* ſitum erat hoſpitale & ſacellum S. *Catharinae*, quod mandatis Archidiaconi parebat. Notari merentur tabulæ, quas hac de re communicatas recepi.

I.

Littera reddituum ad altare ſancte Katherine in Filzpach pertinentium videlicet XXX *maldrorum ſiliginis cedentium de clauſtro Ingelheymerhuſen & xii lib. hall.*

Wir *Petriſſa* Meiſterſin *Greda* Prielſin und ein ganz conuent des cloſters zu *Ingelheimerhuſen* in Menzer Biſchtum ſente *Auguſtins* ordens veriehen und bekennen offenlichen an dieſem brieue und dun Kunt allen luden, Daz wir mit wolbedachtem mude mit gutem berade unſer unſers probſtes und ander unſer furmündere und frunde unt mit uereinigetem willen mit ſunderlicher gunſt willen und verhenknüſſe des erwürdigen in Gode vaders und Herrn herrn *Gerlaches* Ertzbiſchoffes

Digitized by Google

zu *Menze* unſers lieben gnedigen Herren umb ſünderliche notdurfft die uns und daz egenant unſer Cloſter zu dyſſem male rürte, von ſwerlicher verderplichen ſchulde wegen dar wir ingefallen waren, der von anders nit ledig mochten werden, verkauffet han und verkeuffen an dieſem briefe recht und rédelichen off den vorgenanten unſerme Cloſter und mit namen oft vier hundert morgen des aller beſten ackers der umb dazſelbe unſer Cloſter liget und uns zugehöret die man alle jare früchten mag, und off unſerme walde der da heiſzet, der *Hüſer wald* und auch by unſerme Cloſter gelegen iſt zu neheſt an dem walde der des Cloſters zu *Eberbach* iſt, drizzig malder jerlichen und ewiger Korngülde Meinzer mazzes, gudes und drückens Korns, und zwolf pfunt heller auch jerlicher nnd ewiger gulde, guder und geber werunge den erbarn herrn herrn *Diederich* von *Ilſeldt* probſt zcu ſente *Mauricius* und hern *Herman* von *Wetter* Dechan zcu ſent *Stephan* der Stiffte zcu Menze, herr *Claus* von Toley und herrn Walter von *Wetter* vicarien zum Dume zcu *Menze* truwen hendern Etswenne des erbern mannes hern *Johans* ſeligen *von Tryere* der ein Dechan was des Stifftes zcu ſente Seuer zcu Erfürte in Menze Biſchtüme, die dieſelben ewige gülde von uns recht und redeliche gekauffet hant zcu eyner ewigen Meſſe zu ſanct Katherynen des Spidals zcu *Vilzbach* uſvvendig der muren zu *Meinz* oder war ſye dieſelben meſſe noch geruchent zcu legene zu hœlffe und zu droſte des vorgenanten hern

Digitized by Google

hern *Johanns* ſeligen ſelen und allen glaubigen ſelen und hant ſie uns darumb gegeben und gereide bezalet ein genante ſummen geldes der von mir mit yme und ſie mit uns gutliche oberkomen ſin, die wir auch gar und genzliche von yne entpfangen han und ſie in des obegenanten unſers cloſters nuczlichen nocz gewant und gekeret kan, myt namen in bezalunge der vorgeſchriebenen ſchold, und han wir globet und globen an dieſem briefe mit guten truwen von des egenanten unſers cloſters wegen vor uns unſerm convent und vor alle unſer nachkœmlinge ane alle geuerde und argelieſte das wir alle jare eweckIichen, die vorgenante gülde, beide Korns und auch des geldes, geben und reychen ſollen und wollens off unſer und unſers cloſters Koſt ſchaden und verluſt und ſoln ſie auch antwürten zu *Meintz* in die ſtad dem cappelan der zu czyden in der vorgenanten cappellen zcu ſent *Katherinen* iſt, oder anders war die ewige meſſe noch gelacht wirt, Cappelan. oder Altariſt iſt, off ein huſs, daz uns derſelbe Cappelan oder altariſt oder ſin gewiſſer bode wyſſet daz Korn züſchen den zwoen unſer Frawen dagen in der Erne die man nennet zcu latyn Aſſumptionis & Nativitatis oder ane geferde in des neheſten Mandes friſt nach unſer frawen dag Nativitatis als ſie gebaren wart und daz penninckgelt off ſent *Mertins* dage zu Winter oder auch ane geuerde in des neheſten mandes friſt darnach, ane allen verczug und ane alle widerrede und en ſal noch en mag uns noch

unſer Cloſter davor ni beſchuden weder hagel noch here noch myzwachs noch Keynerley herren not oder Kriegk der heren der ſtede oder des landes noch keynerley ander fürzug, fryheit holffe oder were die yman erdencken möchte und han vvir vor uns und vor unſere nachkömlinge den vorgenanten truwen hendern und auch den Cappelan oder altariſten zcu ſent *Katherinen* vorgenant, oder war die Meſſe gelacht wirt, der zcu czyden iſt zcu rechter ſicherheit vor dieſelben gulde, beide Korns und auch des geldes die obgenanten vierhondert morgen ackers die beſten die umb unſer Cloſter lygent und auch unſern waldt vorgenant mit allen dem rechte und nücze als wir und unſer Cloſter die biſsher gehabt und beſeſſen han, zcu rechter unterpande geſaczt und han yne das alles zcu *Niedern Ingelkeym* an dem werntlichen gerichte vor Scholtheiſe und vor Scheffen in geriechtes wyſſe mit hand und mit Halm offgegeben als des geriechtes gewonheit iſt und han es wieder von yne enphangen, mit den vorworten, wer es, daz got verbiede, das wir oder unſer nachkomlinge in dem vorgenanten Cloſter, Dik eins jares verſezzen, das wir die vorgenanten drizzig malder Korngeldes und die zwoilff phünt heller geldes nit reichten, geben und antwerten dem vorgenanten Cappelan oder altariſten der zu Zyden iſt, gar und genzliche in der wyſſe und off die ziele, als vorgeſchriben iſt, ſo mögen die obgenanten truwen hender oder der Cappelan oder altariſt

der

der zu Zcyten iſt, kommen oder yre boden ſenden zu *Niedern Ingelnheim* an das geriechte nach den vorgenanten ziele und nach des mandes friſt, wanne ſi wollent und mögen die vorgeſchriben Underphender mit vier hallern mit geriechte ane alle clage vor die vorſezzen gulde offholen, und an ſych nemen, dem Cappelan und der ewigen Meſſen, und dem eltern oder der Cappelen da die Meſſe gemachet oder gelaht wirt eweckliche zu behaldene vor yre eygen gut ane alle widerrede unſer und unſers Cloſters, und aller menliches und en ſal noch en mag, uns noch unſeren Cloſter dawider nit zu ſtaden, ſteen die keinerley frieheit gnade oder privilegien, die wir uns unſer Cloſter oder unſer Orden han, oder immermehr gewinnen mogen, von dem heiligen Stüle *von Romen* von Römiſchen Keyſern oder Kunigen oder von ymant anders wan wir an dieſen Stücken off alle dieſelben gnade, fryheide und privileyin luterliche und genczlich verczigen han und verczyhen an dieſen briefe, daz wir noch unſer nachkomelinge, noch unſer Cloſter, uns damit nit behelffen ſolnt noch wollen in keine wiſſe, weder mit geiſtlichen noch mit werntlichen geriechte noch ane geriechte mit worten oder mit wercken heimlich noch offinlich Und daz dieſs alles, veſte ganz und ſtede eweckliche verlybe han wir gegeben dieſen brief beſiegelt mit unſerme Ingeſiegel und han gebeden die erwürdigen hern die geiſtlichen richter des heiligen Stuls zcu *Mencze* das ſie dieſen mit uns beſiegelt hant, zu

merer geczicgniſſe aller dieſer dinge. Und wir die Geiſtliche richter dez heiligen Stuls zcu *Mencze* bekennen daz wir durch bete der obegenanten geiſtlichen frauwen der Meiſterſin, der Priolſin und des convents dez egenanten Cloſters zcu *Ingelheimerhuſeen* unſer Inſiegel zcu den yeren an dieſen brieff gehangen han zu merem geczugniſſe aller dieſer vorgeſchriben Dingen. Datum Anno Domini Milleſimo CCC ſexageſimo ſeptimo in vigilia Annunciationis Beate Marie virginis.

II.

Dotatio capellae S. Catharinae in Viltzbach.

Nos *Hermannus* divina permiſſione Abbas & *Herbordus* Prior totuſque conventus Monaſterii *St. Albani* extra muros Maguntin. ordinis ſancti *Benedicti* tenore preſencium recognoſcimus, ad noticiam univerſorum deducendo, quod prehabitis pluribus tractatibus capitularibus, previa deliberatione matura, communi noſtro accedente conſenſu honorabiles viri Domini *Theodericus* de *Ileſeld* prepoſitus Eccleſie ſancti *Mauricii* Maguntin. proviſor quoque Archiepiſcopalis allodii Erfordenſis, *Hermannus* Decanus Eccleſie ſancti *Stephani* ibidem *Waltherus* de *Wettere*, & *Nicolaus de Toleya* vicarii eccleſie Maguntine teſtamentarii manufideles ſeu ultimi voluntatis executores quondam honorabilis viri Domini *Johannis* de *Treveri*, Decani Eccleſie Sancti *Severi* Erfordenſis teſtamentario ejusdem nomine et pro ipſo de novo erexerunt

fun-

fundarunt & dotaverunt vicariam ſeu cappelaniam perpetuam altaris, in honore omnipotentis Dei beate *Marie* virginis Sanctorum *Johannis Baptiſte* & Ewangeliſte *Severi, Valerij, Eucharij* ac *Materni* Epiſcoporum nec non *Katherine Barbare* & *Dorothee* virginum conſecrati ſiti in capella beate *Katherine* virginis ſita in villa & terminis parrochie *Viltzpach* in littore Reni ſub pede montis *Sancti Albani* extra Muros Maguntinos cum redditibus perpetuis & ſufficientibus, pro congrua unius ſacerdotis eandem vicariam ſeu cappellaniam regentis ſuſtentacione prout in litteris dotacionis ejusdem lucide id apparet, ita tamen quod jus patronatus ſeu preſentandi dicte vicarie ſeu capellanie prima vice, & ex conſequenti, quociens eam vacare contigerit, ad prefatos teſtamentarios ac Dotatores quamdiu omnes, necnon & ſuperſtites eorundem, quamdiu plures ex eis aut alterum ipſorum quamdiu unus ſolus ex eis ſupervixerit, libere abſque omni noſtra ſeu ſucceſſorum noſtrorum aut aliorum quorumcunque contradictione ſpectare debebit, prefatis vero fundatoribus Domino diſponente omnibus ab hac vita defunctis idem jus patronatus ſeu preſentandi vicarie ſeu cappellanie memorate ad Abbatem Monaſterij ſancti *Albani*, tunc pro tempore exiſtentem necnon ad Decanum eccleſie ſancti *Mauricij* Moguntin. tunc pro tempore exiſtentem, communiter ſpectare & apud eoſdem communiter perpetue remanere debebit Ea tamen ordinacione pro vitanda diſcordia inter eos perpetue obſervanda quod perſona quam

Abbas

Digitized by Google

Abbas Monaſterii ſancti *Albani* predicti poſtquam ad ipſum & Decanum ſancti *Mauricij* predicti ex morte dictorum teſtamentariorum devolutum fuerit jus patronatus ſeu preſentandi in prima vacatione ad dictam vicariam ſeu cappellam duxerit nominandam, Idem Abbas & Decanus ſancti *Mauricii* predicti concorditer preſentare debebunt *Archidiacono* loci ordinario, aut ejus officiali per eum inſtituendam perſonam vero quam Decanus ſancti *Mauricii* in ſecunda vacatione nominandam duxerit vel decreverit Abbas & Decanus memorati concorditer preſentare debebunt, *Archidiacono* ſeu officiali memorato ſicque Abbas in tercia & Decanus in quarta vacatione poterit & debebit nominare taliter quod nominatio circumeat alternatim de uno eorum ad alium ita tamen quod preſentatio ut premittitur per eos ambos ſimul communiter & perpetuo erit facienda & ſigillanda cujuslibet contradictionis & obſtaculi impedimentis penitus proſtergatis Ita tamen quod Decanus ſancti *Mauricii* virtute ordinacionis ſeu preſentacionis hujusmodi prime vel in antea nil plus juris in dicta capella ſeu juribus vel pertinentiis ipſius ſibi vendicet quam jus patronatus ſeu preſentandi ad cappellaniam memoratam jure modo & via prius deſignatis. Debet autem perſona ad dictam vicariam ſeu cappellaniam nominanda preſentanda & inſtituenda eſſe ſecularis & non regularis ydonea tamen etate, moribus, litterarum ſciencia, vita & converſacione, decenter approbata actu ſacerdos exiſtens, vel talis, quod infra unum annum à

pre-

preſentacionis tempore de jure communi nullo obſtante canonico velit & valeat, ad ſacerdotium promoveri que eciam perſona ad dictam vicariam ſeu cappellaniam ſic inſtituta ad continuam perſonalem reſidenciam in eadem facienda ſub pena privacionis beneficii ejusdem perpetue teneatur quam reſidenciam continuam ſi non fecerit & ſi monitus per loci ordinarium vel Dioceſanum infra menſem poſt monicionis terminum immediate ſequentem, ad eam non redierit, & in ea ut premittitur, continue non reſederit ſeu eciam infra annum à tempore inſtitucionis ſue abſque cauſa ſeu impedimento legitimo culpa ſeu negligentia ſua non proveniente ad ſacerdotalem ordinem promotus non fuerit poteſt & debet eadem vicaria ſeu cappellania abſque figura & ſtrepitu judicii per loci ordinarium ſeu dyoceſanum, ſimpliciter ac de plano privari abſque ſpe redeundi ad eandem, debet etiam perſona ad dictam vicariam ſeu cappellaniam inſtituta, per ſe & non ſubſtitutum eidem in officio divino deſervire, & ſingulis diebus miſſam unam tempori congruam dicere, niſi grandis & evidens neceſſitas vel impotentia in quibus ipſius oneratur conſciencia eam evidenter rite & veraciter excuſet, Miſſa vero per eum divine dicenda, ſummo mane ſtatim poſt ortum ſolis propter peregrinos & viatores ſervari debebit, exceptis ſollempnibus & feſtivis diebus, & eciam quando rector ipſius Eccleſie funus preſens habuerit, tunc enim nequaquam ante, ſed poſt offertorium ſumme Miſſe illius feſti vel Animarum idem cappellanus faciet ſuam miſſam

Digitized by Google

oblationes vero que eidem infra miſſe officium in dicta vicaria ſeu cappellania in altari offeruntur & fiunt, plebano parrochialis eccleſie cedere debebunt, ille vero que ei extra miſſe officium ad manum porriguntur in dicta cappella vel extra idem vicarius ſeu cappellanus ſibi ipſi retinere poterit libere ac debebit, Legata quoque que ſibi contemplacione & intuitu dicte cappellanie provenerint, memorato Rectori equaliter condiuidet & eundem rectorem & ſuam eccleſiam apud ſuos parrochianos & alias fideliter promovebit, & ne quod abſit aliqua lis vel diſcordia inter dictum plebanum vel vicarium aut cappellanum memoratum labente tempore poſſit ſuboriri, ordinatum eſt & ſtatutum, quod idem vicarius ſeu cappellanus de confeſſionibus audiendis vel ſacrorum amminiſtracionibus, aut aliis quibuſcumque ad curam ſeu plebanatum ſpectantibus quocumque nomine cenſeantur ſe intromittere non preſumat, niſi rogatus per rectorem neceſſitate poſcente eum juvare voluerit pro motu, ſed prorſus dicta per eum ſua miſſa a jugo regimine & cura degencium advenarum & infirmorum ſit ſimpliciter abſolutus & exemptus ita tamen quod in feſtivitatibus ſummis & ſollempnibus anni rector vicarie ſeu cappellanie memorate pro tempore exiſtens ſumme miſſe in Monaſterio ſancti *Albani* predicto perſonaliter intereſſe necnon in ſtationibus ſeu proceſſionibus ſollempnibus quibus Abbas ſancti *Albani* preſens fuerit ſeu intereſſe conſuevit eundem abbatem more aliorum ſuorum capellanorum ſub debito obediencie reverenter aſſociare tenebitur &

debe-

Digitized by Google

debebit eidemque nichilominus in aliis licitis & honeſtis ut patrono reverentiam debitam exhibendo Inſuper quoque in dedicatione predicte eccleſie aliiſque diebus ſollempnibus idem cappellanus exiſtens pro tempore celebracioni ſumme miſſe, ejusdem eccleſie tenebitur intereſſe cantando & juvando rectorem in officiis divinorum, aliaſque eidem in aſſurgendo & ſimilibus exhibebit cuncto tempore reverenciam debitam, & conſuetam hoc adjecto, quod ſi ipſe cappellanus qui pro tempore fuerit miſſam ſuam ſtatuto tempore diligenter non reſpexerit aut in quolibet alio premiſſorum negligens aut remiſſus fuerit Abbas & rector predicti & quivis eorum in ſolidum ipſum arguere poterunt ſuper eo, & coram loci ordinario deſuper convenire. In cujus rei teſtimonium nos *Hermannus* Abbas *Herbordus* prior totuſque conventus Monaſterii ſancti *Albani* predicti ſigilla noſtra una cum ſigillis dictorum quatuor Manufidelium necnon Domini *Conradi* Decani eccleſie ſancti *Mauricii* antedicti preſentibus duximus appendendum & nos *Theodoricus* de *Ilefeld* prepoſitus *Hermannus* decanus *Waltherus* & *Nicolaus* manufideles & *Conradus* Decanus ſupradicti, ad majorem roboris firmitatem & teſtimonium omnium premiſſorum recognoſcimus etiam ſigilla noſtra preſentibus appoſuiſſe. Actum & datum Anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono XIIII die Menſis Februarii.

Digitized by Google

III.

Conſenſus Domini Gerlaci Archiepiſcopi Magunt. ſuper vendicione dictorum XXX maldrorum Siliginis & XII libr. hall.

Gerlacus Dei gracia Sancte Magunt. Sedis Archiepiſcopus Sacri imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis ad quos preſentes litere pervenerint ſalutem in Domino ſempiternam. Contractum inter religioſas Magiſtram Prioriſſam & conventum Monaſterii in *Ingelnheimerhuſen* noſtre dioces. vendentes ex una & honorabiles *Theodericum de Ilſeld* prepoſitum Sancti *Mauricii*, *Hermannum de Wetter* Decanum *ſancti Stephani Nicolaum* de *Tholey* & *Waltherum* de *Wetter* vicarios majoris, eccleſiarum Magunt. teſtamentarios quondam *Johannis* de *Treveri* Decani eccleſie ſancti *Severi* Erffordienſis, dicte noſtre dioces. ementes, parte ex altera, ſuper quibusdam certis redditibus, pro congrua ſuſtentacione unius Cappellani Altaris perpetui in hoſpitali ſancte *Katherine* virginis in villa *Viltzbach*, extra muros Magunt. per dictos ementes nomine teſtamentarii, dicti quondam *Johannis* Decani inſtaurati, pro tempore exiſtentis factum & habitum, prout in literis quibus preſens cedula eſt transfixa continetur Ad preces inſtantes parcium ambarum ſupraſcriptarum ratum habentes atque gratum eidem contractui noſtrum conſenſum benivolum & expreſſum adhibentes ipſum in omnibus ſuis clauſulis & punctis collaudamus approbamus, ratificamus

camus ac omni modo & forma prout factus eſt & in dictis literis continetur auctoritate noſtra ordinaria perpetuando, preſentibus in Dei nomine confirmamus. Datum *Eltvil* decima die menſis Junii Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono.

IV.

Item quedam litera pertinens ad Capellam ſancte Katherine in Viltzbach

Wir *Herrman* Dechan des Stifftes zu ſente *Stephan* zcu *Mentze Walther* von *Wetter* vicarius zum Dum zu *Mentze* und *Heinrich* von *Dorla* Cappelan des altars der Cappeln zu ſente *Katherinen* zcu *Vilzbach* uſſwendig der ſtatt zu *Mentze* erckennen uns offenlichen an dieſem Brieffe daz ein igelicher Cappelan der vorgenanten Cappellen zu ſent *Katherinen* beide der nu iſt oder hernach kommet, eweckliclen geben' ſal bede von den vir punden hellern geldes von eyme morgen wingarts an dem Mittelpade gelegen neben *Pedir Laren* die zu undirpande gelaid ſin von *Metzen* ſeligen *Jöckeln Lowen* Wirtinnen Cleſchin irme ſtiefſſon und alle iren erben vor zehen gulden geldes ewiges zinſes die fallende ſin eweckliclen eyme Cappellan der vorgenanten Cappellen czu *Viltzbach* Und des zu urkunde und merer ſicherheide ſo han wir unſer ingeſiegele an dieſen Brieff gehangen. Actum & datum anno Domini Mccc°lxx. feria ſexta poſt Dominicam *Quaſimodogeniti.*

Digitized by Google

V.

Super eadem emptione prediſtarum VIII librarum.

Ich *Arnolt*, *Symon* von *Wynningen* gebrüder edilknechte unſer elichen Wirtynne und unſir erben bekennen vor uns und alle unſe nachkomelinge, und Ganerben das wir recht und redelichen verkaufft han echte pund eweges geldes guder und geber werunge, Herrn *Henriche* von *Dorla*, und ſine nachkommen zcu ſent *Katherinen* zu *Viltzbach* vicarien als zcu *Mentze* und zu *Binge* genge und gebe iſt, off den Huſern, Hoffe, garthen und was darczu gehoret zcu *Drechtingshuſen* der etzwan *Arnolts* unſers Vatters waz vor eine ſumme geldes die er uns gütlich beczalet und vergolden hat, Und der wir yne ledig qwid und loiſs ſagen an dieſem Brieffe und die vorgenante echte punde ewiges geldes globen wir auch an offen geriechte globet han zu reichen und zun geben, off unſer arbeit Koſt und Verloſt ane alle argeliſt und geuerde, wer eſſ auch ſache, daz ymand oder keiner unſer erben oder Ganerben als von unſern wegen, die vorgenante gude, anſprechen, ſo ſollen von den vorgenanten Herr *Henriche* funffhondert gulden ſchuldig ſin, zu einer penn und ſollen yme den zins allevvege zu ydem jare in den vier Wynachten heiligen dagen gen *Mentze* oder gen *Bingen* brengen auch nach yme eine Cappellane zu *ſent Katherinen* der Cappellen zu *Viltzbach* ewecklich als dem vorgenanten Herrn *Heinrichen*

by

Digitized by Google

by der obgenanten Pene Und des zu urkunde, ſo han wir unſer igelich vor ſych ſin wyb und ſine erben unſer ingeſigel an dieſen brieff gehangen, Datum anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſecundo in die *Sebaſtiani* & *Fabiani.*

VI.

Quitancia ſuper ſolucione pecuniarum expoſitarum pro penſione empta in Drechtingeshuſen apud illos de Wönnyngen.

Ich *Contyn Pragez* Edilknecht von *Budinsheim* Erkennen mich offinlichen an dieſem briefe daz der erber mann Her Henrich von *Dorla* vicarius zu ſent *Katherinen* capellen zu V*ilzbach* uſwendig der ſtadt zu Menze mir gutlichen und vollentlichen bezalet wole und gewert hat, an guden ſweren gulden hundert Punde Echte und virczig Punde und ſechzehen ſchillinge heller guder nnd geber werunge die *Arnolt* und *Simon* von *Wonnyngen* gebrüder vor ſych yer elichen wirtynnen und ire erben mir beſchieden an dem gerichte zu *Niedernheimbach,* offlich vor ſcholtheiſen und ſcheffen, der mir der vorgenant Herr *Henrich Anthoiſſe* wart zu gelden aldo ſelbes vor gerichte, und want herr mir die ſummen gutliche und wole vorgolden hat, dar umber ſagen ich den vorgenanten Hern *Henrich* quyd ledig und loſs an dieſen brieffe, den ich zu orkunde beſiegelt han ann allerley argeliſt und geuerde Datum Anno Domini Milleſimo CCCLXX ſecundo in die beatorum *Sebaſtiani* & *Fabiani.*

VII.

Digitized by Google

VII.

Littera judicii inferioris Heimbach ſuper venditione ſaepè dicta.

Wir *Henne junge* genant ſcholdeis und ſcheffen *Emmerich Yboan* Edilknecht von *Waldecke Gerlach Fromolt*, *Helffman Kalfuz* und *Hentze Neſen* eyden von *Drechtinghuſen Folgwin*, *Jacob Stracke* alle ſcheffen der Dumherren und der Heren zcu unſer frawen zcu Menze des geriechtes zcu *Niederin Heimbach* bekennen uns offintlichen in dieſem brieſe, daz *Arnolt* und *Symon* ſamende brüder edilknechte von *Winninge* genant von *Drechtinghuſen* und ire beider elichen Husfrawen mit ſamender hant und mit wol berademe mude vor uns in gerichtes wyſe von ſych und ire erben recht und redelichen vergehin hant ufgegeben und richtlichen verkaufft alſs recht iſt, acht phund geldes ewiges zinſes dem erbern Herrn Hern Henrich von Dorla genant eyme cappelane zcu ſencte *Katherinen* altare in dem ſpetaln zu Viltzbach gelegen uſwendig Mentzen und *Arnolt* und *Symon* gebrudern vorgenant hant beweyſet und belacht auch vor uns die acht phunt geldes ewiges zinſes off ein Hoff zu *Drechtinghuſen* gelegen mit garten und mit allyme dem daz darzcu gehoret und horin ſal der da etzwān waz *Arnoldts* von *Wynyngen* eris vadirs und hant yme den Hoff vorgenant und waſs dar zu horet gelacht vor fry eigen des erſten grondes der Hopſtat von dem vorgenanten Hoff. Auch ſal *Arnolt* und *Symon* gebrüder geſchreben die acht

phunt

phunt geldes geben alle jares in den vier Weynachten heiligen dagen dem vorgenanten heren *Henrich* und ſinen nachkommenlingen an dem altar zcu ſente *Katherinen* vorgeſchrieben und den zins vorgenant ſal *Arnolt* und ſynen gebrüdern ader wer daz beſitzet oder jnne hat die underpende dez hoffis und was darzu gehoret vorgeſchriben antwerten alle jaris gen *Bingen* oder gen *Mentze* of ihre koſt und ire verloſt, dem erbern herrn herrn *Henrich* von *Dorla* oder ſine nackomelingen ader wo derſelbe Herr Henrich und ſien nachkommede dez altars zcu ſente *Katherinen* vorgenant han wellet undt ſollent ſie bezalen mit gelde und werunge die zcu Bingen genhe und gebe iſt, ane alle geuerde, Auch mer wer dez ſache daz ſie des ſümig würden und dez zinſes nit inrechten und ingeben zu der zyt vorgenant ſo mag Herr *Henrich* von *Dorla* oder ſine nachckomelinge die vorgenanten underpanden offholen und an ſine hant und ſinen nachckommenden hant brengen des altaris zu *Viltzbach* uſſwendig *Mentze* gelegen vorgenant nach des gerichtes recht zu *Niedern Heymbach* da die underphande gelegen ſint Alle dieſe vorgeſchrieben ſtücke und artickel ſint gehandelt und verbodet worden vor gerichte als recht iſt, argeliſt und geſerde uſſengenommen Des zcu urckunde und rechter ſteedekeit ſo hen wir *Henne Junge* Scholtheiſe und Scheffen *Emmerich Ybowan* Edilcknecht von *Waldecke Gerlach Fromolt Helfman Kalfuſs* und *Hentze Neſin* nidin von *Drechtingshuſen Folgerin Jacob Stracke* alle Scheffen dez

 gerich-

gerichtes zcu *Niederheymbach* vorgeſchrieben unſer igelichen inſiegeln an dieſen brieff gehangen und ich *Jacob Stracke* Scheffin vorgenant bekennen mich und myner geſellen der ſcheffen ingeſiegeln wan ich nit eygin Ingeſigels han. Dirrn brieff gegeben wart in dem jare da man zalte nach Criſtus geburte duſent druhondert und in dem zwen und ſiebenzigſden jare des mandages vor ſenten *Urbans* dag.

§. II.

Archidiaconatus Præpoſiti majoris initia ponimus infra oppidum Bingenſe (a) Heimbach inferius (b) inter & Baccharacum, (c) ubi nempe diœceſis Moguntina Trevirenſi contermina eſt.

Eccleſia collegiata Bingenſis.

(a) Bingæ ad oſtia Navæ eccleſia collegiata quondam celebris erat *divo Martino* ſacra, primitùs inſtituta, (prout liber ſtatutorum perantiquus loquitur) ſub numero duodecim Canonicorum ad inſtar duodecim Apoſtolorum & Præpoſiti tredecimi principaliſque Prælati, vices Chriſti gerentis ad perſolvendum inibi horis diurnis pariter & nocturnis divinum officium in horis canonicis & miſſarum ſolemniis, prout à ſanctis Patribus ſanctâque catholicâ eccleſiâ in laudem Dei eſt ſalubriter ordinatum, quibus quidem perſonis in ſubſidium & juvamen fuerunt poſtmodum ſucceſſivis temporibus adjuncti viginti vicarii cum ſtipendio competenti, ut hæ triginta tres perſonæ

Digitized by Google

ſonæ numerum annorum Chriſti, quibus in terra viſus & cum hominibus converſatus eſt, myſticè deſignarent. Quænam Præpoſito Bingenſi competierit juriſdictio? citatus ſtatutorum liber indigat: Præpoſiti jurisdictio.

Articuli jurandi per Dominum Praepoſitum.

Item dabo officialem Praepoſiturae meae unum ex Dominis Capitularibus dictae eccleſiae in Pinguiá reſidentem & nequaquam extraneum à Capitulo, niſi de totius Capituli voluntate. Item exercebo & exerceri faciam juriſdictionem Praepoſiturae meae juxta conſuetudinem antiquam, videlicet, in ambitu eccleſiae praedictae, eamque in perſonas eccleſiae & eorum familiam domeſticam non extendam. Item conferam Archipresbyteratum perſonae electae per capitulum in plebanum, ipſamque inveſtiam cura animarum.

Articuli jurandi per Archipresbyterum ſive plebanum eccleſiae Pinguenſis; Hujus eccleſ. Archipresbyter & plebanus.

Item viſitabó ſynodos ſanctas Domini noſtri Archiepiſcopi pro tempore & ordinem divinorum ad armarium dictae eccleſiae affigendum procurabo meis ſumptibus & expenſis. Item ratione Archipresbyteratus eccleſiae corrigam & emendabo omnes exceſſus in oppido Pinguenſi inter plebem meam emergentes, exceptis illis, qui ſpectant ad accuſationes ſynodales Domini mei Praepoſiti pro tempore & proinde dabo ſex marchas uſuales eidem Praepoſito annuatim:

Articuli jurandi per plebanos rurales in Merſpach Wyler & Hedisheym:.

Item ſi habuero actionem contra aliquem Praelatorum, Canonicorum vel Vicariorum dictae eccleſiae aut

ejus familiam domeſticam, recipiam juſtitiam & è converſo dabo juſtitiam coram Dominis Decano & capitulo & ſtabo eorum determinationi. Si verò contra capitulum actionem habuero, ſtabo ſententiae Domini Praepoſiti vel ejus officialis & non traham eos aliunde.

A capitulo eligitur.

Quod capitulo ad S. Martinum jus eligendi plebanum, cui dein Præpoſitus Archipresbyteratum contulit, conceſſum fuerit, diploma *Chriſtiani* Archiep. Mog. ſatis innuit:

Chriſtianus Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius. Quæ ad honorem Dei & proficuum animarum providere diſponuntur, ne oblivione depereant & in irritum deducantur, ſcripturæ debent vivaci memoriæ commendari. Notum igitur eſſe volumus univerſis fidelibus præſentibus & futuris, quod nos conſiderantes ex hoc Pinguenſi parochiæ periculum non modicum imminere, quod Præpoſiti loci ipſius curam animarum habentes ſtatuere conſueverunt hactenus ibi vicarios minus idoneos, per quos & in ſpiritualibus & temporalibus multæ negligentiæ evenerunt & in poſterum poterunt evenire, volentesque tanto malo ſalubriter occurrere ſine læſione qualibet, imo potius cum profectu capituli, parochiæ ac ipſius etiam dignitatis, de conſenſu noſtri capituli & *Johannis* loci ipſius Præpoſiti Maguntinique Decani & de prudentum conſilio ita duximus ſtatuendum; Quod capitulum perſonam idoneam parochiæ eligat in rectorem converſationis hone-

ſtæ

ſtæ & ſcientem regere plebem tantam, eique Præpoſitus ſibi à capitulo præſentatæ & Archipresbyteratum porrigat & eum cura inveſtiat animarum; Capitulum autem de parochia & Archipresbyteratu recipiens omnia ea, quæ loci Archipresbyteri percipere hactenus conſueverunt & rectori parochiæ præbendam ordinans competentem, Præpoſito ſex marcas de cœtero ſingulis annis ſolvat, quas eidem dederunt annuatim Archipresbyteri uſque modo; Ipſeque Præpoſitus nihilominus plene & ſine diminutione qualibet obtineat præpoſituræ reditus & ſinodum celebret dum viderit expedire, jurisdictionem infra oppidum & in villis ei pertinentibus plenarie & perpetuo obtenturus nullumque in proventibus detrimentum prædicta dignitas patiatur; & perſona parochiæ curam habens Decano ſit obediens, choroque ſervire tanquam Canonicus teneatur, ita ut hæc noſtra ordinatio choro unam perſonam adjiciat perpetuo ſervituram; Ut autem hæc præhabita robur obtineant firmitatis, noſtro, capituli noſtri & *Johannis* Præpoſiti ſupradicti ſigillis litteras has præſentes duximus roborandas. Datum *Maguntiae* anno M°. CC°. LI°. IIII. Non. Junii. Pont. noſtri anno ſecundo.

(b) Præſentatio ad eccleſiam parochialem in Heymbach inferiori:

Eberhardus de Yppelburn Decanus, *Joannes de Rynecke* Cuſtos, *Conradus de Winsberg* Scolaſticus totumque capitulum eccleſiæ Maguntinenſis; nec

non *Hermannus* Decanus, *Johannes* Cantor, totumque capitulum eccleſie *ſancte Marie ad Gradus* Maguntinenſis capitulariter ad infra ſcripta congregati, honorabili viro Domino Præpoſito eccleſie Maguntinenſis predicte aut ſuo officiali vices ſuas in hac parte gerenti reverencie & honoris quantum poſſumus. Ad eccleſiam parochialem ville inferioris Heymbach ad preſens vacantem ex morte ſeu libera reſignatione quondam *Wernheri* ultimi ejusdem eccleſie dum vixit rectoris, cujus quidem eccleſie collatio ſeu preſentatio dum eam vacare contigerit, ad nos communiter pertinere dinoſcitur, diſcretum virum *Waltherum de Hedenſpach* presbiterum veſtre honorabilitati concorditer preſentandum duximus & in hiis ſcriptis preſentamus, veſtram honorabilitatem una cum dicto noſtro preſentato rogantes & exhortantes, quatenus eundem *Waltherum* noſtrum preſentatum de eadem eccleſia parochiali in inferiori Heymbach quemadmodum ad veſtrum ſpectare dinoſcitur officium, inveſtire & ſibi curam ipſius committere dignemini adhibitis circa hec ſollempnitatibus debitis & conſuetis. In cujus noſtre preſentacionis teſtimonium ſigilla noſtra Capitulorum noſtrorum predictorum, quibus uti ſolemus ad cauſas preſentibus ſunt appenſa. Datum & actum *Maguntie* in ſtuba capitulari eccleſie Maguntine ſub anno Domini milleſimo CCC^{mo} Lxxx quinto, feria quinta proxima poſt feſtum ſancti *Martini*.

Eccleſia collegiata B. M. V. ad Gradus jus patronatùs

Digitized by Google

natûs hujus eccleſiæ ceſſit Capitulo Metropolitano anno MDCLXV. die XIV. menſis Novembris.

(c) Oppidum ab ara Bacchi celebre.

§. III.

Relinquamus nunc Rheni littora & Archidiaconatum noſtrum obambulando juxta limites (a) ſaltem perluſtremus: Iter nobis vix ingreſſis ſuperato montis jugo (b) tractus Hunnorum (c) panditur longè lateque diffuſus. Viribus denuò collectis ad dextram progreſſi per confinia eccleſiæ Mergesbach (d) ad oppida & pagos Simmeren, Rayscheidt, Laupach, Biber, Kirchberg, Sohren, Cappel, Altley, Lauffersweiler, Rhaunen & Schauren (e) pervenimus.

(a) Eccleſiæ, quæ infra occurrent, vel ipſæmet, vel earum filiales limitaneæ ſunt. Si à limite hinc indè retrogreſſi ſumus, id occaſio ſuaſit peculiaris. Pro augendo ſuo die Archidiaconali regiſtro inſervire poteſt *la liſte des lieux compris par la derniere clauſe du IV. article du traité de la paix de Ryswick préſentée aux Miniſtres des états de l'empire par Mr. de Chamoy Miniſtre de France au mois de Juillet* 1699. vid. Patrick clef chronologique & diplomatique pag. 52. & 28.

(b) *Heim-*

(b) *Heimbach ſuperius* pertinet ad Archidiaconatum *S. Mauritii*, ut è documentis originalibus alibi demonſtrabitur.

(c) Ab Hunnis, qui cum Sauromatis mixtim vivebant, ita denominatur *Hunesrüch*. Plurium locorum à natione iſtâ dictorum veſtigia ſuperſunt, nempe: *Hunoldſtein* vulgo *Hundſtein*, *Caſtelhun* quod caſtellum Hunnorum ſonat, *Hundheim* & *Hondshuſen*. Fons itidem *Huneborn* propè Simeram. Notat *Paullini* in commentar. de pagis pag. 103. villarum quædam univerſitas circa Ravengeresburg (ubi ferè pagi hujus meditullium) Septennales conventus, quos antiquitus habere conſuevit, *Hundsgeding* indigitare ſolet, quid? quod & *vinum Hunicum* in diplomatibus occurrit.

Termini eccleſiæ in Merges-bach.

(d) Eccleſiæ hujus terminationem *Willigiſus* Archiepiſcopus an. MVI. talem declaravit:

A Diddenpoſche ad Steinſtraza, à Steinſtraza deorſum uſque in Rigenbach, à Rigenbach deorſum uſque in Simera, a Simera ſurſum in Kiſilbath, à Kiſilbath ſurſum uſque ad locum qui dicitur Kozzolſes, à Kozzolſes uſque ad Heriradeſueida, deinde in deſertam Eliram, a deſerta Elira ad Biſſcoffeſcrod, inde iterum ad Didelenpoſc, & cum omnibus infra jacentibus villulis id eſt Liobeshuſon, Widimbach & cetera infra terminum retenta. De Gudenus T. 3. p. 1033.

(e) Præſentatio ad eccleſiam in Schauren.

Honorabili viro Domino Officiali Domini Prepoſiti majoris eccleſie Moguntine ſeu ejus vices in hac

hac parte gerenti *Johannes* paſtor eccleſie *Schuren* reverentie quid quid poterit & honoris. Ad vicariam parochialis eccleſie dicte ville *Schuren* vacantem ex mea libera reſignatione, cujus collacio ſeu jus preſentandi ad me pleno jure dinoſcitur pertinere diſcretum virum *Hartmannum* presbiterum *de Kern* preſentibus duxi preſentandum & preſento per preſentes rogans humiliter pro eo & cum eo quatenus ipſam de dicta vicaria inveſtire dignemini pure propter Deum adhibitis circa hec ſollempnitatibus debitis & conſuetis in cujus rei teſtimonium ſigillum diſcreti viri Domini Johannis plebani in *Keren* ex carencia mei proprii ſigilli ad preces meas preſentibus eſt appenſum. Datum anno Dni MCCCLXXX ſexto.

Alia præſentatio ad eccleſiam in Schuren.

Honorabili viro . . Dno Officiali prepoſiture eccleſie Moguntine, ſeu ejus vices gerenti *Otto comes Silveſtris in Kirburg* quantum poterit reverentie & honoris ad eccleſiam parochialem *ville Schuren* vacantem ad preſens ex libera reſignacione Dni J . . . . . *Alderwin* noviſſimi rectoris ejusdem cujus preſentatio ſeu collacio ad nos pleno jure dinoſcitur pertinere, diſcretum virum Dominum *Hartmannum* plebanum *de Kyria* veſtre reverencie duximus preſentandum pure propter Deum rogantes una cum eo humiliter & attente quatenus ipſum inveſtire dignemini . . . . . de eadem adhibitis circa hec ſolempnitatibus debitis & conſuetis ut iur . . . . . eſt. In cujus nec teſtimo-

nium ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum die B: - - - *Achillei* & *Pancratii* Martiris. Anno Dni mill^mo^ tricen^mo^ octuag^mo^ octavo.

§. IV.

Neque diu hìc commorati inviſimus incolas in PONTENBACH, HENNWEILER, KIRN, (a) & vicinam S. Joannis eccleſiam (b) dein MARTINSTEIN, MONTZINGEN (c) & SOBERNHEIM (d).

Praeſentatio Johannis Ringravii ad eccleſiam in Kirn. a. 1382.

Eccleſia in Kirn

a) Honorando viro Dno Prepoſito eccleſiæ Moguntinenſis ſeu ejus vices gerenti *Johannes Ringravius*, nec non *Comes Silveſter in Duna* quantum poterimus reverentie & honoris. Ad eccleſiam parrochialem ſeu paſtoriam ville *Keyrn* vacantem per mortem ſeu liberam reſignationem Dni *Johannis de Dune* ultimi rectoris ejuſdem eccleſie cujus jus patronatus ad nos dinoſcitur pertinere, *Conradum* filium noſtrum *de Dune* veſtre reverentie pure propter Deum duximus preſentandum. Rogantes veſtram reverentiam una cum eo humiliter & attente, quatenus ipſum inveſtire dignemini beneficio de eodem adhibitis circa id ſollempnitatibus debitis & conſuetis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum *Dunen* ſecunda feria proxima ante feſtum beate *Marie Magdalene* Anno Domini Mccc Lxxx ſecundo.

Man-

Digitized by Google

Mandatum pro Inveſtitura de eccleſia in Kirn. a. 1382.

Officialis Domini Prepoſiti eccleſie Moguntine Archipresbytero ſedis in *Kirn* ſalutem in Domino. Cum nobilis vir domicellus *Conradus* Clericus, filius nobilis Domini *Johannis Ringravii Comitis Silveſtris in Duna* ſit nobis preſentatus per predictum Dominum *Johannem* ad eccleſiam parochialem ſeu paſtoriam *in Kiren* Moguntin. dyeceſ. vacantem ad preſens per mortem quondam *Johannis de Duna* ejuſdem eccleſie parochialis dum vixit rectoris noviſſimi, & quia in termino proclamationis hodierno nullus coram nobis comparuit legitimus contradictor ſeu oppoſitor, ideo decrevimus & preſentibus decernimus dictum preſentatum ad predictam eccleſiam fore inveſtiendum *Johannem* qui *de Fritzlaria* ipſius preſentati procuratorem in perſonam dicti domicelli *Conradi* & ipſum *Conradum* in perſonam prefati procuratoris per librum quem in manibus noſtris tenebamus inveſtimus & preſentibus inveſtimus eccleſiam de eodem. Mandantes vobis quod dictum preſentatum in ipſius eccleſie jurium reddituum & proventuum auctoritate noſtra inducatis . . . . adhibitis circa hoc ſollempnitatibus debitis & conſuetis. Datum anno Domini M. CCC LXXX ſecundo XVIII. Kal. Septemb.

b) Oppido *Kirn* vicina eſt eccleſia *montis S. Johannis Baptiſtae*, cujus incrementa demonſtrant, quæ ſequuntur diplomata. & in Monte S. Johannis Baptiſtæ.

I.

Johannes & Hartradus Comites Silveſtres de Dunen libertant eccleſiam S. Joannis Baptiſtae. a. 1317.

In nomine Domini amen. Nos *Johannes Comes Silveſter de Dunen* & *Hartradus* Canonicus Moguntinus fratres conſtare cupimus tam preſentibus quam futuris præſens ſcriptum viſuris & audituris publice profitendo, quod nos maturo prehabito conſilio & unanimi voluntate *eccleſiam montis S. Joannis Baptiſte* prope *Dunen* ſub noſtra juriſdictione ſitam, perſonasque ibidem divini cultus libamina exercentes ad peticionem ſacerdotum & aliorum Chriſti fidelium noſtrorumque & progenitorum noſtrorum remedium animarum, & divini ſervicii aucmentum, libertavimus & preſentibus libertamus, eadem libertate qua clauſtrum *Offenbach & alie eccleſie in noſtra jurisdictione ſituate* & ibidem perſòne eccleſiaſtice ſunt libertate. Ut hæc prenotata ſingula & univerſa firma maneant & inconvulſa, preſentem litteram noſtri ſigilli munimine quo nunc utimur dedimus roboratam promittentes inſuper quod ſi nos majus ſigillum habere contigerit eciam preſentibus appendemus. Et ego *Hartradus* predictus cum ſigillo proprio caream mei predicti fratris ſigillo appenſo preſentibus ſum contentus Datum anno Domini M° CCC° decimo ſeptimo tercio Kalendas Octobris.

II. *Pe-*

Digitized by Google

II.

Petrus Archiep. Mog. è parochiali eccleſiâ montis S. Joannis Baptiſtae facit Collegiatam ſive Conventualem. a. 1318.

Petrus Dei gracia ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis Criſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, ſalutem in Domino, cum noticia ſubſcriptorum. Noveritis, quod per diſcretum virum *Tilmannum* paſtorem eccleſie parrochialis in *Symern* ſepius & iteratis vicibus ex parte ſtrenui viri *Hermanni* dicti *de Porta* militis, patroni eccleſie parrochialis *Montis beati Johannis Baptiſte* prope *Kyream*, nobis eſt cum magna inſtantia humiliter ſupplicatum ut de ipſa eccleſia *montis beati Johannis* predicta eccleſiam collegiatam ſive conventualem, pro quatuor canonicis, ibidem Domino jugiter famulantibus propter divini cultus augmentum, facere dignaremur. Cui eccleſie pro ſuſtentacione dictorum quatuor canonicorum, qui in ea pro tempore inſtituerentur, fructus, proventus, obventiones & jura, que pertinent & ab antiquo pertinebant ad parochiam ſupradictam cum aliis bonis ad eandem a quibuscunque Criſti fidelibus datis ſeu dandis, deberent jugiter deſervire. Nos vero prima facie ignorantes circumſtantias hujus facti, inquiri & cognoſci, auctoritate noſtra, fecimus de iisdem, & quia conpertum extitit, predictam ſupplicationem, nobis factam, pro augmentacione divini

cultus, & ex aliis cauſis legitimis, fore utilem & admittendam, nos ſupplicacioni eidem, tanquam juſte & racionabili, favorabiliter annuentes de predicta eccleſia parrochiali collegiatam & conventualem eccleſiam, facimus in hiis ſcriptis. Volentes & ordinantes, ut omnibus juribus & libertatibus aliarum eccleſiarum collegiatarum & conventualium noſtræ diœces. utatur & gaudeat in futurum. Quodque in ea quatuor ſint canonici ad preſens, videlicet *Tilmannus* predictus, *Andreas de Kyrea*, *Tilmannus de Ouwen*, & *Johannes de Henwilre*, per quos quatuor eorum ſucceſſores, dicta parrochialis ſeptimanatim debebit ſecundum ordinem in divinis officiis & aliis neceſſariis procurari. Et ſi per mortem, vel reſignationem prebendas *Tilmanni* & *Tilmanni* predictorum vacare contigerit, ad illas predictus *Hermannus* perſonas ydoneas preſentabit, & ſucceſſores ipſius perpetuo, quotiens ipſas contigerit ſic vacare & perſone prenotate per ipſum vel ſucceſſores ſuos ad illas duas prebendas recipi debent ab aliis canonicis in canonicos & in fratres ad alias vero duas prebendas, quotiens ipſas vacare contigerit, eligendi poteſtas apud collegium ibidem libere reſidebit, & prelatorum, ſi & quando de ipſis fuerit providendum, ſi eciam volente Dno, ut ſperamus, ex largicione Chriſti fidelium numerum prebendarum in ipſa eccleſia contigerit augmentari, de illis & earum collacione, ſicut tunc decreverimus, diſponetur. Prelatorum quoque, qui ibidem preficientur pro tempore, confirmacio

ad

Digitized by Google

ad nos & ſucceſſores noſtros debet libere pertinere. Cum autem adhuc in ipſa eccleſia diſponi & provideri non poſſit congrue de prelatis, predicto *Tilmanno* paſtori in Symeren committimus per preſentes, ut noſtra auctoritate ab aliis ſuis concanonicis obedienciam recipiat, ipſosque ut canonicis horis & divinorum officiis interſint, ut tenentur, compellat per cenſuram eccleſiaſticam, previa racione, Et premiſſa, facimus, diſponimus & ordinamus, ſine cujuslibet alieni juris prejudicio. Nolentes per ea cuiquam in jure ſuo, aliqualiter derogare. Datum *Aſchaffenburg* VI°. Kalen. Jul. anno Dni MCCC. XVIII.

III.

Gerlacus Archiep. Mog. confirmat inſtitucionem altaris beatorum Apoſtolorum in Collegiata montis S. Joannis Bapt. a. 1404.

Gerlacus Dei gracia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis ſalutem in Dno ſempiternam. Inſtitucionem erectionem & dotacionem ſufficientem altaris in honore beatorum Apoſtolorum in eccleſia collegiata *montis ſancti Johannis* prope *Kirn*, de conſenſu canonicorum ibidem pro augmentacione divini cultus factam ſine prejudicio eccleſie predicte & cujuslibet alieni juris injuria ratam habemus preſentibus atque gratam & eam auctoritate noſtra ordinaria in Dei nomine con-

Digitized by Google

confirmamus, dummodo premiſſorum veritas ſuffragetur. Datum IIII idus Septembris anno Dni Mill. CCC°, Quinquageſimo quarto.

IV.

Joanni Archiep. Mog. praeſentatur à Joanne Comite Silveſtri in Dunen collegiata S. Joannis Baptiſtae pro parochiali eccleſia in Zozinheim. a. 1404.

Reverendiſſimo in Chriſto patri ac Dno Dno *Johanni* Archiepiſcopo Magunt. *Johannes Comes Silveſter in Dunen & Ringraius in Ringraueſtein* Quicquid poterit reverencie obediencie & honoris. Ad paſtoriam in *Zozinheim* vacantem ad preſens ex obitu quondam *Johannis* dicti *Zappe de Wilren* ejuſdem eccleſie parochialis dum vixit noviſſimi rectoris cujus collacio ſeu jus preſentandi ad me tanquam ad verum patronum racione juris patronatus dinoſcitur pertinere. Honorabiles canonicos collegii beati *Johannis Baptiſte* prope *Dunen* Magunt. dyoceſ. tanquam proviſores legitimos predicti collegii preſentibus duxi preſentandos & per preſentes preſento pro perpetua incorporacione antedicti collegii Rogans humiliter precibus quibus poſſum veſtram - - - - - - - ut Dei intuitu antedictum collegium providere in ipſa incorporacione & confirmacione dignemini pure propter Deum. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum preſentibus duxi appendendum. Datum anno Dni M°. CCCC°. quarto. In die beate *Agnetis* virginis.

V. *Jo-*

Digitized by Google

V.

*Johannes & Fridericus fratres Comites Silveſtres in Duna Capitulo S. Joannis Baptiſtae donant jus patronatus eccleſiae parochialis in Zozinheim cum omnibus juribus & pertinentiis. a.*1404.

In nomine Domini amen. Nos *Johannes* & *Fredericus* fratres *Comites Silveſtres in Duna* & *Ringrauii in Ringraſenſtein* ad univerſorum Chriſti fidelium noticiam, & ſpecialiter ipſorum quos infra ſcripta donacio tangit aut tangere poterit quomodolibet in futurum. Deducimus per preſentes Quod nos plena & matura deliberacione prehabita pie & ſincere devocionis moti, affectu quem nos & noſtri eciam progenitores ſucceſſivis temporibus ad eccleſiam collegiatam *Montis ſancti Johannis Baptiſte* prope *Dunam* Magunt. diœc. hactenus geſſimus & geſſerunt, & nos hodie puro corde gerimus & habemus ad eandem, ac deſiderantes & affectantes eterne retributionis, & future glorie premiis adjuvari & inſigniri, eaque nobis expedire reputantes ut inter alia pia & ſalubria opera eaque divini cultus augmentum cedere & pervenire poſſunt, animo libenti & ſtudio ferventi appetere debeamus. Ad laudem igitur & honorem omnipotentis Deiglorioſe virginis matris Marie, totiuſque celeſtis Curie necnon pro ſalute animarum noſtrarum & omnium progenitorum noſtrorum jus patronatus ſive jus preſentandi Rectorem ad eccleſiam parrochialem in *Zozenheim* dicte diœces pridem a tempore fundationis ejus-

dem eccleſiæ ad progenitores noſtros Comites pro tempore de antiqua & approbata ac hactenus pacifice obſervata conſuetudine ſolum & in ſolidum ſine & abſque requiſitione conſilii vel aſſenſus cujuscunque alterius ſpectat & pertinet honorabilibus viris Dominis Capitulo eccleſie *Montis ſancti Johannis* prope *Dunam* predicte & ipſi eccleſie *ſancti Johannis* ex cauſis predictis donatione inter vivos perpetuo valitura libere & ſponte ac irrevocabiliter dedimus tradidimus & donavimus & preſentibus damus tradimus & donamus, ac ipſum jus patronatus ſive jus preſentandi predictum cum omnibus juribus & pertinenciis ſuis univerſis meliori modo via jure & forma quibus melius & efficacius potuimus & debuimus ac poſſumus & debemus in ipſos Dominos Capitulum & eccleſiam predictos in Dei nomine tranſtulimus & transferimus per preſentes dantes ac concedentes plenam licentiam & expreſſam ac liberam facultatem Dominis Capitulo eccleſie predicte preſentandi perſonam ydoneam pro tempore, ad predictam parochialem eccleſiam pro canonica inſtitutione habenda & obtinenda, eciam ſi ipſa parrochialis eccleſia vacat ad preſens aut cum vacaverit & quociens ipſam in futurum vacare contiget. Et inſuper promittentes preſentibus noſtris litteris pro nobis & noſtris heredibus quibuſcunque dationem tradicionem & donacionem ſicut premittitur per nos factam ratam & gratam ac firmam perpetuo & irrevocabiliter habere & tenere ac inviolabiliter obſervare nec ullo unquam tempore verbo vel facto

aut

Digitized by Google

aut alioquovis queſito colore contravenire, In quorum omnium ac ſingulorum fidem & firmiorem veritatem ſigilla noſtra preſentibus duximus appendenda. Datum in caſtro noſtro *Dunen* Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo quarto Indictione duodecima menſis Januarii die ſexta decima Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Dni *Bonifacii* divina providencia *Pape* noni anno quinto decimo preſentibus ibidem venerandis & diſcretis viris Dominis *Nicolao* advocato *in Honelſtein Symone de Rudinsheim in Kyrn Johanne Lubichin in Baſſenheim Heinrico Schyrmer in Herſteyn* eccleſiarum parrochialium paſtoribus & *Jacobo Brune* armigero dicte Maguntin. dioceſ. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

VI.

Joannes Archiep. Mogunt. confirmat praedictam donationem juris patronatûs &c. a. 1404.

Johannes Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis & ſingulis ad quos preſentes noſtre littere pervenerint. Salutem in Domino ſemper. Quia nobiles *Johannes & Fridericus* fratres *Comites Silveſtres in Duna* & *Ringravii in Ringravenſtein* pie devotionis moti affectu quam ad eccleſiam collegiatam Montis ſancti *Johannis Baptiſte* prope *Dunam* noſtre dioceſ. geſſerunt, ad laudem omnipotentis Dei & glorioſe virginis & matris *Marie* totiuſque celeſtis curie, nec non pro

 ſalu-

Digitized by Google

ſalute animarum ſuorum progenitorum & ſuarum jus patronatus ſive preſentandi rectorem ad eccleſiam parrochialem in *Zozinheim* noſtre dioceſ. quod ad dictos Comites & ſuos progenitores aſſeritur pertinuiſſe & pertinere devotis noſtris dilectis Capitulo eccleſie Montis *ſancti Johannis* predicte, & ipſi eccleſie *ſancti Johannis* donacione inter vivos libere ſponte & irrevocabiliter dederunt tradiderunt & donarunt, ac ipſum jus patronatus ſive preſentandi cum omnibus juribus & pertinenciis ſuis in capitulum & eccleſiam predictos tranſtulerunt prout in eorum patentibus & ſigillis eorum impendentibus ſigillatis litteris plenius vidimus contineri pro parte eorundem nobis fuit humiliter ſupplicatum ut dictas donationem & translationem auctoritate noſtra ordinaria roborare & confirmare dignaremur. Nos piis eorum votis & precibus inclinati donacionem & translacionem hujuſmodi dummodo rite & rationabiliter ac abſque prejudicio plebani ſeu Rectoris ejuſdem eccleſie & cujuslibet alterius juris injuria facte ſint juribus nihilominus papalibus epiſcopalibus & ſynodalibus & alterius cujuslibet ſemper ſalvis ratas habemus & gratas, ipſaque auctoritate noſtra tenore preſentium approbamus ratificamus roboramus & confirmamus. In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Erenfels* feria tercia proxima poſt dominicam Jubilate. Anno Dni. Milleſimo quadringenteſimo quarto.

VII.

Digitized by Google

VII.

Eccleſia parochialis in Zozenheim cum juribus & redditibus incorporatur collegiatae Montis S. Johannis Bapt. a. 1404.

Johannes Dei gracia ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus, Sacri imperii per Germaniam Archicancellarius honorabilibus capitulo eccleſie Montis ſancti *Johannis Baptiſte* prope *Dunam* noſtre dioceſ. devotis noſtris dilectis ſalutem in Domino ſemper. Exigit veſtre devotionis & ſinceritatis affectus ut peticionibus veſtris in hiis preſertim que ad veſtrum & eccleſie veſtre ac perſonarum inibi Domini famulantium utilitatem & commodum cedere valeant, quantum cum Deo poſſumus favorabiliter annuamus; ſane peticio veſtra nobis exhibita continebat quod dudum nobiles viri *Johannes* & *Fridericus* fratres Comites Silveſtres in *Duna* ac Ringravii in *Ringravenſtein* pie & ſincere devotionis moti affectu, quem ipſi ad eccleſiam veſtram predictam puro corde geſſerunt, nec non ad laudem & honorem omnipotentis Dei & ipſius glorioſe virginis & matris *Marie* totiusque celeſtis curie, ac pro ſalute animarum ſuarum & ſuorum progenitorum jus patronatus ſive jus preſentandi Rectorem ad eccleſiam parrochialem in *Zotzenheim* noſtre dioceſ. predicte quod a tempore fundationis ejuſdem de antiqua & approbata ac hactenus pacifice obſervata conſuetudine ſolum & in ſolidum ad progenitores ipſorum Comites pro tempore pertinuit, & ſpectavit, ac extunc

Digitized by Google

ex ſucceſſione hereditaria ad *Johannem* & *Fridericum* fratres Comites predictos ſpectabat & pertinebat vobis capitulo ac ecclefie predictis donatione inter vivos perpetuo valitura libere & ſponte ac irrevocabiliter dederunt tradiderunt & donarunt, ac ipſum jus patronatus ſive jus præſentandi predictum cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis univerſis in vos capitulum & eccleſiam veſtram predictam tranſtulerunt, dantes ex tunc vobis capitulo predictis plenam licentiam ac liberam facultatem futuris temporibus perſonam ydoneam ad predictam parochialem eccleſiam pro canonica inſtitutione obtinenda ſi vacaret aut quotiens ipſam vacare contingeret preſentandi. Quam quidem juris patronatus ſive juris preſentandi donacionem per ipſos *Johannem* & *Fridericum* Comites predictos factam nos exinde auctoritate noſtra ad inſtanciam capituli predictorum duximus confirmandam & auctoritate noſtra ſalvis juribus congruentibus confirmavimus Que & alia in litteris eorundem *Johannis* & *Friderici* Comitum predictorum plenius continentur; Cum autem ſicut eadem veſtra peticio continebat quod fructus redditus & proventus menſe capitularis eccleſie veſtre ſunt adeo exiles & diminuti, quod exinde ſuſtentari & incumbentia onera ſupportare congrue non poteſtis unde pro parte veſtra nobis extitit humiliter ſupplicatum ut eccleſiam parochialem in *Zotzinheim* predictam cum fructibus redditibus proventibus & juribus ſuis univerſis in relevamen ac ſupportacionem onerum predictorum & etiam ut hujusmodi

jusmodi fructus redditus & proventus dicte eccleſie in cottidianis diſtribucionibus que fient pro tempore in ipſa eccleſia veſtra predicta inter preſentes in divinis officiis pro tempore in ipſa eccleſia veſtra juxta morem conſuetudines & ſtatuta ejusdem eccleſie veſtre dividantur, perpetuo incorporare annectere & unire de ſpeciali gratia dignaremur. Nos igitur ſupplicationibus veſtris inclinati plena deliberatione prehabita & cauſis premiſſorum attentis, eccleſiam parrochialem predictam cum omnibus juribus & pertinenciis ſuis, ipſi menſe predicte auctoritate noſtra ordinaria tenore preſentium incorporamus annectimus & unimus. Itaque cedente vel decedente Rectore ejusdem eccleſie parochialis qui nunc eſt, vel alias ipſam eccleſiam quomodolibet dimittente, liceat vobis corporalem poſſeſſionem ipſius eccleſie parochialis per vos vel alium ſeu alios apprehendere ac in uſus veſtros perpetuis futuris temporibus tenere & etiam poſſidere, nec non fructus, redditus & proventus hujuſmodi in cottidianas diſtribuciones ut prefertur, & in ſupportationem onerum vobis incumbentium pro tempore convertere libere & licite valeatis, ac etiam debeatis noſtri & ſucceſſorum noſtrorum pro tempore Archiepiſcoporum & cujuſcunque alterius licentia ſeu conſenſu minime requiſitis, à proviſo tamen ipſam eccleſiam parochialem diligenter gubernari, & curam animarum dilectorum nobis parochianorum ipſius eccleſie parochialis faciatis per ydoneum presbyterum vicarium perpetuum debite ac

lau-

Digitized by Google

laudabiliter exerceri. Quodque propterea etiam ſolitus numerus in eadem parochiali eccleſia nullatenus minuatur, nec non reſervata etiam de fructibus redditibus & proventibus dicte eccleſie parochialis pro eodem perpetuo vicario in eadem eccleſia parochiali pro tempore inſtituendo & perpetuo Dno ſervituro congrua portione, de qua idem vicarius commode ſuſtentari epiſcopalia jura ſolvere, & alia onera incumbencia pro tempore ſupportare valeat & poſſit, conſtitutionibus tam provincialibus quam ſynodalibus in contrarium editis non obſtantibus quibuſcunque. Datum *Pingwie* Sabbato infra octavas feſti corporis Dni noſtri *Jeſu Chriſti.* Anno ejuſdem Dni noſtri Milleſimo quadringenteſimo quarto.

§. VIII.

Innocentii VII. Papae confirmatio praecedentium.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Decano eccleſie ſancti *Petri* extra muros Magunt. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Iis per que eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum neceſſitatibus conſulitur libenter intendimis eaque quantum cum Deo poſſumus favoribus proſequimur oportunis. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum capituli eccleſie Montis ſancti *Johannis Baptiſte* prope *Dunam* Maguntin. dioceſ. peticio continebat quod olim dilecti filii nobiles viri *Johannes* & *Fredericus* Comites in *Duna* & Ringravii in *Ryngravenſtein*

fratres

Digitized by Google

fratres moti ſingularis devotionis affectu, quem ad dictam eccleſiam gerebant ad laudem Dei & glorioſe virginis *Marie* ac pro ſuarum & progenitorum ſuorum animarum ſalute jus patronatus & preſentandi rectorem ad parrochialem eccleſiam in *Cotzinheim* dicte dioceſ. quod tunc ad eos pertinebat, eisdem capitulo pia largicione ſponte & libere donarunt & in ipſos capitulum & eccleſiam ſancti Johannis perpetuo tranſtulerunt, ac venerabilis frater noſter *Johannes* Archiepiſcopus Magunt. donationem & translationem hujusmodi auctoritate ordinaria approbavit & etiam confirmavit, & nihilominus cum fructus redditus & proventus menſe capitularis dicte eccleſie ſancti *Johannis* adeo exiles & diminuti exiſterent quod ipſi capitulum exinde commode nequirent ſuſtentari, & eis incumbentia onera ſupportare prefatus Archiepiſcopus eandem parochialem eccleſiam cum omnibus juribus & pertinenciis ſuis eidem menſe ac eccleſie ſancti *Johannis* auctoritate predicta in perpetuum incorporavit annexuit & univit ita quod cedente vel decedente rectore ipſius parochialis eccleſie qui tunc erat vel eccleſiam ipſam alias quomodolibet dimittente liceret eisdem capitulo corporalem poſſeſſionem ipſius parochialis eccleſie propria auctoritate apprehendere, & in uſus ſuos proprios perpetuo retinere, reſervata tamen de fructibus redditibus & proventibus ejusdem parrochialis eccleſie congrua portione pro perpetuo vicario inibi inſtituendo de qua idem vicarius congrue ſuſtentari epiſcopalia jura ſolvere

& alia ſibi in cumbentia onera ſupportare poſſet, prout in litteris autenticis inde confectis ipſius Archiepiſcopi ſigillo munitis dicitur plenius contineri. Cum itaque poſtmodum ſicut eadem peticio ſubjungebat prefati capitulum eandem parochialem eccleſiam tunc vacantem hujuſmodi unionis annexionis & incorporacionis vigore aſſecuti, illam ex tunc tenuerint & poſſederint ac teneant & poſſideant de preſenti, dubitentque unionem annexionem & incorporationem hujuſmodi ex certis cauſis juribus non ſubſiſtere pro parte eorundem capituli nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut dictam parrochialem eccleſiam eiſdem menſe & eccleſie ſancti Johannis de novo unire annectere & incorporare de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos itaque de premiſſis certam noticiam non habentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus quatinus ſi eſt ita prefatam parochialem eccleſiam cum omnibus juribus & pertinenciis ſupradictis eidem menſe, cujus viginti marcharum argenti fructus redditus & proventus ſecundum communem extimacionem valorem annuum, ut ipſi capitulum aſſerunt non excedunt auctoritate apoſtolica in perpetuum de novo incorpores unias & annectes. Ita quod liceat prefatis capitulo dicte parochialis eccleſie corporalem poſſeſſionem auctoritate propria de novo apprehendere & perpetuo in uſus proprios retinere, reſervata tamen, ſi alias reſervata non ſit de eisdem fructibus & redditibus pro hujusmodi perpetuo vicario inibi

pro

Digitized by Google

pro tempore inſtituendo, congrua portione, de qua idem vicarius valeat congrue ſuſtentari, epiſcopalia jura ſolvere, & alia ſibi incumbentia onera ſupportare, non obſtantibus ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi vel aliis beneficiis & eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales apoſtolice ſedis vel legatorum ejus litteras impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem reſervationem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras & proceſſus habitos per eaſdem ad parochialem eccleſiam predictam volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari, & quibuslibet aliis indulgentiis & litteris apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant que preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane ſi ſecus ſuper hiis per quoſcunque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum *Viterbii* IIII Idus Februarii Pontificatus noſtri anno ſecundo.

IX.

Bertholdus Archiep. Mog. confirmat electionem Decani collegiatae Montis S. Johannis Bapt. a. 1492.

Bertholdus Dei gracia ſancte Moguntin. ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani imperii per Germaniam

Archicancellarius ac Princeps Elector honorabili devoto nobis in Chriſto dilecto *Vdalrico Roleder* electo Decano eccleſie Montis *ſancti Johannis* prope *Kirn* noſtre dioceſis ſalutem in Domino ſempiternam. Electionem ad decanatum predictum alias vacantem per capitulum dicte eccleſie de te factam ſicut rite & legitime facta eſt tuorum meritorum intuitu tenore preſencium confirmamus, committentes tibi dicti decanatus gubernationem cum omnibus honoribus juribus & juriſdictionibus aliisque conſuetis. Ceterisque dicte eccleſie perſonis diſtricte precipiendo mandamus ut te eorum prelatum in dignitate predicta recognoſcant & tuis mandatis pro modo tue poteſtatis & juriſdictionis obediant reverentiamque exhibeant & honorem. Atque de fructibus & utilitatibus reſpondeant & reſponderi faciant contradictione ceſſante quorumcunque. Date apud arcem ſancti Martini in civitate noſtra Moguntina noſtro ſub ſigillo vigeſima ſecunda menſis Octobris anno Domini Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo.

c) Præſentatio litigioſa ad eccleſiam in Monzingen decernitur. a. 1338.

Officialis Domini Prepoſiti Moguntini Archipresbytero in *Monzechin* ſalutem in Domino. Vacante alias eccleſia parochiali in *Monzehe* pretacta & ipſi Domino noſtro Prepoſito & nobis pro eo ad eam tribus perſonis a tribus tanquam ejuſdem eccleſiæ patronis preſentatis, videlicet venerabili in Chriſto patre, Domino *Trevirenſi* Archiepiſcopo diſcretum

virum

virum *Heinricum de Roda* ſpectabili vero viro Domino *Friderico* Comite *de Kyrberg* Johannem ſuum natum, nec non ſpectabili viro Domino *Johanne Comite Silveſtre de Duna Gerlacum*, Vicarium pretacte parochialis eccleſie ad eandem preſentantibus & quolibet eorum preſentatorum ſe de ipſa a nobis inveſtiri petentibus, fuit inter ipſos preſententos coram nobis aliqualiter litigatum, porro cum predicti *Gerlacus* & *Heinricus* id procuratore ejuſdem Domini *Johannis* preſente, coram nobis conſtituti in jure, renunciaverunt preſentationibus ſuis predictis ac liti, deſuper ſubſecute, dicentes ſecus, in ipſis ſuis preſentationibus proſequendis non habere, nos igitur hiis & aliis conſiderandis perpenſis hoc caſu decernimus, ipſum *Johannem* de eadem eccleſia parochiali in *Monzehin* inveſtiendum exiſtere, ac etiam preſentibus inveſtimus. Vobis mandantes, quatenus eum in ejus corporalem poſſeſſionem inducatis, facientes ſibi de cura populi & ejuſdem eccleſie juribus & proventibus univerſis integre reſponderi, adhibitis circa hoc ſollempnitatibus debitis & conſuetis - - - - Datum anno Domini M. CCCXXXVIII. III. idus Auguſti.

Monzingen in diplomate *Adelberti I.* Archiep. Mogunt. bona monaſterii Diſſibodenbergenſis A. MCXXVIII. confirmantis audit *Monzecho.* Joann. Spicileg. p. 103. alibi: *Monzengen*, *Munzecha.*

(d) An. MCCCVI. *Emicho* & *Philippus* de *Nuſsbaum* cum cœnobio *Diſſibodenberg* tranſegerunt ſuper

XX medimnis ſiliginis, in charta deſuper facta occurrit *Gernodus* Archipresbyter villæ *Sobernheim.* In alio dicti cœnobii diplomate de an. MCCLXXXXIX nominatur *Godefridus* Archipresbyter in *Waldbeckelheim. Joann.* Spicil. p. 185.

§. V.

NAVAM inde trajicientes pauliſper in WEIERBACH, BAUMHOLDER (a), CUSEL (b), LAUTERECK, OFFENBACH (c) & MEISENHEIM commorati ſumus.

(a) Fridericus I. Imp. anno 1156. in literis, quibus eccleſiæ Virdunenſi comitatum Virdunenſem confirmat, memorat caſtrum *Veldentia*, Walſonvillare, Bemondula, curiam S. Medardi &c. vid. *Calmet* hiſt. Loth. Tom. V. probb. pag. CCLIX. Benè verò notat Cl. *Crollius* in origg. Bipont. part. 1. pag. 46: *Sunt loca eadem, quae hodie dicuntur Veldentz, Wolfersweiler, Baumholder, St. Medard.* Vocatur etiam *Bemoldia.*

(b) Abbatia *Cosla* in pago *Coslinſe* in comitatu *Bliſenſi* vocatur cœnobium in ord. S. *Benedicti* in Monte S. *Remigii* (Remigsberg) *Cuſellis* proximo. vid. Cl. *Crollii* Oratio *de Cuſellâ.* Tam ampla cæteroquin parochia Cuſſellenſis eſt, ut tres Diœceſes, Trevirenſem, Metenſem & Wormatienſem attingit; quodſi tantum otii nacti fuerimus, ut cujuslibet parochiæ filiales eccleſias nominare liceat, id demonſtratum ibimus.

(c) Hen-

(c) Henry Archeveque de *Mayence* confirme le prieuré d'*Offenbach* dependant de S. *Vincent* de *Metz*. A. 1150. *Calmet* dans les preuves de l'hiſtoire de Lorraine Tom. II. pag. CCCXXXVIII. Ibi:

In nomine Dei et individue Trinitatis. Ego *Henricus* Dei gratia Maguntine ſedis humilis miniſter notum facio univerſis tam futuri quàm preſentis evi Chriſti fidelibus, qualiter quidam *Ranfridus* liber conditionis homo inſpiratione divina temporalia iſta vana et caduca conſiderans et animam ſuam, quam juxta fundamentum fidei ſempiternam eſſe ſciebat, lucri facere deſiderans, infra terminos parrochiæ meæ in villa, quæ dicitur *Offenbach*, in fundo hereditarii boni ſui cellam conſtruxit et cum parte predii ſui, quod hereditario jure poſſederat, eandem cellam eccleſiæ S. *Vincentii* in civitate Metenſi . . . . . tradidit etc.

Et infra:

Tali diſpenſatione conceſſi, ut cella illa cum allodiis ſuis jure fundi Metenſi attineret eccleſiæ, jure autem diœceſario mihi meisque ſucceſſoribus et *Archidiacono ſuo majori Moguntine Metropolis Prepoſito* obediens eſſet et ſubjecta et ſingulis annis ei in ſignum obedientie et ſubjectionis corporale Archipreſuli Moguntine ſedis perſolveret. etc.

§. VI.

Digitized by Google

§. VI.

Ampliſſimum Archidiaconatum noſtrum juxta limites potiſſimum uſque huc inviſimus; Opportuna nunc offertur occaſio, integram ſedem Archipresbyteralem MONSTERAPPLAN (*hod. Münſterappel*) perluſtrandi.

En regiſtrum Archipresbyterale:

Regiſtrum Archipresbyterale in Münſterappel.

Actum anno Domini M CCCC primo feria tertia poſt feſtum paſchæ. Recepti ſunt valores redditūum beneficiorum per terminos ſedis *Monſterapplan* (a) ſitorum.

Primo *Gentzingen* eſt incorporata eccleſie majori Maguntine.
Item plebanus ibid. dat XXXIII. ſol. hll.
Item *Bleynchin* eſt incorporata monaſterio ſancti Jacobi extra muros Magunt.
Item plebanus ibidem V. lib. hll.
Item paſtor in *Baſenheim* (b) dat. II. floren.
Paſtor in *Folxheim* III. flor. V. ſol. hll.
Item plebanus ibid. II. flor.
Item plebanus in *Sarlesheim* III. floren.
Item plebanus in *Hackenheim* (c) XXX ſol. hll.
Item paſtor in *Leubersheim* III. flor.
Item plebanus in *Cruczinach* (d) VIII. flor.
Item paſtor *ſub Lapide* I. lib. hll.
Item paſtor in *Ebernberg* II. flor. et XI. ſol. hll.
Item plebanus ibidem II. floren. minus II. ſol. hll.

Item

Digitized by Google

Item paſtor in *veteri Beymberg* II. flor. et V. ſolid. hll.
Item plebanus ibidem III. flor.
Item paſtor in *Bockenheim* II. flor.
Item paſtor in *Fornſelt* I. flor. minus VI. hll.
Item plebanus ibid. XV. ſolid. hll.
Item eccleſia in *Alſentzen* eſt incorporata eccleſie ſancti Johannis Magunt.
Item plebanus ibidem IIII. lib. hll.
Item paſtor in *ſuperiori Moſſeln* II. lib. hll. & unum ſol. hll.
Item paſtor in *Oberndorff* II. flor.
Item plebanus ibid. II. lib. hll.
Item paſtor in *Scheringesfelt* XXVI. ſol. hall.
Item paſtor in *Vinckenbach* II. lib. hll.
Item paſtor in *Ramswilre* I. lib. hll.
Item paſtor in *Rypelskirchen* II. flor.
Item paſtor in *Ruterskirchen* (e) I. flor.
Item paſtor in *Ratskirchen* I. flor.
Item paſtor in *Heinkirchen* XXVIII. ſol.
Item paſtor in *Nyderkirchen* XII. ſolid.
Item plebanus ibid. IIII. ſol.
Item paſtor in *Rockenhuſen* (f) II. flor.
Item paſtor in *Dyelenkirchen* XXVI. ſol.
Item paſtor *Sti Albani* II. lib. hll. minus II. ſolid.
Item paſtor in *Grewilre* XXVIII. ſol. hll.
Item paſtor in *Kryegesfelt* XXXI. ſol. hll.

Summa Paſtorum & Plebanorum LXV. floren. & III. hell.

Sequitur receptum reddituum Altariſtarum ſedis *Applan*.

Digitized by Google

Primo altariſta in *Grewilre* VIII. ſol. hll.

Item altariſta *Sti Johannis* in *Imswilre* XII. ſol. hll.

Item altariſta in *Ebbernberg* II. lib. & VII. ſol. hll.

Item altariſta Beate Marie virginis in *Alſentzen* * XIIII. ſolid. hll.

Item altariſta in *Vylde* X. ſol. hll.

Item primiſſarius in *Rockenhuſen* XXVIII. ſol.

Item altariſta ſancti Michahelis in *Fryleubersheim*. II. flor.

Item cappellanus in *Uben* II. lib. hll.

Item altariſta Beate Marie virginis in *Sarlesheim* II. lib. hll. minus uno ſolido.

Item altariſta in hoſpitali *Crutzinach* II. flor. minus V. ſolid. hll.

Item altariſta S. Joh. Evangeliſte in cenobio Sti Petri extra muros *Cruczinach* (g) II. lib.

Item altariſta cappelle dicte *Buben* II. flor.

Item altariſta S. Katharine virginis in curia Johannis de *Bleynchin* militis I. flor.

Item altariſta S. Kyliani extra muros *Cruczinach* II. flor.

Item altariſta S. Martini in parochia *Cruczinach* I. flor. & VI. ſol.

Item altariſta Sti Michahelis ad ſanctum Kylianum extra muros *Cruczinach* I. fl. & VIII. ſols.

Item

---

* Anno Domini MDVII die quarta menſis Junii *Albertus* Archiep. Mog. Ivoni Wittich in commiſſis dedit permutationem beneficiorum Jacobi Odenwalt altariſtæ altaris beatæ Mariæ virginis in parochiali eccleſia in *Alſentz* & Philippi Fabri de *Alſentz* altariſtæ altaris S. Kiliani in eccleſia S. Mauricii Mogunt. MSS.

Digitized by Google

Item altariſta ſancti Nycolai in cenobio S. Petri xxvi. ſol. hll.

Item cappellanus in *Sülczen* xii. ſol. hll.

Item altariſta Beate Marie virginis ad S. Martinum i. lib. hll.

Item altariſta S. Lamperti ii. flor.

Item altariſta ſancte Katherine in *Bleynchin* xii. ſol. hll.

Item altariſta ſancte Katherine virginis in parochia *Cruczinach* xxxviii. ſol. hll.

Item altariſta ſancti Michahelis in cenobio ſancti Petri extra *Cruczinach* i. flor.

Item altariſta Beate Marie virginis in *Bleynchin* ii. lib. hll.

Item cappellanus S. Anthonii in *Deinbach* xxxiii. ſol. hll.

Item altariſta ibid. xi. ſol. hll.

Item altariſta Beate Marie virginis in *Fornſelt* i. flor.

Item altariſta in *Bonheim* xxviii. ſol. hll.

Item cappellanus in *Niedernhuſen* xvii. ſol. hll.

Item cappellanus in *Bürfelt* xviii. ſol.

Item cappellanus in *Mentzwilre* xi. ſol.

Item altariſta hoſpitalis in *ſuperiori Moſſeln* xvi. ſol. hll.

Item altariſta ſancte Katherine ibid. i. libr. hll.

Item altariſta in *Crygesfelt* xxv. ſol. hll.

Item altariſta fraternitatis in *Alſentzen* (h) xix. ſol.

Item altariſta ſancte Katherine in *Oberndorff* xxx. ſol. iii. hll.

Digitized by Google

Item altariſta Beate Marie virg. ibid. xxv. ſol.
Item altariſta Beate Marie virg. in *Randecken* I. lib. hll.
Item altariſta templi ſub *Randecken* I. flor.
Item altariſta in *Bubelsheim* II. libr. hll.
Item altariſta trium regum in *novo Beymberg* xxvI. ſol. hll.
Item cappellanus ibid. xxvIII. ſol. hll.
Item altariſta fraternitatis in *Rockenhuſen* xvIII. ſol.
Item altariſta in *Moſcheln* omnium Sanctorum vII. ſol.
Item altariſta ſancte Katherine in parochia *Cruczinach*, II. lib. hll.
Item altariſta ſancti Andree ad S. Martinum in *Cruczinach* xxvIII. ſol. hll.
Item altariſta S. Kyliani in parochia *Cruczinach* xxxvIII. ſol. hll.
Item altariſta S. Katherine in *Imswilre* xv. ſol.

Summa altariſtarum LII. flor. & vIII. ſolid. & III. hll.

Summa ſummarum cxvII. flor. & vIII. ſolid. & vI. hll.

Subſequentes non dederunt:

Primo altariſta S. Katherine in *Alſentzen* II. flor.
Item altariſta in *Lewenſtein* non taxſavit.
Item altariſta in *Montfort* non taxſavit.
Item cappellanus caſtri in *Cruczinach* II. lib. & IIII. ſol. hll. (i).

Summa omnium perſonarum beneficiatarum ſedis *Monſterapplan* LXXXXVI.

(a) Anno

Digitized by Google

(a) Anno MCCCCXCIX. die XV. Maii *Wigandus* parochus Moſchellenſis & *Archipresbyter* ſedis *Monſterapel* à *Bertholdo* Archiep. Mog. poteſtatem accepit, monaſterium *Deymbach* ord. Ciſterc. inviſendi atque ad priſcam integritatem revocandi. *Joann. Spicil. pag.* 246.

(b) Wir *Johannes* Schilt von *Alſentz* Probſt und die Herrn alle gemeynlich des Stiffts zu *Flainheim* bekennen vur uns und alle unſer Nockommende alſs die wolgeborne Herrn Graffe *Johann* und Graff *Gerhart* Wildgrauen zu Dune zu Kirburg und Ringrauen zum Stein unſer gnediger lieber Herr und jungher uns umb beſonder gnade und gonſt ſie zu uns und unſerm Stifft umb Gottes willen, mit der paſtorie zu *Baſenheim* verſehen, und den Erſamen Herrn Johann von Alſentz unſern mit Canonicken von unſers Stiffts und unſer aller wegen daruff preſentirt hant daz wir oder unſer Nackomme ſchaffen und an unſern heylgen Vatter den Babſt werbin ſalten das die obgnante unſer gnediger Herrn und jungher und jr erbin Wildgrauen zu Kirburg nu hinfurter zu ewigen Dagen die probſtye in unſerm Stifft zu Flanheim zu verlyhen habin ſullent an alle yren willen ungehindert und ane Indrag unſer alle der unſer noch allzumaln niemandt in unſern wegen auch weres daz der wolgeborne jungher Friederich Wildtgraffe zu Dune und Ringraffe zum Stein den gnanten unſern gnedigen Hern und junghern oder iren erbin Inlegong

Collegiatæ in Flonheim paſtoria in Baſenheim confertur.

gong der gifft halben na lude irer rachtung ſie bey-derteyl über geyſtlich Lehen inhan dun würde in wilchen weg daz zu keme daran ſullen noch wullen Wir jne keyne Inlegung dun ſonder die paſtorie ſo ſie der irrung halb die wydder zu vns furdertem an Indrag dem obgen. unſerm gnedigen Hern und junghern oder yren Erbin Wildgraven zu Kirburg folgen laiſſen und ob des und alles wie obgemelt von uns nit geſchie ſo mogent und ſullent alsdan von ſtont dieſelbe unſer gnediger Herr und jungherr oder jr gemelten erbin gryffen und taſten wie jne eben iſt alle unſer gult- und gutere Wir in Flanheimer gemarcken fallende und lygen han ſich daran halten der genieſſen und gebruchen bis ſolang, daz wir jne die gnant paſtorye liedecklich ann allen Indrag widder zu yrn handen geſtalt und gegeben mit der preſentacion proclamacion Inueſturn und aller gerechtickeyt wir dauon jnhetten Und daz diſſe wie obgemelt von uns allen veſticlich und ufrechtig ane alle arge meynung oder Inlegong gehalten und getruwelichen nackommen werde ſo hant wir des zu Urckunde unſers capittels ingeſiegel an diſſen brieff gehangen und wyle ich Johannes *Alſentz* Canonickus obgen. von unſer aller wie obgemelt preſentirt byn ſo gereden und verſprechen ich auch uff myne priſterlich truwe mit rechter worheyt daz ich dieſelbe preſentacie proclamacie und inueſturn und waz ich brieff und gerechtickeyt uff und zu der obgenanten paſtorie *Baſenheim* inhette oder hernamals ge-

wynnen

Digitized by Google

wynnen mücht ganz und zumale hinder die Stifftshern zu *Flanheim* jn gemeynt hant legen ſal und wille mich der nit ſonderlich zu gebruchen noch mich der in keynen wegen alleyn anzunemen ſonder die paſtorye *Baſenheym* mit aller gulten und notzungen ane allen Indrag oder ſumeniſs myne oder alle der myne noch niemants alzumale in mynen wegen hinderniſs zu des obgenanten Stiffts henden alzit zu ewigen dagen kommen undt folgen laiſſen ſall und will alſe ich daz dann uff daz heylge evangelium gentzlich und auch getrüwelich zu halten und nazukommen geſworn han herinn abgedan alle geuerde und des auch zu waren gezuge dwyle ich dan eygenn ſiegels nit han ich mit flyſs gebedden den würdigen Hern Jacob *Siemern* Dechant des Stiffts zu *Kyrne* daz er ſin jngeſiegel vor mich aller benanter Dinge zu uberſagen by des obgenannten unſers Cappittels jngeſiegel an diſſen Brief gehenckt hait des ich *Jacobus Simern* Dechant ytzt gnant beckennen von ernſtlicher bedde wegen des vorgenanten Herrn *Johans von Alſentz* gedan han gebin uff ſambſtag ſant *Calixten* dag anno Dni M° CCCC° ſexageſimo nono.

(c) An. MCCXXI orta ſuper jure patronatûs eccleſiæ in Hackenheim controverſia deciſa fuit ab Archidiacono teſtante chartâ ſequente: De jure patronatus eccleſiæ in Hackenheim.

G. (*Gerbodo*) Dei gratia major Prepoſitus Maguntinenſis. Quoniam ea que in tempore geruntur, tempo-

temporis mutabilitate ſequentis de facile in oblivionem ducuntur, idcirco neceſſe eſt ea litterarum teſtimonio roborari. Noverint igitur univerſi preſentem paginam inſpicientes, quod litigantibus coram nobis Nobili viro *de Spanheim* Comite ex una parte, et *Wernero* de *Rina* ex altera parte ſuper jure patronatus eccleſie de *Hackenheim*, quorum uterque patronatum ad ſe aſſeruit pertinere ſuper jure ſuo . . . . productio teſtium utrique fuit adjudicata, cumque teſtes producti fuiſſent & atteſtationes modo debito publicate, dictus *Wernerus* agnovit ſe nihil juris habere in patronatu eccleſie memorate; Unde quidquid juris habere videbatur, liberaliter reſignavit. Nos igitur inſpectis atteſtationibus & cognitis diligenter ſententiam diffinitam pro Comite protulimus parte adverſa nullatenus reclamante & ejus preſentatum de eccleſia inveſtimus memorata. Ut igitur nulli omnino hominum huic facto noſtro liceat contraire, preſens ſcriptum fieri fecimus ſigilli noſtri munimine roboratum. Teſtes hujus rei ſunt: *Godefridus* Cuſtos major, *Arnoldus* Scholaſticus S. Petri, *Arnoldus* Canonicus ibidem, *Theobaldus* Cantor S. Stephani, *Uto*, *Hermannus*, *Henricus* Archipresbyteri & alii tam plebani quam ſacerdotes noſtri Archidiaconatus. Acta ſunt hec anno Dni MCC°XXI° menſe Novembri.

Dictum jus patronatûs tranſiit ad monaſterium in *Schwabenheim*. En litteras donationis:

In

In nomine Domini Amen. Cum in officiis caritatis primo loco illis teneamur obnoxii, à quibus cognovimus nos beneficium recipere poſſe vel recipiſſe, ſummopere nobis ſtudendum eſt, ut illis reverentiam exhibeamus in terris, quorum ſuffragiis credimus nos poſſe in cœlis apud Deum adjuvari. Hinc eſt, quod ego *Symon* Comes dictus in *Spanheim* ad notitiam omnium volo ut perveniat, quod loco religioſo videlicet *S. Marie* in *Schwabenheim* jus patronatus in *Hackenheim* cum omni jure quod ad me pertinere dinoſcitur, ob reverentiam beate & glorioſe ſemper virginis jam predicte eccleſie libere & voluntarie duxi conferendum, ita ſcilicet ut fratres in jam dicta eccleſia Deo ſervientes eodem jure patronatus utantur & fruantur ſine omni contradictione, ſicut ego utebar & fruebar, dum in ipſius eram poſſeſſione. Acta ſunt hec anno incarnationis Dominice M°CC°XL°.

Novæ hujus juris patronatûs donationi à Gerhardo Archiep. Mog. factæ, cui & adjecit eccleſiam in *Schembsheim*, acceſſit inſimul expreſſus Præpoſiti eccleſiæ Metropolitanæ quà Archidiaconi conſenſus, cujus frequentare ſynodos & capitula, parere iuſſis & cathedraticum ſolvere conventus in Schwabenheim in perpetuum profeſſus eſt. Litteras hâc ſuper re confectas vid. apud *Guden.* T. 1. p. 663.

Digitized by Google

Conſenſus ad permutationem altaris S. Catharinæ in parochiali eccleſ. in Creutznach.

(d) Univerſis & ſingulis Dominis judicibus & commiſſariis per civitatem Maguntinam ubilibet conſtitutis. Nos *Arnoldus* ex comitibus *de Salm* eccleſie Metropolitane Treverenſ. Canonicus & paſtor eccleſiæ parochialis in opido *Crutzenach* dicte Magunt. dioc. ſalutem in Dno. Ad notitiam veſtram deduci volumus, nos motu proprio purè propter Deum conſenſum & aſſenſum dediſſe dilecto nobis in Chriſto *Johanni Hep* presbitero Altariſte altaris *Sancte Katherine* in parochiali noſtra eccleſia ibidem *in Crutzenach* ſiti, permutandi dictum altare ſuum ſancte *Katherine* cum *Kyliano Wynheim* ex *Crutzenach* clerico tanquam idoneo & diſcreto. Inſuper eundem conſenſum uti verus & legitimus collator altaris ejusdem damus & concedimus per preſentes; Supplicantes ut eosdem ſic compermutantes deinceps transferre faciatis prout moris atque ſtili eſt. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus ad imprimendum. Datum in curia ſolite noſtre reſidencie *Treviris* anno Dni Milleſimo quingenteſimo ſexto die ſancti *Remigii* Epiſcopi.

Infra oppidum *Creuznach* eccleſiam parochialem in *Langenlonsheim* inviſimus, ibidemque chartam permutationis antiquam, quæ ſequitur, reperimus.

Conſenſus ad permutationem

Nos *Johannes Ludwicus* & *Ludwicus* Comites in *Naſſau* & *Saraponte* recognoſcimus publice atque fatemur per preſentes, quod in negotio certe permuta-

muta-

mutationis quod venerabilis & generoſus *Engelbertus* Comes in *Naſſau* Canonicus eccleſie majoris Moguntin. avunculus noſter dilectus & honorabilis Dnus *Stephanus Anhalt* Rector parochialis eccleſie in *Langenlansheim* Mogunt. dioc. cujusque collatio ſive jus preſentandi ad nos pleno jure patronatus pertinere dinoſcitur ſpectatque & pertinet, ad invicem fieri pretendunt, Nos *Johannes Ludwicus* & *Ludwicus* Comites anteſati, ut hujusmodi permutatio ut prefertur, conſumatur & perficiatur ſuumque debitum ſortiatur effectum prefato Dno *Stephano Anhalt* pro hac vice ad hoc noſtrum expreſſum in hiis ſcriptis damus conſenſum pariter & aſſenſum. In cujus rei evidens teſtimonium nos *Johannes Ludwicus* Comes antedictus pro *Ludwico* Comite predicto nepoti noſtro dilecto & nobis ſigillum noſtrum preſentibus noſtris litteris duximus appendendum. Datum *Saraponte* anno à nativitate Dni Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono feria quinta Epiphania Dni.

ecclefiæ parochialis in Langenlonsheim.

(e) Venerabili ac nobili viro Dno Prepoſito eccleſie majoris Mogunt. ſeu ejus officiali in hac parte vices gerenti nos *Johannes* Comes *Silveſter* in *Duna* in *Kirburg* nec non *Reni* Comes in *Ringravenſtein* quicquid poterimus reverencie & honoris. Quia per obitum Dni *Rudolfi Sellatoris* de *Meyſenheim* noviſſime a nobis preſentati ad eccleſiam parrochialem in *Ruterskirchen* venit ad nos Dnus Petrus *Roſenſtamme* presbyter Mogunt. dyoceſ.

Præſentatio ad parochiam in Ruterskirchen.

ceſ. lator preſencium poſtulando propter Deum ad eandem eccleſiam preſentari ſic ad preveniendum dampnum eccleſie & regiminis animarum pure propter Deum omni jure quo poſſumus dictam eccleſiam diſcreto viro Dno Petro predicto contulimus & per preſentes vobis preſentamus eundem ad eandem eccleſiam cujus collacio ad nos tanquam ad verum collatorem ratione juris patronatus pleno jure dinoſcitur pertinere. Rogantes pro eo, quatenus ipſum ad dictam eccleſiam inveſtire dignemini prout ad veſtrum ſpectat officium adhibitis circa hec ſolemnitatibus debitis & conſuetis In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum feria quarta proxima ante nativitatem glorioſiſſime virginis Marie anno Dni MCCCCL. ſecundo.

Qualiter præſentatio ad parochialem in Rocken-hauſen fieri debeat?

(f) *Johannes* Prepoſitus, *Elizabeth* Magiſtra *Aleidis* prioriſſa, totusque conventus in *valle ſancte Marie*, univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis, ſalutem & orationes in Domino ſalutares. Racio veritatis conſona docet, ut actio memorie digna preſencium ſic ſcriptis & ſigillorum appenſionibus roboretur, ne per oblivionis exitum excedat ſcientiam futurorum. Noverit igitur tam preſens etas quam futura poſteritas, quod nos penſata utilitate nec non incremento pacis & quietis noſtre, de unanimi conſenſu & bona voluntate omnium noſtrûm promittimus & promiſimus pro nobis & noſtris omnibus in perpetuum in manus Reverendi patris Domini

Hen-

Digitized by Google

Henrici Abbatis Monaſterienſis ſuorumque ſucceſſorum & ſub teſtimonio preſentium litterarum nos ad hoc firmiter obligamus, ut quocienſcunque vacare contingat eccleſiam *Rochenhuſen*, cujus jus collacionis & preſentationis ad nos omnium jure ſpectare dinoſcitur, nos unam perſonam de eccleſia Monaſterienſi que eſt mater noſtra poſtulabimus, quam nobis Abbas Monaſterienſis qui tunc fuerit non negabit quam perſonam ad eccleſiam predictam *Rochenhuſen* pro receptione cure animarum, Archidiacono loci nec non ad omnes actus legitimos in ſepedicta parochia exequendos, liberaliter preſentabimus, quam nos dolo vel ingenio in ſuis negociis & agendis nunquam impediemus, nec - - Abbas vel ſui ſucceſſores eandem perſonam quamdiu te honeſte geſſerit minime amovebit nec pretermittendum quod omnia premiſſa fient de conſilio domini Abbatis ſepedicti. Adjecto nihilominus quod nos omnes & ſingule ratum & gratum tenemus & tenebimus & ſub premiſſa promiſſione ſtare & permanere volumus quod dominus *Nicholaus* quem ad memoratam parochiam preſentavimus commoretur. In cujus facti robur & evidentiam pleniorem, ſigillum noſtrum, una cum ſigillis venerabilium virorum dominorum judicum ſancte ſedis Moguntin. & officialis domini Prepoſiti predicte eccleſie Mogunt. ad inſtanciam noſtram ſunt appenſa. Nos judices & officialis predicti, ad inſtanciam ſupradictorum Prepoſiti Magiſtre Prioriſſe & conventus ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Actum &

datum anno Domini Milleſimo CC. nonageſimo primo Kal. May.

(g) In eodem Cœnobio extat altare *S. Petri* teſtibus litteris preſentationis ad idem.

Præſentatio ad altare S. Petri extra Crutznach.

Nos Johannes *Comes Silveſtris* In *Duna* in *Kirburg* nec non *Reni Comes* in *Ringraffenſteyn* Honorabili viro & Domino Officiali Prepoſiti maior. eccleſ. Mogunt. quantum poterimus reverentiæ & honoris. Ad Altare ſancti Petri Apoſtoli ſitum in cenobio ejusdem Apoſtoli *ſancti Petri* extra muros oppidi *Crutzenach* vacans ad preſens ex obitu quondam domini *Petri* dicti *Weidemann* presbyteri ejusdem altaris noviſſimi poſſeſſoris, dum vixit cujus collacio ſeu jus preſentandi ad nos racione juris patronatus pleno jure pertinere dinoſcitur diſcretum ac honeſtum virum *Johannem Bleiche* de *Kyern* presbyterum Moguntine Dioeceſeos vobis duximus preſentandum & per preſentes preſentamus rogantes veſtras honorabilitates una cum eodem ut ipſum quantum ad veſtrum ſpectat officium inveſtire dignemini pure propter Deum facientes ſibi de redditibus proventibus & obuencionibus integre & plenarie provideri. In cujus noſtre preſentacionis evidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum Datum feria quarta poſt feſtum ſancti *Bartholomei* Apoſtoli Anno Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſecundo.

(h) idem forſan altare quod ſub titulo S. Antonii occurrit in quâdam chartâ permutationis, cujus præcipua annotamus: „ Die

„ Die ultimâ julii anno Dni Milleſimo quadrin-
„ genteſimo nonageſimo tertio commiſſio data eſt *Georgio Heylmann* aliàs *Pfeffer* pro permutatione
„ beneficiorum *Conradi Mertze* altariſte altaris ſancti
„ Anthonii in parochiali Eccleſia ville *Alſentz* & *Johannis Eſchwe* altariſte altaris ſanctorum *Nicolai*
„ & *Catharine* in parrochiali Eccleſia ville *Bugenheim.*

(i) Nos *Johannes* Comes *de Spanheim* litteris preſentibus publice profitemur, quod nos conſenſu & bona voluntate dilecti fratris noſtri *Symonis* Comitis *de Spanheim* ac heredum noſtrorum viva voce & ſana mente dotavimus capellam noſtram in caſtro noſtro *Crutzenachen* ſitam redditibus infra ſcriptis, videlicet: viginti maldris ſiliginis menſure Pingwenſ. cum duabus marcis denariorum Colonienſ. & una carrata vini media *Franci* & media *Hunici* pro perpetua miſſa ibidem celebratura in anime noſtre remedium ac parentum noſtrorum & ſalutem, legavimus eciam ad eandem noſtram capellam duas marcas denariorum Colonienſ. ad lumen perpetuum ibidem comburendum, quos quidem redditus ſiliginis & denariorum de noſtris molendinis in *Crutzenach* & *terra Crutzenach* ſitis annis ſingulis perſolvendis deputavimus, vinum quoque de noſtris vineis que pomerium nuncupatur deputavimus ſimiliter perſolvendum. Item cum viam univerſe carnis ingredi nos contingeret, legamus & dotamus quingentas marcas denariorum Colonienſ. ex molendinis noſtris ſupra- (Dotatio capellæ in caſtro Crutznach.)

dictis

dictis perſolvendas pro omni injuria noſtra facta de bona voluntate. Similiter & conſenſu fratris noſtri *Symonis* antedicti ad cenobia & ad alia loca pia ſecundum quod inferius continetur, videlicet inprimis conventui in *Swabheym* ducentas marcas Colonientes. Item conventui in *Spanheym* centum marcas Coloniens. Item conventui montis *ſancti Dyſibodi* decem marcas. Item conventui *Porte ſancte Marie* decem marcas. Item conventui in *Crutzenach* decem marcas. Item conventui in *Monſter Dreyſen* decem marcas. Item conventui in *Wedas* decem marcas. Item conventui in *Sion* decem marcas. Item conventui in *Mauchenheym* decem marcas. Item conventui in *Nuwen monſter in Wormacia* decem marcas. Item conventui in *Kirsgarten* decem marcas. Item conventui *Vallis ſancte Katharine* triginta marcas. Item conventui *montis ſancti Ruperti* triginta marcas. Item plebano in *Crutzenach* decem marcas. Item conventui ſancti Petri in *Crutzenach* decem marcas. Item Cluſe in *Sprendelingen* decem marcas tali forma, quod cum ſingulis decem marcis denariorum predictorum una marca denariorum Colonienſ. debet comparari & in noſtro anniverſario pro remedio anime noſtre & noſtrorum parentum animarum dictis conventibus debent annis ſingulis pro conſolatione miniſtrari, hoc eciam adjecto, quod illi redditus pro aliqua neceſſitate conventuum predictorum non debent mutari, vendi vel alienari, ſed ſemper in noſtro anniverſario conventibus miniſtretur uti ſuperius eſt expreſſum, redditibus

noſtre

Digitized by Google

noſtre capelle ſupradicte primo & principaliter ſemper ſalvis. Item legamus viginti marcas Colonien. ad novam capellam edificandam in nova civitate in illa area apud magnum pontem ex noſtris molendinis perſolvendas. In cujus rei teſtimonium noſtrum ſigillum una cum ſigillo fratris noſtri antedicti duximus litteris preſentibus apponendum. Et nos *Symon* Comes de *Spanheym* ad prefati fratris noſtri *Johannis* peticionem nobis factam noſtrum ſigillum preſentibus appendimus in recognicionem & teſtimonium omnium premiſſorum. Inſuper nos *Symon* comes predictus promittimus bona fide in hys ſcriptis, ſi frater noſter predictus Johannes deceſſerit, quod Deus avertat, quod nunquam de caſtro Crutzenach & opido nec de omnibus bonis dicti noſtri fratris aliquo modo intromittemus nos, quin pro iis *Stelinum* militem de *Bonnynheym* & quem ſibi aſſumpſerit, cui frater noſter ſuam terram commiſit gubernandam una cum caſtro & opido *Crutzenach* bene ſecurum faciamus, quod omnia debita predicti noſtri fratris integraliter perſolvamus, promittentes eciam dictum *Stelynum* vel quem ſibi aſſumpſerit, bene ſecurum facere, quod velimus & debeamus eciam premiſſa rata & inviolabiliter obſervare. Datum & actum Anno Domini M° IIIc XI. in Craſtino beati *Martini*.

Alterior circa eandem capellam diſpoſitio hæc eſt:

Honorabili viro Domino Prepoſito eccleſie Moguntin. ſeu ejus in hac parte vices gerenti *Johan-*

nes Comes de *Spanheim* honoris & ſervicii quicquid poteſt. Saluti noſtre anime non ſolum precavere volentes ſed eciam pro remedio animarum progenitorum noſtrorum pie memorie intendimus mediante divina gracia quanto ſalubrius poſſumus cogitare, hinc eſt quod unam capellam in caſtro noſtro *Crutzenachen* abſque prejudicio plebani & eccleſie parochialis in Crutzenaco ac loci Archidiaconatus pro tempore exiſtencium dotare volumus & dotamus cum perpetuis redditibus ſubnotatis videlicet viginti maldris ſiliginis Pingwenſis menſure, tribus marcis denar. Colon. legalium & bonorum, tribus hallenſibus pro quolibet denario computatis de molendino noſtro ſito infra muros oppidi noſtri Crutzenachen & carrata vini pro media parte *Franci* * & alia reſidua parte *Huni-*

* *Freherus* in notis ad *Auſonii* Moſellam pag. 45. e *Trithemii* originibus Francicis refert: Meroveum Clodii fil. tractu Moſellano potitum duodecim millia Moſellanorum in Franciam Orientalem & tantundem inde Francorum ad ripas Moſellæ tranſtuliſſe; & ex illo inquit, tempore vini uſus quod nuncupatur Francorum (vulgo Fremiſche vel Fränckiſche trauben) apud Moſellanos primum haberi coepit, dum Franci, vini cultores, ad Moſellam translati, id genus vitium ſecum de Orientali Francia primùm attulerunt. Quidquid ſit de hâc gentium translatione, certum eſſe è gloſſario *Du Cangii* novimus: vites vel a terris unde apportatæ vel à gente, à qua plantatæ, tenaciter eſſe denominatas. ſic vites nobiliſſimæ *Rüdeshemii* in Rhingaviâ originetenus ſunt *Aurelianenſes* (d'Orleans) & hodiedum vulgo vocantur *Orländiſch;* nomen idem retinebunt, eas ſi in terras etiam longin-

Hunici ** de vinea noſtra ſita apud predictum oppidum Crutzenach que vulgariter pomerium nuncupatur percipiendis & recipiendis pacifice & quiete, quas inquam redditus ex nunc ad predictam capellam damus & tradimus libere donacione legitima inter vivos in hunc modum ſcilicet, quod ſiligo infra duo feſta Aſſumptionis & Nativitatis Beate virginis, vinum in authumpno & ipſorum denariorum due marce in feſto beati Martini Epiſcopi hiemalis ſingulis annis uni ſacerdoti ydoneo & legali celebranti in dicta capella abſque diminucione qualibet in omnem eventum miniſtrentur & aſſignentur ſine ipſius ſacerdotis laboribus quibuslibet & expenſis, cum tercia vero marca ſuperſtite ematur ſive comparetur oleum ad unam lampadem perpetuo in predicta capella diu noctuque ardentem, quam lampadem ipſe ſacerdos ibidem celebrans debitis horis incendet ſeu procurabit incendi, & ſi in incenſione ipſius lampadis continue per octo dies negligens fuerit vel remiſſus, volumus quod ipſis octo diebus elapſis

 per-

ginquas transplantaveris. Idem evenit cum vitibus e Burgundiâ noſtro tempore magno numero allatis, vineiſque noſtris feliciter inſertis. Vinum Francicum à vite Francicâ in terras noſtras apportatâ hinc ritè compellari concludimus. Superſunt chartæ ſeculi decimi quarti idiomate Germano conſcriptæ, quæ vinum hoc dicunt *Fräntzwein*

** Vinum *Hunicum*, vel à gente Hunorum, quæ id primitùs coluit, vel Hunorum à tractu, in quo plantari cœpit, dictum eſſe, ſupra §. .III not. c. p. 64 meminimus.

perdat beneficium predicte capelle & ſit privatus eodem. Preterea volumus & preſentibus ordinamus, quod poſt obitum noſtrum ſemper proximior & ſenior heres jam dicti caſtri noſtri in Crutzenaco pro tempore exiſtens hujusmodi ſacerdotem Domino Prepoſito Moguntino ſeu ejus officiali exiſtenti pro tempore ad ſepedictam capellam pro inveſtituræ ipſius obtinenda preſentet legitime, prout de aliis beneficiis eccleſiaſticis fieri eſt conſuetum, unde veſtre honeſtati preſentibus litteris ſupplicamus, quatenus dotacionem & donacionem ac aliis premiſſis veſtrum conſenſum, prout ad vos pertinet, adhibere dignemini propter Deum. In cujus rei teſtimonium ſigillum officialitatis Prepoſiture Moguntine ad preces noſtras una cum ſigillo noſtro huic litere eſt appenſum. Nos officialis Domini Prepoſiti Mogunt. ſupplicationibus predicti Domini Johannis Comitis de Spanheim in hac parte favorabiliter annuentes dotacionem & donacionem ac aliis ſuperius enarratis quantum ad nos pertinet, noſtrum conſenſum voluntarium & benevolum preſentibus adhibemus, ſigillum officialitatis Prepoſiture Magunt. appendentes hiis litte ris in majorem evidenciam ſuper eo. Datum anno Domini M° IIIc. IX. II Idus Junii.

§. VII.

§. VII.

Ut ſtatum eccleſiarum in FLONHEIM (a) & GAUBECKELHEIM (b) diſpiceremus, relegenda nobis pars viæ fuit. Præſtolantes dein ardui itineris finem, ex alterâ parte Navæ SPONHEMIUM (c) verſus progreſſi per ſylvam Sone (d) properavimus ad oppidum STROMBERG & adjacentes villas DÖRREBACH & SIEFFERSBACH (e), paulò poſt in inferiori HEIMBACH, ubi egreſſi fueramus, reſpirare licuit.

(a) Eccleſia *Flonheimenſis* priùs regularis in ſecularem Collegiatam fuit erecta. Subjungimus hujus rei documenta:

I.

Nos *Ebirhardus* Prepoſitus, *Jacobus* Cuſtos, *Waltherus*, *Hanemannus*, *Heinricus* dictus *Gypſorn* & *Kutzelinus* Canonici regulares monaſterii in *Flanheim* recognoſcimus preſentibus litteris noſtris publice proteſtantes Nos aſtrinxiſſe unanimiter ac promiſiſſe ſub fidei datione loco juramenti preſtita in manus domicelli noſtri *Friderici Wildegravii* preſentibus *Emichone de Lapide Heinrico* de *Appinheim Wenzone* militibus *Conrado* dicto *Baume* armigero & *Hermanno* de *Diffinbach*, ordinationem ſeu conſtitutionem prebendarum noſtrarum infraſcriptam à feſto beati *Johannis Baptiſte* duratu-

Portio præbendalis Canonicorum regularium in Flonheim determinatur.

raturam uſque ad quatuor annos ſibi imediate ſuccedentes firmiter ac inviolabiliter obſervare ita videlicet quod unicuique noſtrum Prepoſito excluſo ſeptem maldera ſiliginis menſure Pinguenſis, carrata Hunici vini, ſi incremento haberi poterit marcam denariorum quartale unius berne plauſtrum lignorum, ſex Capones, tria talenta olei & mina piſorum cum redditibus infirmarie per famulum ſeu cellerarium quem domicellus noſter predictus nobis adjunxerit porrigentur annis preſcriptis ſingulis atque dentur Prepoſito vero ante dicto ipſa prebenda duplicata ſimiliter per eundem famulum ſine contradictione qualibet erogetur, ſi autem quod Deus avertat per aliquem ex nobis prenominatis perſonis contrarium predicte ordinationi ſeu conſtitutioni attemptatum fuerit quovis modo plus extorquendo aut ultra debitum accipiendo, quod probari poterit notorie per ipſum famulum aut cellerarium duobus viris fide dignis ſibi atteſtantibus, ex tunc ille contrarium faciens, fidefragus, honoris prebende ac capituli ſui deperditor reputabitur in perpetuum & dicetur, quam quidem prebendam cum capitulo nullo jure tam ſeculari quam eccleſiaſtico ſibi ſuffragantibus recuperare poterit denuo vel habere, in cujus robur ac teſtimonium premiſſorum dedimus & damus preſens ſcriptum noſtris ſigillis fideliter communitum. Actum & datum anno Domini MCCCXIIII. in die beati *Johannis Baptiſte.*

II. *Her-*

Digitized by Google

II.

Hermannus Roſenberg Scholaſtius eccleſie *beate Marie ad Gradus* Maguntin. Reverendiſſimi in Chriſto patris & Domini *Theoderici* ſancte ſedis Maguntie Archiepiſcopi ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarii in ſpiritualibus vicarius generalis & *Johannes Lorch* Prothonotarius dicte ſancte ſedis Maguntin. decretorum doctores Commiſſarii ad infra ſcripta a prefato Reverendiſſimo Dno Dno *Theoderico* Archiepiſcopo tam apoſtolica quam ordinaria auctoritate ſpecialiter deputati ſive ſubdeputati univerſis preſentibus cognitum eſſe volumus atque nullam poſteritatem latere quod, ſicut pridem anno à nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto die quinta menſis Septembris auctoritate apoſtolica prefatus Reverendiſſimus Dominus Dnus *Theoderius* Archiepiſcopus tamquam delegatus apoſtolicus eccleſiam regularem beate *Marie* in *Flanheym* Magunt. diœces. diligenti inquiſitione atque plenaria quantum ſufficiebat de ſtatu & ſingulis dicte eccleſie circumſtantiis prehabita in ſecularem Collegiatam Prepoſituram canonicos & vicarios continuo Deo famularuros atque horas nocturnas & diurnas perſoluturos inibi inſtituendo creavit & erexit atque nobis *Hermanno* Scolaſtico vicario *Johanni Lorche* judici & prothonotario decretorum doctoribus commiſit ulterius vices ſuas mandando quatenus vice ſue paternitatis prefate eccleſie Prepoſito canonicis & vicariis ac perſonis pro eorundem conſervacione

Eccleſia regularium in Flonheim erigitur in Collegiatam.

cione

cione & ſubſiſtentia firmiori ac felici regimine ordinaciones & ſtatuta ac alia faceremus que utilia forent & eisdam magis oportuna prout in literis & ſcripturis deſuper confectis & ſigillatis quas brevitatis cauſa preſentibus inſerere obmiſimus plenius continetur & habetur. Nos igitur *Hermannus Roſenberg* Scolaſticus vicarius & *Johannes Lorche* judex & prothonotarius mandatarii prefati Reverendiſſimi *Dni Theoderici* Archiepiſcopi ut tenemur reverenter parere volentes itaque utilitati dicte eccleſie & perſonarum ejusdem tranquillitati oportune providere attendentes quod perſonis in eodem collegio degentibus nihil utilius nihil commodius nihilque quietius ſit quam certis legibus & ſtatutis regi & gubernari. Eapropter ut perſone dicte eccleſie honeſtius & magis tranquille vivere poſſint auctoritate qua fungimur in hac parte nobis commiſſa ſtatuta & ordinationes necnon bonorum & reddituum dicte eccleſie inter Prepoſitum canonicos vicarios & perſonas ejusdem diſtributiones equa lance rite facta & factas inferius de verbo ad verbum deſcripta & deſcriptas edidimus ordinavimus & ſtatuimus & edimus ordinamus & ſtatuimus per preſentes quibus omnes dicte eccleſie Prepoſitum canonicos vicarios & perſonas qui nunc ſunt & in futurum erunt ſecundum quod quemque jurejurando contigerit volumus obligari certas formas juramentorum tam Prepoſiti pro tempore canonicorum & vicariorum prefata itaque ſtatuta ſic inferius deſcripta auctoritate apoſtolica qua in hac parte fungimur

con-

Digitized by Google

confirmamus adiicientes quod nullus in antea in dicte eccleſie prepoſitum canonicum vel vicarium recipiatur aut in poſſeſſionem admittatur niſi primo de ſervandis hujuſmodi ſtatutis ſolitum & juxta formam poſitam preſtet juramentum. Ut igitur his omnibus major fides adhibeatur has noſtras litteras atque ſtatutorum cartas ſigillis noſtris atque notarii & ſcribe infraſcripti ſubſcriptione duximus muniendas. Datum & actum *Moguncie* ſub anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto indictione quarta die vero ſabbati quinta decima menſis Maii pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris & Dni noſtri Dni *Calixti* divina providentia Pape tercii anno ſecundo. Tenores vero ſtatutorum ordinationum & bonorum diſtributionum de quibus ſupra fit mentio per ordinem ſequuntur & ſunt tales. Statuta collegiatæ in Flonheim.

Juramentum Prepoſiti.

Ego N. Prepoſitus eccleſie beate Marie in Flanheym juro quod ab hac hora in antea ero fidelis eccleſie predicte & perſonis ipſius & utilitatem & honorem eorum promovebo & procurabo pro poſſe & noſſe meo.

Item quod de legitimo matrimonio ſum procreatus & ſi in poſterum contrarium inventum fuerit prepoſituram predictam reſignabo ſponte & libere ad manus capituli dicte eccleſie. Item quod non permutabo prepoſituram predictam absque conſenſu & voluntate capituli predicte eccleſie. Item quotieſcunque requiſitus fuero a domi-

 nis

nis meis de capitulo predicte ecclesie quod paratus eſſe volo & debeo dictam eccleſiam prepoſituram & eorum jura ac privilegia defenſare & pro eisdem patrocinari ubique locorum & omne poſſe meum facere in quibuſcunque factis ſeu rebus exiſtat infra limites predicte eccleſie ſub meis extra vero expenſis ipſius capituli & dnorum ibidem quoad eccleſiam. Nec non nunciis & aliis miſſis & mittendis in cauſis ſeu negotiis eccleſie in hoſpitalitate & commeſtibilibus ac expenſis competenter providebo ac litteras & miſſivas pro utilitate capituli & eccleſie dictabo.

Item quod non impetrabo in prejudicium eccleſie predicte litteras ſeu ſcripturas quaſcunque graciam ſive juſticiam in ſe continentes per me vel alium ſeu alios nec impetratis utar.

Item quod agros vineas & bona necnon curiam prepoſiture mee predicte in debita ſtructura conſervabo & perſonaliter reſidere & reſidenciam facere volo in curia prepoſiture apud eccleſiam predictam.

Item quod non petam nec exigam ultra porcionem prepoſito & prepoſiture mee hactenus deputatam & onera prepoſiture predicte & prepoſito impoſita fideliter portabo & expediam.

Item dabo decem & octo florenos auri Renenſ. pro una cappa antequam admittar.

Item dabo cuilibet canonico reſidenti dimidium quartale vini melioris precii ad Ducillum in admiſſione mea.

Item

Item quod ſervabo conſuetudines & ſtatuta licitas & honeſtas licita & honeſta ſcriptas & ſcripta non ſcriptas & non ſcripta hactenus quoad eccleſiam predictam obſervatas & obſervata. Sic me Deus &c.

Juramentum Canonici quando admittitur ad prebendam.

Ego N. Canonicus eccleſie beate *Marie* in *Flanheym* juro quod ab hac hora in antea ero fidelis eccleſie predicte necnon prepoſito canonicis & perſonis ejusdem eccleſie & utilitatem & honorem earum procurabo & promovebo pro poſſe & noſſe meo.

Item quod de legitimo matrimonio ſum procreatus et ſi in poſterum contrarium inventum fuerit prebendam meam reſignabo ſponte & libere in & ad manus prepoſiti & capituli predicte eccleſie.

Item quod debitam obedienciam & reverenciam faciam Dno Prepoſito & Canonicis in aſſurgendo & aliis reverentiis prout hactenus eſt conſuetum.

Item quod ſervabo conſuetudines & ſtatuta licitas & honeſtas licita & honeſta ſcriptas & ſcripta, non ſcriptas & non ſcripta hactenus quoad eccleſiam predictam obſervatas & obſervata.

Item quod non permutabo prebendam meam abſque conſenſu et voluntate capituli.

Item quod non impetrabo in prejudicium eccleſie ſeu perſonarum ipſius litteras ſive ſcripturas quaſcunque graciam ſive juſticiam in ſe continentes per me vel alium ſeu alios nec impetratis utar.

Digitized by Google

Item quod perſonaliter reſidere et reſidentiam facere volo penes eccleſiam predictam in dicta prebenda mea.

Item quod dabo duodecim florenos auri Renenſ. ad fabricam eccleſie predicte pro una et alia medietatibus ad communes preſentias antequam admittar.

Item dabo prepoſito quartale et cuilibet canonico dimidium quartale vini melioris precii ad ducillum.

Item dabo infra menſem proxime futurum literam cautionis Dnis Prepoſito et capitulo predicte eccleſie juxta formam mihi per Dominum Prepoſitum tradendam.

Item quod ſi nunc vel in futurum fuerint aliqua ruinoſa in curia domo ſeu habitatione prebende mee illa reformabo et ulterius etiam agros vineas prata ortos et alia bona ad prebendam meam ſpectantia in debita ſtructura conſervabo et tenebo ſic me Deus etc.

Canonicus exiſtens plebanus jurabit ultra predicta hec.

Item quod me in omnibus officiis et ſerviciis aliisque oneribus et agendis negotiis ratione plebanie me plebano eccleſie S. Johannis Magunt. confirmabo nec aliquid in dampnum vel prejudicium predicte eccleſie beate *Marie* in *Flanheym* attemptabo. Sic me Deus etc.

Jura-

Digitized by Google

Juramentum Canonici quando recipitur ad Capitulum.

Ego N. Canonicus ecclefie beate *Marie* in *Flanheym* juro quod ab hac hora in antea celabo et in ſecreto tenebo tractata in Capitulo nec ea alicui revelabo donec per capitulum concorditer revelentur et manifeſtentur vel niſi a capitulo licentiam habeam revelandi.

Item quod obediam prepoſito ipſius eccleſie qui nunc eſt et pro tempore exiſtenti et canonice intranti in licitis et honeſtis et preſertim in his que ſpectant ad diſciplinam chori in divinis officiis.

Item quod omnia ordinata et ſtatuta per prepoſitum et capitulum et litteras ſigillatas ſigillo capituli quaſcunque per eoſdem uſque in preſentes diem horam qualiacunque ſint rata et ratas tenebo et ea ac eas nunquam impugnabo nec eis contraditam.

Item quod ab hac hora in antea iisque ad finem duorum annorum non contradicam hiis ſuper quibus capitulum vel ipſius capituli major pars concordaverit etſi capitulum diſcordaverit vel diviſum fuerit neutri parti adherebo vel conſenſum meum dabo.

Juramentum Vicariorum.

Ego N. Vicarius eccleſie beate Marie in Flanheym juro quod ab hac hora in antea ero fidelis dicte eccleſie nec non prepoſito canonicis & perſonis ejusdem eccleſie & utilitatem & honorem

eorum procurato & promovebo pro poſſe & noſſe meo.

Idem quod obediam Dno Prepoſito ipſius ecclesie qui nunc eſt & pro tempore exiſtenti & canonice intranti in licitis & honeſtis & debitam reverentiam & honorem faciam & exhibeam ipſi prepoſito & canonicis reverencias exhibendo prout hactenus eſt conſuetum.

Item quod ſervabo conſuetudines & ſtatuta ecclesie predicte licitas & honeſtas licita & honeſta ſcriptas & ſcripta non ſcriptas & non ſcripta hactenus quoad eccleſiam & perſonas ejusdem obſervatas & obſervata.

Item quod faciam continuam perſonalem reſidentiam apud eccleſiam predictam commorando in domo beneficii mei.

Item quod ſi nunc vel in futurum fuerint aliqua ruinoſa in curia domo ſeu habitatione vicarie mee illa reformabo & ulterius etiam agros vineas & prata ortos & alia ad vicariam meam ſpectantia in debita ſtructura ſervabo & tenebo.

Item dabo ſex florenos auri ad fabricam eccleſie predicte pro una & alia medietatibus ad communes preſentias antequam admittar.

Item dabo prepoſito quartale & cuilibet canonico dimidium quartale vini melioris precii ad ducillum.

Item quod miſſas diurnas ſive ſeptimanam me in turno contingentem quotienſcunque per me ipſum cantando vel altius legendo celebrabo ſeu per membrum dicte eccleſie celebrari procurabo.

Item

Digitized by Google

Item quod miſſam inſtitutam in pulſu ſeu ante pulſum primarum juxta ipſius inſtitutionem per totalem ſeptimanam quotienſcunque me contigerit ſingulis diebus celebrabo ſeu celebrari per membrum ipſius eccleſie diſponam abſque additamento alicuius canonici niſi ſponte voluerit.

Sequuntur ſtatuta eccleſie Beate Marie in Flanheym Statutum Prepoſiti.

Item Prepoſitus tenetur jura res & bona prepoſiture eccleſie in eſſe conſervare & ipſius eccleſie & prepoſiture honorem & utilitatem in omnibus procurare ac alia facere & pertractare prout in ſuo juramento ſupra continetur.

Item Prepoſitus debet eſſe equa perſona in omnibus perſonis eccleſie uni ſicut alteri & diſcordantes pro poſſe concordare & ſecundum jus & conſuetudinem ipſius eccleſie inter diſſonantes aut conquerentes abſque perſonarum acceptione judicare.

Item horas canonicas & divinum officium Deiſice in eccleſia noſtra promovebit & quantumcunque ſibi poſſibile fuerit indeſinenter tenebit & in cantando fideliter manutenebit & conſervabit.

Item quod quilibet prepoſitus pro tempore pro miſſis celebrandis debet & tenetur perpetuis temporibus dare vinum & ſal ad benedicendum in quorum recompenſam habebit omnes vineas que uſque huc eccleſie in *Flanheim* decimam conſueverant ſolvere demptis *Bornheim* & *Offhoben* & duobus jugeribus vinearum que eorum preſentie ſpectant.

Item

Item quod Prepoſitus prout hactenus conſuevit perſonaliler celebret ſeu per aliquem canonicum capitularem ſuis ſub expenſis ſineque prejudicio canonicorum celebrari procurabit in infraſcriptis feſtivitatibus divina officia. Videlicet Nativitatis Chriſti Palmarum cum tota ſeptimana ſequenti Paſche, Aſcenſionis Dni Pentecoſten, Corporis Chriſti, dedicationis ecclefie, omnium ſanctorum, et in quatuor feſtivitatibus glorioſe virginis patrone noſtre ſcil. Aſſumptionis nativitatis, annuntiationis et purificationis.

Item quilibet prepoſitus dicte ecclefie pro tempore exiſtens dabit ſive dare tenetur racione prepoſiture omnibus et ſingulis annis perpetuis temporibus infra duo feſta beate *Marie*, Aſſumptionis et nativitatis ad duas novas vicarias ſcil: ſancti Petri et *Marie Magdalene* in eccleſia in *Flanheym* octo maldra ſiliginis menſure loci vel cuilibet vicario quatuor maldra.

Item dabit ſimiliter quilibet prepoſitus pro tempore omnibus et ſingulis annis cuilibet canonico et vicario dicte eccleſie in feſto ſancte *Margarethe* virginis duas ancas bonas et in feſto ſancti *Martini* Epiſcop. quatuor cappones et duas gallinas in quorum recompenſam prepoſitus habebit bona et jura prout infra intra diviſionem continetur.

Statutum Canonicorum.

Item in negotiis capitularibus dum et quotiens canonici ad capitulum convocantur ad tractandum negotia eccleſie quidquid major pars reſpectu minoris

noris partis concludet robur obtinere debet et fimitatem. Quodſi dictos capitulares diſſidere contingeret differentiaque inter eos oriretur pro hiis ad illam eccleſiam recurrere debent ad cujus inſtar eccleſia ſua erecta et recepturi quidquid à capitulo dicte eccleſie diffinitum fuerit et ſine contradictione diffinitioni illorum ſtabunt.

Item quicunque canonicorum coluerit ſeu colere inceperit vineas ad prebendam ſuam pertinentes aut alias vineas quas ab eccleſia vel capitulo teneret et haberet, quod extunc ſi illum canonicum decedere contingeret manuſideles defuncti poterunt ſi voluerint vineas easdem ulterius colere uſque ad vindemias incluſive et ſucceſſor defuncti in tertia parte ſtabit contentus quod ſimiliter de vicariis debet obſervari. Simili modo fit de agris.

Statutum Vicariorum.

Item ſtatuimus & ordinamus quod quilibet vicarius dicte eccleſie non faciens apud jam dictam eccleſiam reſidentiam & continue abſens perdet totum corpus vicarie ſue & Prepoſitus & capitulum eosdem fructus colligent & ad meliorationem beneficii ſeu vicarie convertent.

Statutum Canonicorum & Vicariorum.

Item quod nullus alium ſive Prepoſitus canonicus vel vicarius fuerit coram quocunque judice conveniat niſi prius ipſum coram capitulo requiſiverit quod ſibi coram eisdem juſtitiam faciet

Digitized by Google

demptis caſibus in quibus capitulum competens judex eſſe non poſſit.

Item quod nullus alium ad judices ſeculares vel alios laicos trahat, ſed ſemper coram capitulo aut alio judice competente conveniat.

Item quod nullus ſine religione tempore divinorum chorum dicte eccleſie intrare audeat neque tempore quo legitur Evangelium chorum exire preſumat atque ſemper veſtem talarem ſub ſuperpellicio deferat.

Item quod in exitu & introitu chori ordinate ſecundum ſenium quilibet progrediatur honeſte & diſcrete.

Item tempore minutionis quilibet qui ſanguinem traxerit tribus diebus integris gaudeat ſi voluerit. Quodque tali integre preſentie ſive in choro fuerit ſive non nequaquam denegentur.

Item quod quilibet officia incumbentia que per capitulum imponerentur quilibet ſponte ſine contradictione in ſe ſuſcipiet fideliter prout Deo & eccleſie rationem facere tenetur miniſtraturus niſi ſenium infirmitas corporis aut alia legitima cauſa quem excuſaverit que arbitrio capituli relinquatur.

Statutum divinorum.

Item ſtatuimus & ordinamus in preſentiis in dicta eccleſia ſancte *Marie* in *Flanheim* de ſerviendis quod ſive prelatus ſive canonicus vel vicarius fuerit in veſperis lecto primo Pſalmo abſentibus de preſenciis nihil dabitur in matutinis vero poſt verſum Pſalmi *Venite &c. quadraginta annis*, in miſſa

miſſa vero poſt *Kyrie eleyſon* ſimiliter abſentibus nihil dabitur.

Item cum anniverſaria habentur in vigiliis primo Pſalmo lecto nihil dabitur.

Item quod infra divinum officium nullus legat vel ſtudeat aliquid in choro.

Item ſtatuimus & preſentibus ordinamus quod in feſtis videlicet nativitatis Chriſti, Paſche, Pentecoſtes, aſſumptionis, dedicationis eccleſie omnium Sanctorum, purificationis annuntiationis beate Marie, omnes abſentes preterquam in ſtudio peregrinatione vel in negocio eccleſie exiſtentes aut aliam à capitulo licentiam abeſſendi habentes ſuſpenſi ſunt & non niſi per Prepoſitum ſi preſens fuerit ſin autem per ſeniorem canonicum capitularem preſentem reſtituantur.

Item ſtatuimus quod canonici & vicarii dicte eccleſie equaliter ſummam miſſam ſingulis diebus perpetuis temporibus canonico ceſſante impedimento cantando quilibet ipſorum unam integram ſeptimanam quotiens ipſum ordo ſive turnus tetigerit tenebit & ſervabit ſeu per membrum dicte eccleſie teneri & ſervari procurabit Prepoſito ipſius eccleſie in his duntaxat excluſo.

Item ſtatuimus quod vicarii dicte eccleſie ultra predicta tenebunt & ſervabunt equo modo miſſam inſtitutam in pulſu vel ante pulſum primarum juxta inſtitutionem ejuſdem ſeu obſervantiam hactenus introductam quilibet ex predictis vicariis ſeptimanam ſuam per ſe vel aliud membrum dicte eccleſie ſine canonicorum additamento.

Digitized by Google

Statutum de Fabrica eccleſie.

Item Prepoſitus & Canonici capitulares dicte eccleſie ex ejusdem eccleſie perſonis deputabunt ſingulis annis unum ydoneum & fidelem in magiſtrum fabrice ipſius eccleſie qui redditus & proventus ejusdem fideliter colliget & in fabrice evidentem & neceſſariam utilitatem de ſciencia & voluntate capituli ſeu ſanioris partis exponet & in fine anni ſui requiſitus aliquo competente die ſine contradictione rationem & calculum de perceptis & expoſitis faciat & regiſtrum ſue rationis facte cum reſtantibus ſi qua ſint relinquat eisdem, quod & de officiis quibuslibet determinamus eſſe obſervandum.

Statutum de Campanatore dicte eccleſie.

Item Prepoſitus & canonici capitulares dicte eccleſie habebunt communiter conſtituere campanatorem ipſius eccleſie prout ipſis videbitur qui campanator erit amovibilis & habebit regimen ſcolarum ibidem & pro ſpeciali precio a quolibet canonico necnon Prepoſito dicte eccleſie ſingulis annis unum maldrum ſiliginis ac conſuetum precium à ſcolaribus quodque quilibet Prepoſitus campanotori dabit expenſas per duas ſeptimanas canonicus vero capitularis per unam duntaxat quotiens ordo ipſum contigerit debetque ipſe campanator eſſe fidelis & literata perſona & tempore divinorum religione induta ipſi Dno Prepoſito canonicis & vicariis in cantando fideliter aſſiſtere.

Sta-

Digitized by Google

Statutum de Curiis.

Item ſi & quotiens domus prebendalis per deceſſum, receſſum vel alias qualitercunque vacaverit ſenior canonicus capitularis illam ſine contradictione aliorum optare poterit & pro eadem ſolvere decem florenos Renenſ. ſi vero ſenior canonicus optare non voluerit ſed in ſua domo prebendali reſidere poterit tunc imediatus ſenior ſequens eandem optare & ſic deinceps uſque ad ultimum canonicum capitularem. Si vero nullus canonicorum capitularium optare voluerit ſed quilibet in domo ſua prebendali reſidere debebit tunc & tenebitur canonicus domicellus qui nullam domum habet dictam domum ſic vacantem recipere. Poterit tamen ſemper canonicus domicellus ſenior etiam optare juxta & poſt canonicos capitulares. Et quicunque canonicorum ſic optaverit & domum teneat ſolvere habet pro eadem decem florenos Renenſ. ut ſupra.

De officio & poteſtate Prepoſiti.

Item ſtatuimus & ordinamus quod Prepoſitus dicte eccleſie pro tempore poteſt & debet delinquentes perſonas in levibus cauſis corrigere & propter negligenciam chori, dum divinis intereſt officiis ſpecialiter et generaliter ſuſpendere. Taliſque ſuſpenſus ut ſic teneatur quouſque reſtitutionem à Prepoſito ſi preſens ſit in loco alioquin ſeniori canonico capitulari preſenti obtineat et ne aliqua fraus committatur contra premiſſa ordinamus ſuſpenſionem hujusmodi ſuſpenſo ut ſi dum

Digitized by Google

chorum intrare voluerit intimari per ſcriptorem chori vel alium.

Item ordinamus quod Prepoſitus pretextu majoritatis hujusmodi nullum canonicum capitularem vicarium vel perſonam ſine manifeſta evidenti rationabili cauſa ac ſine judicio ac ſcitu et voluntate tocius capituli poteſt vel debet inclauſtrare, que ſi facta fuerit robore careat.

Item ordinamus quatenus Prepoſitus vel eo abſente ſenior canonicus capitularis nulli ſuſpenſo ſpecialiter vel generaliter volenti ſtare judicio capituli reſtutitionem petenti denegare debet ſed ſuſpenſionem hujusmodi relaxare et penitentiam ſalutarem prout expedit juxta qualitatem delicti ſive exceſſus injungere et alias ſe pie et caritative ipſe Prepoſitus circa ſubditos ſuos habere debet.

Poſtremo ordinamus et ſtatuimus quod ſi inter Prepoſitum canonicos capitulum et vicarios queſtio aliqua emerſerit ſuper obſervandis ſtatutis conſuetudinibus atque agendis et pertractandis negociis dicte eccleſie vel officiis et ſervitiis aliisque divinum cultum jura privilegia et libertates ejusdem eccleſie concernentibus de qua ſeu quibus inter ſe convenire non poterunt ad honorabiles viros Dnos Decanum et capitulum eccleſie S. *Johannis* Maguntin. recurſum habebunt et ſtatutis et conſuetudinibus dicte eccleſie dummodo juri contraria non exiſtant conformabunt et alias diffinicionem eorundem recipiant et illi ſtabunt et obtemperabunt.

Se-

Digitized by Google

Sequuntur diſtributiones bonorum & reddituum eccleſie in Flanheym ad prepoſituram prebendas & vicarias factas &c. &c. In fine additum.

Cum eccleſia beate *Marie* Virginis ville *Flanheym* ad inſtar eccleſie ſancti *Johannis* civitatis Maguntin. erecta ſit Nos *Fridericus Rorich* Prepoſitus et capitulum predicte eccleſie juxta informacionem Decani et capituli prefate eccleſie *S. Johannis* infra ſcripta ſtatuta ad honorem Dei atque utilitatem eccleſie noſtre ordinamus atque ſtatuimus et in libro ſtatutorum noſtrorum inſerimus.

Primo ut ornamenta ad divinum cultum ſpectantia in eſſe conſerventur atque augmententur volumus ordinamus atque ſtatuimus quod quilibet canonicorum ad capitulum admittendus quinque florenos Renenſ. pro ornamentis in admiſſione ad capitulum ſolvat.

Item ut divinus cultus augmentetur et fideles ad majorem devocionem provocentur ſtatuimus atque ordinamus ut ebdomadarius una cum duobus impoſterum in principiis horarum atque miſſe interſint vel alios ad locum ſuum diſponent quodſi minime fecerint per Prepoſitum vel capitulum ſuſpendentur & cotidianis diſtributionibus per integrum illum diem careant.

Item ut honeſtas & decencia in dicta eccleſia noſtra debite ſerventur ordinamus & ſtatuimus ut in feſtivitatibus Prepoſiti pretactis canonici miniſtrent in feſtivitatibus vero Apoſtolorum Johannis Bapti-

Digitized by Google

Baptiſte, Marie Magdalene, Katherine Virginis et Martini Epiſcopi beatorum vicarii, die quoque palmarum canonici et die ſequenti vicarii et ſic alternatis diebus canonici et vicarii per totam illam ſeptimanam ſanctam.

Item duobus diebus ſequentibus tria feſta principalia Paſche videlicet Penthecoſten et nativitatis Chriſti miniſtrabunt vicarii.

Item ut cottidiane diſtributiones debite et juxta conſuetudinem eccleſie ſancti Johannis deſerviantur ſtatuimus et ordinamus ut canonici eccleſie noſtre poſtquam ſtallum in choro receperint cottidianas diſtributiones deſervire poſſint vicarii vero poſtquam ſacerdotes ordinati ſunt.

Item quilibet canonicorum et vicariorum infra annum ſe ad ſacerdotem promoveri procuret quod ſi minime fecerit prebendam ſive vicariam ad manus patronorum reſignent.

Item volumus ordinamus et ſtatuimus quod quelibet perſona dicte eccleſie ſive canonicus ſive vicarius fuerit ſi diem ſancti Johannis Baptiſte ſupervixerit, corpus prebende ſue ſive vicarie habebit, et ſi minime ſupervixerit ſucceſſor habebit.

Item preſenciarius non eligetur ſecundum ordinem ſed qui melior et ydoneor eſt per capitulum preficietur.

Item volumus alia ſtatuta eccleſie noſtre in ſuo robore duratura.

An. 1554. occurrit ultimus hujus eccleſiæ Canonicus *Conradus Raſoris*

(b) Ve-

Digitized by Google

(b) Venerabili & egregio necnon generoſo viro Domino Præpoſito eccleſiæ majoris Moguntinenſis *Theodoricus Zwickel* Plebanus eccleſiæ parochialis in *Gawbeckelnheim* Scultetus, Scabini & tota civitas ibidem quidquid ſervitii reverentiæ poterint & honoris. Ad altare beatæ & glorioſæ virginis *Mariae* ſitum in eccleſia parochiali villæ præſcriptæ vacans ad præſens per mortem Domini *Nicolai Advocati* ultimi poſſeſſoris ejusdem, cujus collatio ac proviſio, jus patronatûs ſive quævis alia diſpoſitio quoties ipſum vacare contigerit, ad nos pleno jure dignoſcitur pertinere, Honorabilem Dominum *Joannem Offhoven* Presbyterum Moguntinenſis diœceſis veſtræ reverentiæ duximus præſentandum, in his ſcriptis præſentamus ſupplicantes unacum eo, quatenus dictum *Joannem* ad præfatum altare, prout ad veſtrum ſpectat officium, inveſtire dignemini, adhibitis circa hæc ſolemnitatibus debitis & conſuetis. In cujus rei teſtimonium ſigilla, meum *Theodorici*, quo ego utor necnon judicii ſecularis, quo tota civitas utitur, præſentibus ſunt appenſa. Datum anno Domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo. Die *Marci* & *Marcelliani* Martyrum.

Præſentatio ad altare beatæ Mariæ virginis in Gaubeckelheim.

Alia præſentatio ad idem altare hæc eſt:

Venerabili & circumſpecto viro Domino Officiali præpoſituræ inſignis eccleſiæ majoris Moguntin. Plebanus Scultetus Scabini ac tota communitas in villa *Gaubickelnheim* quicquid poterimus obſequii, reverentiæ & honoris. Ad altare perpetuum

Digitized by Google

beatæ *Mariae* virginis ſitum in eccleſia parochiali *Gawbickelnheim* vacans per liberam reſignationem Domini *Joannis Strube* de *Sauwelnheim* per honorabilem Dominum *Udalricum Strube* ejus procuratorem generalem factam ultimi & noviſſimi poſſeſſoris, cujus quidem altaris præſentatio ſeu quævis alia diſpoſitio vacatione ejus occurrente ad nos tanquam veros & legitimos patronos & collatores pleno jure patronatus ſpectare dinoſcitur & ſpectat, diſcretum *Griſtmandum de Partenheim* clericum Moguntin. diœceſis uti habilem & idoneum ad prædictum altare regendum & gubernandum atque poſſidendum veſtris dignitatibus duximus præſentandum & propter Deum in his ſcriptis præſentamus, ſupplicamus humiliter una cum eodem dicto *Griſtmando* præſentato, quatenus ipſum vel loco ſui ejus legitimum in & ad dictum altare beatæ *Mariae* virginis inſtituere in poſſeſſionem introducere & inveſtire dignemini adhibitis ad hæc ſolennitatibus debitis & conſuetis. In quorum fidem & teſtimonium nos predicti collatores ſigillum judicii noſtri ſæcularis, quo utimur, præſentibus duximus appendendum. Datum anno milleſimo quingenteſimo decimo quinto, undecimo die Februarii.

Jura ſynodalia in Gaubeckelheim.

Jura ſynodalia quænam ibi viguerint? docet charta authentica:

Diſſs iſt herlichckeit und recht die man zu weiſen iſt unſerem gnedigſten Herrn von Meintz wan er den Sendt beſetzt zu *Gaubickelheim*.

Zum

Digitized by Google

Zum erſten weiſen die ſcheffen daſs er den Sendt ſall beſitzen in Gaubickelheim und herkommen die Kirch den pfarrherr und die geſchworne, darzu die gantze gemein zu laſſen in irem alten herckommen und gewonheit.

Item zu dem andern ſoll er reiden in den pfarrhoff halb ſieben und ſoll der Kloeckner den pferden brengen 1. mltr. habern und ein bedtbuch und licht, das er darbei bede ungeferlich und ſoll der pfarrherr dem Sendtherrn und den ſeinen eſſen und trincken geben ungeferlich, desgleichen ſoll der pfarrherr dem Sendtherrn eſſen und trincken geben des andern tags und den ſeinen zu dem mittag ungeverlich.

Darnach ſall der Burgermeiſter von der gemein wegen unſerm gnedigſten Herrn ſeine herrlichckeit brengen und ſchencken 1. Viertel weins, darzu ſall er brengen von der gemein wegen XII ſchilling heller.

Item ſoll ein jeglich menſch des ein haus reucht 2 heller geben und ein jeglich handtwercksman 6 heller und die Sendtſcheffen ſeind frey.

Item ein jeglich becker ſoll brengen 2 Kuchen in den pfarrhoff da einer eines Thornes wehrt ſey ungeverlich.

Item ſall ein Müller brengen von einem jeglichen rad daſs in dem waſſer geht 2 Kappen ungeverlich.

Item ſoll ein jeglicher Wirdt den man nennen wirdt 1 Viertel weins geben.

Digitized by Google

Item ſoll der Shmidt kommen und brengen VIII Huſſeiſen und ſoll im der Sendtherr geben eſſen und trincken.

Item wie diſs von des Sendt wegen gewieſet iſt, und vorgeſchrieben ſteht, ſo der Sendt unſer gnedigſter Herr von Meintz iſt das ſol gleich halb als vill ſein ſo der Sendt des Dhumprobſt iſt uſſgeſcheiden des Virtheil weins des die gemein ſchicket unſerm gnedigſten Herren von Meintz und nit dem Dhumprobſt.

Item iſt geweiſet worden in dem Capitel zu Flonheim wie der Sendtſcheffen weiſet, dabey ſal es ein Sendtherr laſſen is ſey mit haffern oder futerunge und anderen wie man erdencken mocht.

Diſs iſt herlichckeit freyheit und herckommen unſers gnedigen Herrn des *Dhumprobſt* als von des heiligen Sendtes wegen.

Item zu dem erſten weiſen die Kirchen geſchworne, wan unſer gnediger Herr der Dhumprobſt herckommet oder jemant von ſeinet wegen den heiligen Sendt zu beſetzen, ſo ſol der Sendtherr reiden auf den pfarrhoff mit virthalben pferdt und IIII mann, den ſol der pfarrherr geben eſſen und drincken und gutlich thun ungefehrdt des abendts ſo der Sendtherr kommen iſt und des andern tags zu mittag.

Item ſoll kommen der Glockner und brengen ein fernſel habern und ein licht das man des abends dabey mocht geſehen und des morgents der Sendtherr dabey moge gebeden ungefehrlich und darzu ein Bedebuch.

Item

Digitized by Google

Item darnach ſoll kommen der Burgermeiſter und ſal unſerm gnedigen Herrn dem Dhumprobſt oder einem Sendtherrn von unſers Herrn des Dhumprobſt wegen bringen ſechs ſchilling heller.

Item weiſet der geſchworne das ein iglich des ein Hauſs reuchet, ſal unſern Herrn dem Dhumprobſt geben ein heller und ein iglich handtwercksman geben drey heller.

Item ſol kommen der becker als viel der ſeint und bringen in den pfarhoff ein Kuchen iglich vor ſich ſenden ein Kuchen der eins Thurnys wehrt ſey ungefehrlich.

Item ſal kommen ein iglich müller als viel der ſeindt und bringen von iglichem rad das im waſſer geht ein Kappen.

Item ein iglich wirdt den man nennen werdt, ſal brengen in den pfarrhoff 1 Virtheil weins.

Item ſol kommen der ſchmidt und bringen vier Hueſſeiſſen und alſo viel negel darzu gehört dem Sendtherrn und ſol der Sendtherr im geben eſſen und drincken ungefehrlich.

(c) Celebre S. Benedicti aſceterium, cujus fata deſcribit hujus monaſterii Abbas *Trithemius* in chronico Sponheimenſi. Tractûs hujus notitias haud paucas ſubminiſtrat cl. *Kremerus* in ſeinen Diplomatiſchen Beyträgen.

(d) Etiam *Sane* in Diplomatibus audit.

(e) Officialis Reverendi & Illuſtris Principis & Domini Domini *Georgii* Epiſcopi Spirenſis Comitis Pala- Sententia archidiaconalis in cau-

ſa decimarum minorum in Dörrebach & Sieffersbach.

Palatini Rheni Bavarie Ducis, inſignis ecclesie Maguntinenſis Prepoſiti Notum facimus omnibus et ſingulis preſentium inſpectoribus. Exorta dudum coram nobis inter honorabilem Dominum Magiſtrum *Johannem Meier* Plebanum in *Dörrenbach* Maguntine Dioceſis actorem ex una & validum *Hanſonem Wolff de Spanheim* in *Ingelnheim ſuperiori* commorantem reum de & ſuper decima minuta villarum *Dorrenbach* & *Siffersbach* partibus ex altera lite & queſtionis materia, cauſaque hujusmodi per viam arreſti coram nobis ſimpliciter & de plano intentata ac non nullis materiis pro verificatione narratorum in arreſto per nos ad inſtantiam dicti Domini *Johannis Meier* decreto emanato executo & coram nobis judicialiter reproducto contentorum datis & oblatis tenoris ſubſequentis,

Pro verificatione narratorum in quibusdam litteris arreſtatoriis ac inhibitoriis alias ad inſtantiam honorabilis Domini *Johannis Meier* plebani in *Dorrenbach* contra validum *Hanſonem Wolff* de *Spanheim* armigerum ex adverſo principalem à vobis venerabili Domino Officiali Reverendi Patris & Illuſtris Principis Epiſcopi Spirenſis ac inſignis ecclesie Maguntinenſis Prepoſiti decretis atque emanatis contentorum necnon ad clare oſtendendum quod dictus validus *Hanſo Wolff* dictis litteris arreſtatoriis ac inhibitoriis multipliciter contravenerit & in penas ac cenſuras inibi contentas atque expreſſas damnabiliter inciderit, inque omnes alios fines & effectus profato Domino *Johanni*

hanni actori magis utiles & dicto valido *Hanſoni* plus prejudiciales atque nocivos Procurator & eo nomine dicti Domini *Johannis Meier* omnibus melioribus modo via jure quibus melius & efficacius poteſt et debet tam conjunctim quam diviſim narrative ac diſpoſitive dat facit & exhibet poſitiones & articulos infra deſcriptos ac in eisdem contenta atque deſcripta quibus ſingulariter ſingulis per prefatum *Hanſonem* reſponderi & ſi negati fuerint ſe partemque ſuam ad eosdem probandum admitti petit, citra tamen omnis ſuperflue probationis de quo & quod probata relevent ac ſi non plura nec aliter poſita eſſent quam probata ſolemniter proteſtatur & expreſſe in his ſcriptis. Inprimis itaque ponit & articulat, quod à tempore immemorabili fuit prout eſt parochialis quedam eccleſia in villa *Dorrenbach* Maguntine Diœceſis habens pro tempore Vicarium ſeu plebanum, fontem inſuper baptiſmalem, cimiterium conſecratum ac omnia alia jura & inſignia eccleſiam parochialem facientia ac repreſentantia, quod ſic fuit & eſt verum. Item ponit & articulat quod prefatus Dominus *Johannes* ante duodecim annos ſine phara fuit preſentatus ad plebaniam jam dicte parochialis eccleſie ac de eadem rite & legitime inſtitutus atque inveſtitus, poſſeſſionem inſuper realem & actualem ejusdem adeptus, prout hodie eandem inquieta ac pacifica poſſeſſione habet atque detinet. Item quod dicta parochialis eccleſia in ſuo diſtrictu & limitibus tam in *Dorrenbach* quàm in villa *Siffersbach* habet notabilem populum utriuſque ſexus hominem

minem

minem parochianos, quod ſic fuit & eſt verum. Item quod communitas tam ville *Dorrenbach* quam *Siffersbach* paſtorem ovium conductum pro tempore habere conſuevit, qui ſingulorum hominum oves jam dictarum villarum in communibus paſcuis paſcere ſolet palam & manifeſte. Item quod utraque communitas tam ville *Dorrenbach* quam *Siffersbach* promiſit & conceſſit paſtori ſuo ovium pro tempore ſic (ut prefertur) conducto proprias habere oves ad certum numerum illaſque una cum ovibus ſibi alias ad paſcendum commiſſis in communibus paſcere paſcuis. Item quod paſtor cujuslibet ville prememorate pro tempore conductus pluribus retro annis & à tempore de cujus initio memoria hominum non extat uſque ad tempus infra deſignatum decimam de propriis ſuis ovibus ſoli vicario ſeu plebano dicte parochialis eccleſie dare conſuevit prout etiam prefatus Dominus *Johannes* actor & ſuus anteceſſor per dictum tempus ſoli fuerint in poſſeſſione vel quaſi quieta & pacifica percipiendi dictam decimam a predictis paſtoribus palam publice & manifeſte. Preterea ponit & articulat, quod in villa *Dorrenbach* ſint quedam domus conductitie, quas ſolum inquilini inhabitare conſueverunt, inter quas ſunt domus vulgariter *Meyenhaus*, item Domus *Claſſonis Brombachs* & caſula quedam annexa domui *Henſershanſen*. Item inquilini & inhabitatores jam dictarum domuum pluribus retro annis decimam de anſeribus gallinis & aliis rebus que ad minutam decimam veniunt, ſoli plebano ſeu vicario pro tempore di-

dicte

Digitized by Google

ſte parochialis Eccleſie dare conſueverunt prout dictus Dominus *Johannes* & ſuus anteceſſor ſoli fuerunt in poſſeſſione vel quaſi percipiendi decimam à dictis inquilinis ſeu habitatoribus predictarum domuum palam & manifeſtè. Ulterius ponit & articulat, quod preter premiſſa etiam aliàs medietas decime minute ſpectat & pertinet ad plebanum ſeu vicarium pro tempore dicte parochialis eccleſie prout anteceſſores Domini actoris à tanto tempore & per tantum tempus de cujus initio memoria hominum non extat, fuerunt in poſſeſſione vel quaſi percipiendi medietatem decime minute eo modo ut prefertur. Item quod premiſſis omnibus minime attentis dictus validus *Hanſo Wolff* de anno decimo quarto proxime preterito de menſe Majo, quo ſpiritu ductus, neſcitur quam maligno, prefatum Dominum actorem ſua quieta ac pacifica poſſeſſione vel quaſi percipiendi decimam à predictis paſtoribus necnon habitatoribus dictarum domuum violenter ac contra libertatem eccleſiaſticam ſpoliavit atque deſtituit proventus decime predicte percipiendo & in damnabiles uſus ſuos convertendo palam & manifeſtè. Item ponit & articulat quod licet etiam dictus Dominus Johannes actor ſingulis annis quibus plebanus dicte parochialis eccleſie prefuit, prefatum validum *Hanſonem* requiſiverit, ut alias medietatem decime minute quemadmodum anteceſſores ſui habuiſſent eidem habere permitteret, idem tamen validus *Hanſo Wolff* id ipſum facere recuſavit & denegavit, prout de præſenti recuſat atque

Digitized by Google

denegat in anime ſue periculum & Domini actoris prejudicium & jacturam. Item quod prefatus Dominus actor premiſſarum occaſione P. V. ivit eidemque ſupplicavit ut de oportuno juris remedio ſibi providere dignaretur. Item quod Paternitas veſtra ad inſtantiam & petitionem Domini actoris litteras arreſtatorias & inhibitorias contra ſepedictum validum *Hanſonem Wolff* decrevit atque emanare fecit ne is ſe de decima minuta & aliis bonis ad ipſam parochialem eccleſiam ſpectantibus quoquo modo intromitteret. Item quod hujusmodi littere arreſtatorie ſunt execute atque coram Paternitate veſtra reproducte. Item quod dictus validus *Hanſo Wolff* hujusmodi litteris arreſtatoriis & inhibitoriis ſic ut prefertur executis atque reproductis minime attentis de anno currente decimo quinto ac de menſe Majo de ipſa decima minuta novem pullos gallinarum ſublevare fecit et inſuper fenum in valore trium florenorum vendidit. Item quod ex premiſſis ſequitur, dictum validum *Hanſonem Wolff* penas in dictis litteris arreſtatoriis ac inhibitoriis contentas damnabiliter incurriſſe. Item quod de premiſſis omnibus eſt publica vox atque fama. Quare petit dictus quo ſupra nomine, procurator per Paternitatem veſtram veſtramque ſententiam decerni ac declarari prefatum validum *Hanſonem Wolff* ob non paritionem predictarum litterarum arreſtatoriarum in cenſuras ac penas in dictis litteris contentas atque comminatas incidiſſe, & ob id eundem ad perſolvendum Domino actori quinquaginta

ta florenos Rhenenſes & inſuper in expenſas hujus litis fore ac eſſe condemnandum & per vos condemnari, condemnatum quoque via ac juris remediis ad ſatisfaciendum compelli, Paternitatis veſtre officio in premiſſis omnibus humiliter implorato. Supradicta tam conjunctim quam diviſim dat narrat petit ac exhibet procurator nomine quo ſupra petens ſibi partique ſue breve juſtitie complementum miniſtrari & in premiſſis fieri ſtatui ordinari atque decerni quod juſtum fuerit, offerens ſe & partem ſuam ad omnia & ſingula ad que de jure vel conſuetudine tenetur, ſalvo jure addendi minuendi mutandi corrigendi &c. & proteſtatur aliàs prout fuit & eſt juris, moris atque ſtili.

Subſequenter in quodam alio competenti termino comparuit coram nobis providus vir Magiſter *Nicolaus Lapicide* ſancte Maguntine ſedis cauſarum juratus & prenominati Magiſtri *Johannis Meyer* actoris principalis Procurator conſtitutus & providi viri Magiſtri *Valentini Becker* etiam dicte ſancte Maguntine ſedis cauſarum jurati & ipſius validi *Hanſonis Wolff* armigeri etiam procuratoris conſtituti prout de ipſorum mandatis procuratoriis legitime conſtabat, nihil dicentis contra materias pro verificatione narratorum in arreſto contentorum petiit easdem materias ad conteſtandum litem deſuper admitti, ex adverſo prenominatus Magiſter V*alentinus Becker* procurator quo ſupra nomine procuratorio cauſam preſentem ad Reverendiſſimum Dominum Archiepiſcopum, à quo

principalis ſuus decimam queſtionis habeat in feudum, remitti per nos debita cum inſtantia poſtulavit, deinde in quodam alio competenti termino hinc inde procuratores petierunt & quilibet eorum ſeorſum petiit prout proxime per eos ſupra petitum extitit ex tunc nos inter alia decrevimus tenoris ſubſequentis:

Pronuntiamus & decernimus petitam remiſſionem minime fieri debere & coram nobis procedendum fore. Interlocutoria hujusmodi lata nos ad ulteriorem Magiſtri *Valentini Becker* procuratoris quo ſupra nomine procuratorio inſtantiam recepto primitus ab eodem promiſſione manuali loco preſtiti juramenti de ſtando & parendo coram nobis juri, arreſtum noſtrum alias per nos ad inſtantiam Domini *Johannis Meyer* decretum in vim ſimplicis citationis reſolvendum duximus & reſolvimus, inſuper quedam cedula petitionis pro parte Domini *Johannis Meyer* exhibita & oblata poſt cujus cedule petitionis exhibitionem nos ulterius ad hinc inde procuratorum inſtantiam videlicet Magiſtri *Nicolai Lapicide* materias ſuas pro verificatione narratorum in arreſto contentorum ad conteſtandum litem deſuper admitti ac Magiſtri *Valentini Becker* materias hujusmodi rejici petentis; Nos materias hujusmodi ad conteſtandam litem deſuper admittendum duximus & admiſimus, liteque deſuper per Magiſtrum *Nicolaum Lapicide* procuratorem quo ſupra nomine procuratorio affirmativè & per Magiſtrum *Valentinum Becker*

&c.

Digitized by Google

&c. procuratorem negativè conteſtata omnibusque & ſingulis aliis terminis ſubſtantialibus in hujusmodi & ſimilibus cauſis obſervari ſolitis ſucceſſive & gradatim tentis & obſervatis, nos in ultimo ipſorum terminorum termino ad prenominati Magiſtri *Nicolai Lapicide* procuratoris quo ſupra nomine procuratorio inſtantiam & petitionem, & in præfati Magiſtri *Valentini Becker* ex adverſo procuratoris contumaciam nihil dicentis contra omnia producta materias præinſertas pro verificatione narratorum in arreſto contentorum datas & exhibitas ſalvo jure impertinentium & non admittendorum ad probandum admittendum duximus & admiſimus ac in quodam alio competenti termino ulterius ad providi viri Magiſtri *Nicolai Lapicide* procuratoris quo ſupra nomine procuratorio inſtantiam & petitionem & de procuratoris expreſſi conſenſu & voluntate Notarium atque ſcribam noſtrum infra ſcriptum in commiſſarium ad examinandum teſtes in partibus de & ſuper materiis per nos ad probandum admiſſis deputandum duximus & deputamus ac dicto Magiſtro *Valentino Becker* terminum dandi interrogatoria pro examine teſtium hujusmodi terminum competentem, necnon ad comparendum ſingulis diebus non feriatis in partibus ad videndum hujusmodi teſtes produci, recipi & adjurandum admitti ac jurare prefiximus & aſſignavimus, teſtibusque hujusmodi per noſtrum deputatum commiſſarium in partibus citatis & examinatis & dictis quoque & atteſtatione teſtium co-

ram nobis exhibitis & preſato Magiſtro *Valentino Becker* procuratori publicatis ac exceptionibus per dictum Magiſtrum *Valentinum Becker* contra teſtes & eorum dicta data atque oblata necnon generaliter verbo ſolum & duntaxat contra easdem exceptiones per Magiſtrum *Nicolaum Lapicide* procuratorem exceptis & replicatis, nos tandem ad prenominati Magiſtri *Nicolai Lapicide* procuratoris quo ſupra nomine procuratorio inſtantiam & petitionem & in diſcreti *Johannis Fecher* ex adverſo ſubſtituti procuratoris preſentiam cauſa hujusmodi concludendum duximus & concluſimus, viſisque omnibus & ſingulis actis actitatis atteſtationibus teſtium aliisque juribus munimentis coram nobis habitis productis & exhibitis eisque cum ſumma diligentia & maturitate recenſitis & ponderatis, ad noſtram ſententiam diffinitivam procedendum duximus & proceſſimus, eamque in ſcriptis tulimus & promulgavimus tenoris ſubſequentis:

Chriſti nomine invocato pro tribunali ſedentes & ſolum Deum pre oculis habentes in cauſa coram nobis vertente inter honorabilem Dominum *Johannem Meyer* plebanum eccleſie parochialis in *Dorrenbach* actorem ex una & validum *Hanſonem Wolff* de *Spanheim* armigerum in *Ingelnheim ſuperiori* commorantem de & ſuper ſpolio decime minute villarum *Dorrenbach* & *Siffersbach* in hujusmodi recuſatione & denegatione rebusque aliis in actis cauſe hujusmodi latiùs deſignatis & ſpecificatis & illarum occaſione reum partibus ex altera

per

per hanc noſtram diffinitivam ſententiam, quam de juriſperitorum conſilio & aſſenſu fecimus in his ſcriptis, pronuntiamus, decernimus & declaramus ſpoliationes recuſationes ac denegationes per prefatum *Hanſonem Wolff* armigerum preſtitas ac factas fuiſſe & eſſe temerarias, illicitas, iniquas, injuſtas atque de facto preſumptas & dicto *Hanſoni Wolff* illas feciſſe aut facere minimè licuiſſe neque licere; & ob id prenominatum Dominum *Johannem Meyer* actorem ad priſtinam ſuam quaſi poſſeſſionem juris percipiendi decimam minutam a paſtoribus & inquilinis inhabitantibus domui conductitie vulgo dicte *Meyenſeehaus* & Domini *Claſoris Brombachs* & inhabitantibus caſule annexe Domini *Henſerhauſen* de ovibus, anſeribus, gallinis & aliis rebus que in minutam decimam ville *Dorrenbach* veniunt ac ad perceptionem medietatis decime minute villarum *Dorrenbach* & *Siffersbach* fore ac eſſe reſtituendum prout eundem actorem reſtituimus per preſentes, reumque predictum ad parendum noſtre ſententie ac in expenſis pro parte dicti actoris coram nobis premiſſorum occaſione factis condemnandum fore & condemnamus, taxatione earundem nobis inpoſterum reſervata. Lecta lata & in ſcriptis promulgata fuit hec noſtra diffinitiva ſententia ſub anno Domini Milleſimo quingenteſimo decimo ſexto, indictione quarta, die verò veneris quinta menſis Decembris Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Leonis* divina providentia Pape decimi anno ejus quarto. Nobis ex tunc *Maguntie* in curia habitationis

tionis Notarii noſtri infra ſcripti ſue ſolite reſidentie vulgo *zum Nyrſteiner* nuncupata ad jura reddendum & cauſas audiendum pro tribunali ſedentibus, preſentibus ibidem Honorabili & providis viris Domino *Johanne Zerweck* Vicario eccleſie ſancti *Albani* extra muros Maguntinos & Magiſtro *Johanne Heimbach* ſancte Maguntine ſedis cauſarum procuratore jurato teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Et ego *Petrus Fabri* de *Katzenelnbogen* clericus Trevirenſis diocecis publicus ſacris apoſtolica & imperiali auctoritatibus ſancteque Maguntine ſedis ac Prepoſiture inſignis eccleſie Maguntine cauſarum Notarius & ſcriba juratus, quia preinſertorum terminorum obſervationi, ſententieque diffinitive prolationi & promulgationi & omnibus & ſingulis aliis premiſſis, dum ſic, ut premittitur, fierent & agerentur, una cum prenominatis teſtibus preſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi, idcirco preſentes litteras ſive preſens publicum inſtrumentum manu alterius me interim aliis prepedito negotiis, fideliter ſcriptum exinde confeci, ſubſcripſi, publicavi & in hanc publicam formam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum ſigilli Officialatûs dicte Prepoſiture eccleſie Maguntine appenſione ſignavi in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum rogatus & requiſitus.

Digitized by Google

DIOECESIS MOGUNTINA
IN
ARCHIDIACONATUS
DISTINCTA
COMMENTATIONIBUS DIPLOMATICIS
ILLUSTRATA,

COMMENTATIO SECUNDA
DE
ARCHIDIACONATU
ECCLESIÆ COLLEGIATÆ
B. MARIÆ VIRGINIS IN CAMPIS MOGUNTIN.
È
DOCUMENTIS ORIGINALIBUS ET AUTHENTICIS
ERUTA
A

STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN
EMINENT. AC CELSISS. ARCHIEPISCOPI ET ELECTORIS
MOGUNT. CONSILIARIO ECCLES. ET FISCALI MAJORE
INSIGNIS ECCLES. COLLEG. B. M. V. AD
GRADUS DECANO.

MANNHEMII,
TYPIS ACADEMICIS,
MDCCLXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

DIOECESIS MOGUNTINA
IN
ARCHIDIACONATUS
DISTINCTA.

COMMENTATIO
SECUNDA.

DE

ARCHIDIACONATU
ECCLESIÆ COLLEGIATÆ B. MARIÆ VIRG.
IN CAMPIS MOGUNT.

Digitized by Google

Digitized by Google

Tractum Archidiaconalem Præpoſiti *B. Mariae Virginis in Campis* (a) Metropolitanæ præ reliquis mox ſubjungimus, ſitum geographicum non procedriam eccleſiarum ſecuti; is autem è *Marcâ Moguntinenſi* (Megunzer marca (b)) in pagum *Wormatienſem* (c) protenditur, Archidiaconatibus S. Victoris & ſummæ ædis meridiem & occidentem verſus plerumque contiguus, Rheno à ſeptentrione clauditur. Hujus tractûs eccleſias è regiſtris beneficiorum originalibus ſeculorum XV. & XVI. utut rudibus & inconcinnis exhibemus. Sunt autem iſtæ:

§. I.

HEYSSESHEIM (d)

Item Cathedraticum (e) *xxiiii.* ß. (f).
Item communis emenda (g) *iiii.* ß.
Item Campanator i. myn. (h) *avene.*

 Moli-

Digitized by Google

Molitores.

It. Hen Prume i. Capp.
It. Clas Muller i. Capp.
It. Jeckel Muller i. Capp.

Piſtores.

It. Conrad i. Capp.
It. Thomas i. Capp.
It. Cleſgin i. Capp.

Mechanici.

It. Conrad Sartor i. Alb.
It. Peter Wysbader i. Alb.
It. Wiprecht i. Alb.
It. Peter Wedderawer } *non habent.*
It. Henrich Calceator }

(a) Alio nomine jam anno MCCCLXXXII. in diplomate *Adolfi* I. Arch. Mog. feriâ poſt *D. Eliſabethae* memoriam ſextâ dato compellatur : *Eccleſia collegiata ad S. Crucem.* Mutatio hæc undè provenerit, *Theodoricus Greſemundus* in hiſtoriâ de violata juxta Moguntiam S. Cruce *Argentorati* 1614. excuſa carmine notavit.

(b) *Megunzer marca.* — *Paullini* de *pagis. Pagus Moguntiacenſis* in *vita S. Diſibodi.* In *actis SS. Ordinis S. Benedicti* apud *Mabillon.* memoratur his verbis: *Subſtitit* (Diſibodus) *poſt decem peregrinationis ſuae annos in pago Mogonciacenſi. Spicileg. Joannis T.* 1. *pag.* 222. Conf. *Chronici Gottwicenſis Tom. prodromus pag.* 684.

(c) Uno

Digitized by Google

(c) Uno intuitu ut Archidiaconatûs noſtri limites perluſtrare poſſis, hic omnes ejus eccleſias terminales apponendas duxi. Sunt autem: *Hexheim*, *Eſenheim*, *Stadeck*, *Nieder-Saulnheim*, *Ober-Saulnheim*, *Udenheim*, *Schornsheim*, *Wirſtat*, *Sulzheim*, *Wallerthumb*, *Weinheim*, *Vendersheim*, *S. Johann aliàs Megelsheim*, *Bettenheim*, *Sprendlingen*, *Zoczenheim*, *Welgesheim*, *Harweiler*, *Aſpisheim*, *Diedersheim*, *Büdesheim*, *Kempten*, *Gaulsheim*, *Algesheim*, *Ingelhelm infer. Heidesheim*, vid. eruditam diſſertationem *de pago Wormatienſi à Cl. Lamey in Actis academicis Palat. pag.* 243. T. 1. editam.

(d) Modò *Heydesheim.*

(e) *Cathedraticum*, penſio quæ Epiſcopo quotannis exſolvitur in ſignum ſubjectionis. Charta Girardi epiſcopi Caturc. *inter Inſtrum. Gall. Chriſt. Tom.* 1. *pag.* 48. *Col.* 1. ſeu pro honore cathedræ. *Conc. Braccarenſ. II. c.* 2. pro reſpectu ſedis. *Conc. Ravennenſ. an.* 997. *c.* 2.

(f) ß. hoc ſigno notatur ſolidus, de quo ſolidè *Cl. Nellerus* in diſſert. *de ſolido ficto* & *de ſolido ſpeciei argenteo apud Treviros.*

(g) *Emenda.* idem ac mulcta pecuniaria, compenſatio damni, emendatio, quæ arbitrio Judicis irrogatur. *Willem. Armoric. lib.* 1. *Philipp. p.* 103.

Quod quicquid tulerant clero clerive colonis
Præcedente prius emenda reſtituerunt.

(h) *Myn.* mina, menſura frumentaria, apud nos eſt malderi pars quarta.

Jus

Digitized by Google

Jus patronatûs eccleſiæ in *Heydesheim* ab antiquo jam competiit Abbatiſſæ & conventui *Veteris Cellae Mogunt.* Teſtantur id chartæ ſequentes:

I.

Nominatio & competentia parochi in Heydesheim.

Ich *Godfrit von Partinheym* parherr zu *Heyſſinsheim* erkenne mich offentlich in diſem briefe, und thun kond allen dy yn ſehint, leſint oder horint leſen, daz ich die parharre zu *Heyſſinsheym* vorgenannt, dy ich han und geruwicklichen beſitzen und mir auch gegeben iſt von den erberen geyſtlichen mynen lieben Frauwen der Epptiſſin und convent gemeiniglichen des Cloiſters *zu alten Munſter* innwendig *Menczier* rincmuren gelegen, halden und beſchitzen ſall in aller der maſe und wyſe, als andir myne Forfaren und beſunder herr *Simon* ſelge, genannt *Brombſir Liſte* perherr der egenannten Kirchen, myne nechſte forſar of mich bracht hant und myt her gehabt und beſeſſen hant, und ſal ich *Godfrit* obgenannt dy egenannte myne Frauwen nit hoher tringen odir vertme an dy fordiren, danne als vorgeſchriben iſt. Des zu orkunde und mer Sycherheyt han ich *Godfrit* egenannt gebeden den wirdigen in Gott Vattir und geiſtlichen herrn herrn *Jacob* Apt zu *Erbach*, daz er ſyn ingeſiegel by das myne an diſen briefe hat gehangen, des wir bruder *Jacob* apt vorgenannt von bede wegen herrn *Godfrit* perherrns obgenannt uns erkennen. Datum *Erbach* anno Domini M.CCC. LXXXIX ipſo die *ſancti Udalrici confeſſoris*.

II.

Digitized by Google

II.

Wir Suſter *Grede* Aptiſſin und der convent gemeinniglichen des cloiſters zu *alte Monſter* Grawis ordins gelegen ynnwendig der eyne muren zu *Mentze* bekennen uns offentlichen an dyſem brieſe und dun kund allen den dy yn ſehint, leſint odir horint leſen, daz wir eynmudecklichen mit beradem mude uns und unſers cloiſters fride eyntrechtig ſyn worden und gentzliche vereyneget mit herren *Godfrit* von *Partenheym* unſerme perherrn zu *Heyſſinsheym* um alle anſprache und Forderunge, dy er zu uns und unſerme cloiſter gehabt hat, als von der egenannten kirchen wegen zu *Heyſſinsheym*, darum er ſich in koſt und arbeit geworffen hatte zu *Rome* . . als er meynte daz er darzu getrungen worde und hat der egenannte herr *Godfrit* of alle anſprache, als vorgeſchriben iſt, gentzlihen und lutlichen verzygen als daz er die egenannte parre, die er von uns hat, halten ſallen in aller der maſe als ſyn forfaren vor yme und bit namen herr *Simon* ſyn allernechſte forfaren vor yme und ſall uns darüber nit hoher trengen, und darumb ſo ſyn wir unterwyſet, daz wir yme ſynen ſchaden und koſt kehren ſollen und abedun, und vor ſolche koſt han wir yme geredit hundert gulden zu geben in fünf jaren y zu winachten zwenzig gulden und ſollet die nu zu winachte nechſt kommend angehn und ſy yme bezalen oder binne vierzehn tage darnach unbefangen, wer es auch ſache, daz Gott uber yn gebode ynwendig der vorgenannten fünff jahre vor wynachten ſo ſollen wir die vorgenannte zwenzig gulden

Concordia ſuper competentiâ parochiali cum Abbatiſſa Vet. Cellæ inita.

nymand ſchuldig ſyn zu geben odir zu richen von ſyne wegen danne um ſunderliche gunſt und frindſchaft, So will er daz ſy uns bliben vor ſyne ſele. Auch ſollen wir den vorgenannten herrn *Godſrit* nit tringen reſidentien zu dun mit ſyme ſelbes lybe, doch alſo, daz er beſtelle, daz der parren genug geſchye, auch umb ſunderliche frindſchaft und bede des egenannten herrn *Godſrit* und ſyner frinde ſo verhengen wir yme und iſt unſer gute willen, daz er zu welcher zyt is yme eben kommet, daz er ſyn eygen kyrche permutiren moge an hinderniſſe uns odir jemands von unſeret wegen. Des zu orkunde und mehr ſycherheid han wir Apptiſſin und Convent obgenannt unſer beyde ingeſiegele an diſen briefe gehangen. Gegeben da mann ſchryeb zu latine *Anno Domini MCCCLXXXIX ipſo die ſancti Kiliani mart.*

III.

Parochus recipitur ad eccleſiam in Heydesheim.

In nomine Domini amen. Univerſis & ſingulis præſentis inſtrumenti inſpectoribus ſeu auditoribus maxime tamen his, quorum intereſt vel intererit ſeu intereſſe poterit quomodolibet in futurum & quos noſſe fuerit oportunum, notum ſit evidenter, quod anno à nativitate Domini mileſimo trecenteſimo octuageſimo nono, indictione XII. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri domini *Urbani* divina providentia *Papae ſexti* anno duodecimo, ultima die menſis Septembris hora ejuſdem diei veſperarum in domo ſeu loco capitulari monaſterii *Veteris Cellae Moguntie* ubi & in quo perſepe actus ejuſdem monaſterii tractari & exerceri ſolent conventuales & capi-

Digitized by Google

capitulares coram venerabilibus & religioſis Dominabus *Margaretha* Abbatiſſa, *Elizabeth* Prioriſſa & quam pluribus aliis Dominabus ſeu monialibus conventualibus & capitularibus, ejusdem monaſterii capitulariter ibidem congregatis & in preſentia mei Notarii publici & teſtium ſubſcriptorum ad hoc vocatorum ſpecialiter & rogatorum perſonaliter conſtitutus honeſtus vir *Godefridas* de *Partinheym* presbyter *Mog. dioc.* eisdem Dominabus Abbatiſſe, Prioriſſe & aliis monialibus predictis humiliter ſupplicavit, quatenus juxta tenorem, mentem & continentiam quarundam translationis & inveſtiture literarum ipſis ibidem ad requiſitionem ejusdem Domini *Godefridi* per me Notarium publicum ſubſcriptum lectarum, notificatarum & publicatarum ipſum ad eccleſiam parrochialem in *Heyſſinsheim* prope *Wackernheim* dicte *Mog. Dioc.* admitterent & reciperent gratioſe ac ipſum facerent de ipſius parrochialis eccleſie pacifica poſſeſſione gaudere: ſibique prout ad eas & earum quamlibet pertineret, de ipſius eccleſie fructibus, reditibus, proventibus univerſis & obventionibus univerſis & ſingulis reſponderent & reſponderi facerent integre & complete prout in dictis translationis & inveſtiture literis plenius continetur; Quæ quidem Abbatiſſa una cum dictis Prioriſſa & aliis monialibus capitularibus matura inter ſe prehabita deliberatione hujusmodi ſupplicationi tamquam rationabili favorabiliter annuentes ipſum Dominum *Godefridum* ad eandem eccleſiam parochialem in *Heyſſensheim* virtute & auctoritate dictarum translationis & inveſtiture litterarum admi-

Digitized by Google

ſerint & receperint pleno jure, Domina Abbatiſſa ſuo & conventus ſui nomine dictum Dominum *Godefridum* de hujusmodi parrochiali Eccleſia per librum quem in ſuis tenebat manibus, uti moris eſt, inveſtivit, quibus ſic peractis ut preſertur, ſtatim Dominus *Godefridus* antedictus ad requiſitionem Dominarum Abbatiſſe, Prioriſſe & aliarum monſalium capitularium predictarum ad hoc ſe obligavit & aſtrinxit, nec non fide data, loco juramenti preſtiti, promiſit in manibus Domine Abbatiſſe predicte ſuo & conventus ſui nomine predicti ſolemniter ſtipulando, quod de cetero, quamdiu dictam parrochialem Eccleſiam in *Heyſſinsheim* obtinebit & poſſidebit, ſtabit & erit contentus in fructibus & reditibus ipſius Eccleſie, quos pro tunc habuit & habere dignoſcebatur Eccleſia predicta & in quibus ſui Anteceſſores & preſertim bone memorie Dominus *Simon* dictus *Brumſer* hactenus contenti ſteterunt & fuerunt, contentus fuit & ſtetit & quod nihil ultra ab eisdem Abbatiſſa & conventui exigat, extorqueat ſive petat, vel exigere, petere ſeu extorquere quovis modo preſumat vel attemptet etiam quocumque queſito colore dolo & fraude penitus procul motis; ſuper quibus omnibus & ſingulis dicta Domina Abbatiſſa ſuo & predicti conventus ſui nomine me notarium publicum infra ſcriptum requiſivit ut ſibi ſuper his unum vel plura ſi neceſſe fuerit, conficiantur publicum inſtrumentum ſeu publica inſtrumenta. Acta & geſta ſunt hec loco & tempore ſupra in principio preſentis inſtrumenti deſignatis præſentibus honorabilibus & diſcretis viris Dnis *Henrico* dicto *Stoyſs* Canonico, *Heilmanno* dicto

Blu-

Digitized by Google

Blucher de *Babenhuſen* Vicario Eccleſie B. M. V. ad gradus *Moguntie* & *Joanne Doliatore* de *Franckenfordia* Clerico *Mog. Dioc.* teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & rogatis.

Et ego *Gerhardus Wydemar* Clericus Moguntinus publicus Imperiali authoritate Notarius, quia predictarum translationis & inveſtiture literarum publicationi, lectioni & notificationi, ſupplicationi, admiſſioni, receptioni & inveſtiture, nec non obligationi, ſtipulationi & promiſſioni predictis, ceterisque premiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic ut premittitur, fierent & agerentur una cum prenotatis teſtibus preſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi ideo preſens publicum inſtrumentum exinde confeci, quod propria manu mea ſcripſi & in hanc publicam redigendo formam ſigno meo ſolito & conſueto ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum.

§. 2.

WACKERNHEIM.

It. Cathedraticum xviii. ß.
It. Communis emenda i. ß.
It. Campanator nil dat propter prandium.
It. Henrich Molitor i. Capp.
It. Ebertshen Molitor i. Capp.
It. iii. Alb. pro violenciis.

Digitized by Google

INGELHEYM INFERIUS.

It. Cathedraticum ii. ℔. *iiii.* ß. *minus.*
It. Communis emenda ix. ß. *i. quartale vini,*
It. Campanator i. myn.
It. iii. Alb. pro violenciis.

Jus Patronatûs in *Ingelheym* ab Eccleſia cathedrali Herbipolenſi tranſiit ad *Waltherum* Decanum collegiatæ *S. Stephani Mog.* ab hoc demum per tabulas ultimas ad ſucceſſores in Decanatu. En documenta:

IV.

Eccleſia Herbipolenſis bona ſua in Ingelheim infer. cum jure patronatus vendit Decano S. Stephani.

Bertoldus de Starenberg, Decanus *Manegoldus de Nuwenburg* Præpoſitus eccleſie *S. Johannis in Houge Ottho de Lodeburg* Cuſtos totumque Capitulum *Herbipolenſis eccleſie.* Noverint univerſi quod propter urgentes neceſſitates eccleſie univerſa bona in *Ingelnheim inferiori* apud *Maguntiam* curiam videlicet agros vineas decimas cenſus jus patronatus ſibi annexum cum omnibus juribus & attinentiis ſuis vendidimus pro ducentis marcisColonienſium denariorum legalium *Walthero* Decano eccleſie *beati Stephani* & ipſam pecuniam numeratam recepimus & in uſus eccleſie noſtre neceſſarios convertimus & hoc recognoſcimus per preſentes. Ipſa etiam bona univerſa per *Gerhardum* Canonicum *novi monaſterii* procuratorem noſtrum ſpecialem cui hoc ſub ſigillo noſtre eccleſie dedimus in mandatis in ipſa villa *Ingelnheim* coram ſculteto & ſcabinis & aliis pluribus ſecundum ville con-

conſuetudinem reſignavimus & idem *Gerhardus* procurator perſonaliter noſtro nomine reſignavit & tranſtulit in dictum *Waltherum* Decanum cum omni plenitudine juris ſui & ut magis ſit cautum eidem Decano de emptione eorundem bonorum, promittimus facere warandiam quod vulgariter dicitur *Werſchafft* ad debita tempora ſecundum conſuetudinem terre noſtre ubicunque requiſiti fuerimus in locis omnibus ſimpliciter ùt eſt juris; Verum quia in alienatione bonorum eccleſiarum videlicet epiſcopi dyoceſani neceſſarius eſt conſenſus, cujus conſenſum propter diſcordiam eligentium non poteramus venditionis tempore impetrare, ipſum infra tres menſes proximos poſt ejus creationem impetrabimus & ad hoc nos etiam preſentibus obligamus. In cujus rei memoriam & debitam firmitatem damus ei has litteras ſigilli noſtri eccleſie munimine roboratas. Datum & actum Herbipoli in Capitulo noſtre eccleſie Anno Dni M. CC. LXX. XV. Kal. Julii preſentibus noſtris confratribus *Conrado de Telheim* Cantore, *Alberto de Lodeburg* Archidiacono *H. de Sternberg* Archidiacono, *H. de Wilperg*, *Wernhero de Tannenberg*, *Rudolfo de Uſſenkeim* & aliis quam pluribus.

V.

Bertoldus de Sterenberg Decanus, *Manegoldus de Nuwenburg* Prepoſitus eccleſie *S. Johannis in Houge*, *Ottho de Lodeburg* Cuſtos totumque capitulum *Herbipolenſis Eccleſie* honorandis viris & ſincere dilectis ſculteto ſcabinis & univerſis civibus in *Ingelheim inferiori* & univerſis preſentes litteras inſpecturis

Commiſſio translationis dictorum bonorum in Ingelheim.

ris

Digitized by Google

ris ſalutem cum plenitudine omnis boni. Cum nos propter urgentes neceſſitates que nos & noſtram eccleſiam opprimebant, univerſa bona noſtra in *Ingelheim inferiori* apud *Maguntiam*, curiam videlicet, agros, vineas, decimas, cenſus, jus patronatus ſibi annexum cum omnibus juribus & attinentiis ſuis vendiderimus pro ducentis marcis Colonienſium denariorum legalium *Walthero* Decano eccleſie *ſancti Stephani Magunt.* & ipſam pecuniam numeratam receperimus ab eodem & in uſus eccleſie noſtre neceſſarios converterimus, nos quia ipſa bona reſignare non poſſumus per omnium noſtrum preſentiam perſonalem *Gerhardum* Canonicum *novi monaſterii* transmittimus & procuratorem conſtituimus ac damus plenariam poteſtatem eidem ſub ſigillo noſtre eccleſie litteris hiis appenſo, ut ipſa bona in villa *Ingelheim* coram ſculteto & ſcabinis juxta conſuetudinem ville & alias ubi neceſſe fuerit, reſignet nomine noſtro & transferat in *Waltherum* Decanum predictum cum omni plenitudine juris ſui. Ratum & gratum habentes quidquid idem *Gerhardus* procurator noſter in predictis bonis duxerit faciendum. Datum anno Domini M. CC. LXX. XV. Kal. Julii videlicet in Capitulo noſtre eccleſie preſentibus noſtris confratribus videlicet *C. de Telheim* Cantore, *Alberto de Lodeburg* Archidiacono. *H. de Sterrenberg* Archidiacono. *H. de Wilperg*, *Friderico de Hohenburg* portenario, *Wernhero de Tanneberg*, *Rudolfo de Uſſenheim* & aliis quam plurimis.

VI.

Digitized by Google

VI.

Nos Dei gratia *B.* Herbipolenſis Epiſcopus recognoſcimus per preſentes, quod cum Decanus & capitulum *eccleſie* noſtre *Herbipolenſis* propter neceſſitates urgentes ipſius univerſa bona que in villa *Ingelheim inferiori* noſcebantur habere, curiam videlicet agros, vineas, decimas, cenſus, jus patronatus ſibi annexum cum omnibus juribus et pertinentiis ſuis pro ducentis marcis Colonienſium denariorum legalium *W. Decano* ecclefie *S. Stephani Mogunt.* juſto vendiderint titulo emptionis prout in litteris ipſorum ſuper hoc confectis plenius continetur; Nos venditionem eandem gratam & ratam habentes in ipſam preſentium teſtimonio conſentimus. Datum *Herbipoli* Anno Dni M. CC. LXXI. XI. Kal. Decembris.

Bertholdus Ep. Herbip. in præſatam bonorum translationem conſentit.

VII.

In nomine Domini Amen. Ego *Waltherus* Decanus eccleſie *S. Stephi Mogunt.* de bonis meis in *Ingelheim*, que apud capitulum *Herbipolenſis eccleſie* mihi comparavi, qui etiam mee eccleſie jam dudum donavi, ordino in hunc modum videlicet, ut à capite jejunii uſque ad vigiliam paſche detur cuilibet canonico & ſocio chori quolibet die ad vigilias, quando cantantur, alias non, unum duale vini quod provenit de ipſis bonis, & ad miſſam animarum unus panis albus quorum quadraginta de uno maldro fiant. Et idem fiat per totum adventum. Item ordino de iisdem bonis preſentias in hunc modum ſcilicet ad octavam *beate Catherine* ſex maldra ſiliginis. Item *Gregorii* IIII Item ad octavam *Nativitatis Marie* quatuor.

Waltherus Dec. S. Stephani de bonis ſuis in Ingelheim diſponit.

X Item

Item *Laurentii* quatuor. Item *Cecilie* quatuor. Item *Agnetis* quatuor. Item ut uno die infra octavam beati *Martini* cantetur ſolempniter per totum de *St. Ferrutio*, *Dyoniſio*, *Sebaſtiano* & *Victore*, VII maldra. Item ad anniverſarium *Hernidi* fratris mei, amice mee *Hizzeche*, ſororis mee *Criſtine* ſex maldra quorum anniverſarium debet agi feria ſexta poſt octavam *Epiphanie*. Item addo, anniverſarium quondam *Criſtiani* Decani duo maldra. Item ad anniverſarium Magiſtri *Richardi* ſex maldra. Item mihi Decano ad anniverſarium viginti maldra. Item ad lampades ante ſummum altare pendentes ut ipſarum medietas ſcilicet una pars ferri in omnibus feſtivitatibus novem lectionum incendatur, ac omnes in feſtis precipuis ardeant, ordino ſeptem maldra. De hiis etiam provideatur capelle *S. Pancracii* in lumine nocturuo, ſicut fuit hucuſque conſuetum. Item campanario unum maldrum ut luminibus provideat diligenter. Item de aputecis meis ſitis in atrio majoris eccleſie Mogunt. que valent annuatim novem marcas & amplius ordino in hunc modum: ad anniverſarium quondam Domini *Cunradi* Decani Magunt. Wormatienſis Epiſcopi unam marcam. Item quondam Dni *Sifridi* Archiepiſcopi unam marcam. Item quondam Dni *Chriſtiani* Archiepiſcopi unam marcam. Item quondam Dni *Gerhardi* Archiepiſcopi Mogunt: unam marcam, in predictorum Dominorum anniverſario & in eo magne vigilie cantabuntur & cammerarius eccleſie quatuor cereos quemlibet dc una libra in medio chori ſuper unum ponet tapetum ad vigilias & ad miſſam. Item ad anniverſarium patris mei unam marcam,

Item

Item ad aniverſarium matris mee unam marcam & parve vigilie cantabuntur. Item ordino triginta ſolidos Colonienſes ad candelas in choro in omnibus feſtivitatibus incendendas prout in cera poteſt haberi. Item Decano do qui pro tempore fuerit, triginta duos capones qui de jpſis proveniunt aputecis, niſi fortaſſis ipſas aputecas vendi contingat cum attinentiis univerſis. Item volo & ordino ut ipſe Decanus jus patronatus ecclefie in *inferiori Ingelheim* habeat, & cui viderit expedire conferat propter Deum. Nos *Cunradus Scholaſticus*, *Heinricus* Cantor totumque capitulum ecclefie *beati Stephani Mogunt.* ordinationem Dni *Waltheri* noſtri Decani prehabitam non immerito gratam & ratam habentes munimine ſigilli eccleſie noſtre firmiter roboramus & nos & noſtros ſucceſſores ad ipſam per omnia optinendam preſentis ſcripti teſtimonio obligamus. Nos etiam ſcholaſticus Cantor & capitulum predicti attendentes pietatem & benivolentiam Domini *W.* Decani noſtri predicti nobis & noſtre ecclefie exhibitam nos ad ſolutionem tredecim marcarum Colonienſium & undecim maldrorum ſiliginis Moguntine menſure ad altare *beati Nicolai* in noſtra ecclefia, que olim *Cunradus* Decanus *ſancti Johannis* ad ipſum dedit altare nec non ad ſolucionem quatuor marcarum ad ipſius Decani anniverſarium, ſi dictus Dominus *W.* noſter Decanus ante feſtum *beati Bartholomei* nunc venturum quod abſit, deceſſerit, obligamus, ſi vero ipſe Decanus ad predictum feſtum vivus permanſerit, dante Deo ipſe pro memorato debito eſt aſtrictus & nos totaliter abſoluti. Quia igitur de vino in *Ingelnheim* ſuper pre-

miſſam ordinationem remanent due karrate vini & amplius, ordino, ut defectus ſiquis in predictis fuerit, ſuppleatur; ſi quis autem ibi ſupererit, in meo anniverſario detur illud; quia etiam de annona in *Ingelnheim* ſuperſunt duo maldra & duodecim cappones & de cenſibus aputecarum ſex ſolidi Colon. ordino ad officium camerarii, ut premiſſa per eum diligentius peragantur. Volo etiam ut negligentie panis & vini per quemcunque etiam inveniant, ſibi cedant. In hujus ordinationis memoriam & debitam firmitatem preſentem paginam duxi mei ſigilli munimine roborandam & nichilominus ſigillum Dominorum judicum ſancte Moguntine ſedis, nec non mee Eccleſie ſigillum petivi litteris hiis apponi. Actum & datum Idus Marcii anno Dni M°CC°LXXIII°.

§. 3.

INGELNHEYM SUPER.

It. Cathedraticum ii. ℔. minus iiii. ß.

It. Communis emenda v. ß. remiſi ipſis propter prandium.

It. v. Alb. pro violenciis.

Item Elſa von Olmen *legitima non habitat cum legitimo viro, ſed ſedet cum uno alio publice in fornicatione & jurati nolunt amplius accuſare ut ſeparentur, quia pluries accuſata eſt & nihil ſit.*

Item altare Petri *&* Pauli *& altare* Nicolai *vacant in divinis, ſic quod ibi fiant magne negligentie in divinis. Jam per annum non eſt ibi lecta aliqua miſſa & populus malè eſt contentus, & petunt cohortare; & ſunt interdicta.*

Anno

Anno MCCXCVI. XII. Cal. Junii eccleſia *in Ingelheim ſuperiori* donata eſt capitulo Metropolitano Moguntino ab Abbate *Hersfeldenſi.* Donationem hanc *Gerhardus Arch. Mog.* confirmavit litteris apud *Erenfels* datis Anno MCCCXVI. Calendis Maji, ita A. M.

WINTERNHEYM
SWABENHEYM.

It. Cathedraticum iii. ꝶ.
It. Communis emenda ix. ß.
It. Campanator i. myn. nil dat propter prandium.
It. Hen Molitor i. Capp.
It. Henchin Molitor i. Capp.
It. Peter Becker hoſpes. jurati receperunt.
It. Cuntz Leyſt hoſpes.
It. Faber.

Accuſati:

It. Hans Hen Cloſe legitimus ſedet cum alia perſona in fornicatione & habet pueros cum ea.
It. Piſt legitimus etiam non habitat cum legitima & ſedit cum una alia & nihil curat.

De eccleſia in *Schwabenheim* ſic ordinavit *Sifridus Arch. Mog.* an. MCCXVII. Quotieſcunque Eccleſia hec paſtore ſuo decedente vacaverit, nec ipſe Abbas *(S. Maximini Trevir.)* cuiquam niſi Sacerdoti in eadem villa reſidentiam

Digitized by Google

facere volenti, conferendi eam habeat poteſtatem, ita duntaxat, quod ipſi parrochiani in eligendo paſtore nihil ſui juris unquam audeant uſurpare ſed decedente ejusdem eccleſie paſtore Abbas *S. Maximini* alium quemcunque ipſe dignum decreverit, dummodo Sacerdotem, absque omni contradictione liberaliter debeat ſubrogare. *Gud. T.* 3. *p.* 1082.

BUBENHEYM.

It. Cathedraticum xxiiii. ß.
It. Communis emenda v. ß.
It. Campanator i. myn. avene, nil dat propter prandium.
It. Piſtor i. Capp.

Anno MCCLXXXIII. Kalendis Maji *Henricus de Bolandia* Archidiaconus Trevirenſis *tit. S. Caſtoris* in *Cardona* collegiatæ *S. Stephani* Præpoſitus in Decanum & capitulum hujus Eccleſiæ jus patronatus in *Bubenheym* pleno jure tranſtulit. Reditus inde provenientes ultra congruam vicarii perpetui ſuſtentationem inter præſentiarios diſtribuuntur. Translationi huic, quam *Gerhardus Arch. Mog.* auctoritate ordinaria confirmavit, conſenſus *Eberhardi* Cantoris Moguntini, Prepoſiti eccleſiæ *Beatae Mariae Virginis*

ginis in campis tanquam Archidiaconi loci acceſſit. Inſtrumenta hac ſuper re confecta ſubjungimus:

I.

H. Dei gratia Prepoſitus eccleſie *Sti Stephani Magunt.* dilectis in Chriſto Decano & capitulo ibidem ſinceram in Domino karitatem. Ex pio affectu quem circa promotionem & emendationem eccleſie noſtre non inmerito obtinemus, devotius inclinati jus patronatus eccleſie in *Bubinheim*, quod ratione predicte noſtre Prepoſiture ad nos pertinere dinoſcitur cum univerſis eidem juri patronatus attinentibus in vos & veſtram eccleſiam transferimus pleno jure ita ut quicquid ultra competentem ſuſtentationem vicarii quem ad eandem eccleſiam quandocunque & quotiens ipſam vacare contigerit, loci Archidiacono preſentabitis, poterunt provenire in uſus veſtre eccleſie convertatis Domini Archiepiſcopi & loci Archidiaconi qui pro tempore fuerint ſalvis in omnibus juribus debitis & conſuetis. Datum anno Dni M°CC°LXXXIII°. Kalendis Maii.

Henricus de Bolandia. Præpoſitus transfert in Decanum & Capitulum S. Stephani jus patronatus in Bubenheim.

II.

Th. Decanus, *H.* Scolaſticus, *D.* Cantor totumque capitulum eccleſie *S. Stephani* Magunt. tenore preſentium recognoſcimus & fatemur quod redditus eccleſie in *Bubemheim*, cujus jus patronatus venerabilis vir *Heinricus de Bolandia* eccleſie noſtre Prepoſitus in nos & noſtram eccleſiam tranſtulit pleno jure, ut in inſtrumentis ſuis ſuper hoc confectis plenius

Ordinatio Decani & capituli S. Stephani ſuper redditibus in Bubenheim.

nius continetur, qui quidem redditus ultra competentem ſuſtentationem vicarii celebrantis ibidem nobis & noſtre eccleſiæ poterunt provenire, in anniverſariis patris necnon matris ejusdem Prepoſiti ac etiam in ſuo anniverſario & in die *beati Stephani* patroni noſtri equali portione inter preſentes canonicos & ſocios chori noſtri in perpetuum dividemus & exinde predictos anniverſarios necnon feſtum predicti noſtri patroni ſollempnius peragemus ad quod fideliter obſervandum preſentes litteras noſtre eccleſie & predictorum noſtrorum Prelatorum ſigillis duximus roborandas. Datum anno Dni M°CC°LXXXIII. III. Kal. Maji.

III.

Gerhardus Arch. Mog. confirmat translationem.

Gerhardus Dei gratia ſancte *Maguntine ſedis* Archiepiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Chriſto Decano & capitulo eccleſie *ſancti Stephani* Magunt. ſalutem in Domino. In devotionis augmentum vobis Deo propitio credimus provenire ſi nos in oportunitatibus veſtris invenire benivolos gaudeatis; ſane cum ſicut veſtra nobis exhibita petitio continebat, quondam honorabilis vir *Heinricus de Bolandia* eccleſie veſtre Prepoſitus eccleſiam de *Bubinheim*, cujus ad ipſum jus pertinuit patronatus vobis in augmentum prebendarum veſtrarum & per vos eccleſie veſtre contulerit, intuitu pietatis & eidem veſtre eccleſie duxerit uniendam prout in litteris ſuis ſuper hoc confectis plenius continetur; Nos devotionis veſtre precibus inclinati quod per ipſum Prepoſitum in hac parte factum exiſtit, ratum habentes & gratum illud auctoritate preſentium in nomine Domini confirmamus noſtro, Archidiaconi

coni loci & cujuslibet alterius in omnibus jure ſalvo. Datum *Moguntie* anno Dni M°CC°LXXX nono XII. Kal. Octobris.

IV.

Eberhardus Dei gratia Cantor Mogunt. Prepoſitus *eccleſie S. Marie in campis* ibidem ad univerſorum notitiam tam preſentium quam futurorum cupimus pervenire, quod cum bone memorie Dominus *Heinricus* dictus *de Bolandia* Prepoſitus eccleſie *S. Stephani* Mogunt. eccleſiam in *Bubenheim Magunt. dioc.* cujus jus patronatus ad ipſum nomine predicte prepoſituræ ſpectabat, Decano & capitulo ejusdem eccleſiæ *S. Stephani* in ſuarum prebendarum augmentum provida liberalitate contulerit pleno jure; & Reverendus in Chriſto Pater Dominus *G.* Archiepiſcopus Mogunt. collationem eandem ratam habens & gratam eisdem indulſerit, ut eadem eccleſia vacante Decanus & capitulum ipſius eccleſie *S. Stephani* ſacerdotem ydoneum Archidiacono loci preſentent ad illam, ita quod quicquid ultra competentem ſuſtentationem talis vicarii poterit provenire predicti Decanus & capitulum in uſus & augmentum ſuarum prebendarum convertant prout in litteris predictorum Prepoſiti & Archiepiſcopi plenius continetur; Nos utriusque pietati faventes ad commodum & profectum ipſorum Decani & capituli gratum & unanimem prebemus aſſenſum, Reverendi Patris Domini Archiepiſcopi & ſuorum noſtro & noſtrorum ſucceſſorum per omnia jure ſalvo. Datum & actum *Moguntie* anno Domini M°CC°LXXXX°II°. nonas Januarii.

Archidiaconus in eam conſentit.

Digitized by Google

§. 4.

GUGENHEYM. (Jugenheim.)

It. Cathedraticum xviii. ß.
It. communis emenda xxx. hlr.
It. Mechanici iiii. ß.
It. Campanator i. myn. avene. Equi comederunt.

PARTENHEYM.

It. Cathedraticum ii. flor.
It. Communis emenda xxx. hlr.
It. Campanator nil dat propter prandium.
Item: Mechanici i. mlr. avene vi. ß.

Accuſati:

It. Wilhelms ſua legitima non habitat cum legitimo viro & vir petit eam & ipſa renuit.

It. Engel vidua Claſs Luten Schlegers Fraue promiſit matrimonium Pedern Thomas Andres Trueth & venit una alia Trueths Eva in proclamatione que ait, eum ſibi promiſiſſe matrimonium.

It. Alers Cleſsgin . . . jurati non ſunt confeſſi neque communicarunt.

*It. Phiffers Heuſsgin caverunt in tribus annis & ſunt valde inobedientes & nil curant & alii jurati petunt cohortari ad obedientiam quia ſunt valde ribaldi *.*

* Hominum viliſſimi, *du Fresne.*

Huic parochiæ annexa fuit ſedes Archipresbyteralis, ſic enim litteræ antiquæ:

Modus

Digitized by Google

Modus ratificandi Paſtorum ruralium juxta ſedem chriſtiauitatis in Partenheim. *Das iſt Verzeichnus wie man in den geſellen und zinſen der geyſtlichen perſonen das iſt der pfarher und altariſten alhie zu* Partenheim *nach abziehen und abſterben und wiederum auffziehen und eintretten denſelbigen ratificiren ſoll, wie dan nach ordnung des Capitels* des Ertzprieſterlichen ſtuhls Partenheim *herkommen und gepreuchlich geweſen, &c. &c.*

ILSHEYM, (Elsheim.)

It. Cathedraticum xviii. ß.
It. Communis emenda xv. hlr. ii. Capp.
It. Campanator i. myn. avene *.

STADECKEN.

It. Cathedraticum ii. ꝶ. *minus iiii.* ß.
It. Communis emenda i. mlr. avene ii. ß.
It. Campanator i. myn.
It. Molitor i. Capp.
It. Piſtor i. Capp.

Capitulo *S. Andreae* Colonienſi competiit olim jus patronatûs eccleſiæ in *Stadecken* cum decimis aliisque juribus & reditibus; quos verò proventus ob locorum diſtantiam convenienter reſpicere non poterat; Præhabitis tractati-

 bus

* Anno MCLXXXIV. Præpoſitus *S. Mauritii* collegio ſuo in augmentum præbendarum tradidit Capellam in *Egellesheim*, Gud. T. 3. pag. 950.

Digitized by Google

bus variis ſupplicat capitulum pro facultate commutandi prediċta bona cum aliis in loco magis commodo ſitis, quam & impetrat ab *Henrico* Archiepiſcopo an. MCCCXXIII. perlubenter conſentiente, ut fieret diċtorum bonorum translatio ad *eccleſiam collegiatam B. M. V. ad gradus Moguntiae* erga bona in *Gelen* & jus patronatus in *Romerskirchen* cum univerſitate jurium & proventuum hucusque ibidem habitorum. Conventum eſt utrimque; & negotio huic in perpetuum firmando acceſſit aſſenſus *Henrici Archiepiſcopi Moguntini* Anno MCCCXXIX. XVII. Kal. Julii. Legi merentur literæ deſuper confeċtæ.

I.

Archiepiſcopus Colon. capitulo S. Andreæ facultatem concedit ut bona ſua in Stadecken &c. permutare valeat.

In nomine Domini amen. *Henricus* Dei gratia ſanċte *Colonienſis eccleſie* Archiepiſcopus ſacri imperii per *Ytaliam* Archicancellarius dileċto in Chriſto Decano, Theſaurario & Capitulo eccleſie *ſanċti Andree* Colonienſis noſtre dyoc. ſalutem in Domino ſempiternam. Ex parte veſtra nobis extitit ſupplicatum, quod cum nonnunquam inter vos ſollicita pertraċtanda revolveritis vobis & eccleſie veſtre quâm plurimum expedire ut bona & poſſeſſiones veſtras ſitas in villis & parochiis *Ockinheim Engelſtat* & *Stadegge* extra Colonienſem provinciam in *dyoc. Moguntina*, que & eorum jura propter longam locorum diſtanciam & remotam,

motam, prout qualitas eorum id exigeret & vobis ac utilitati veſtre eccleſie expediret convenienter reſpicere non poſſetis temporibus oportunis; ac etiam propter periculum in tanta diſtantia ob viarum diſcrimina imminens in fructibus ab illo loco ad veſtram eccleſiam deducendis, commutaretis licite & prudenter, ſic ut loco dictorum bonorum bona & poſſeſſiones alias infra terminos noſtre dyoc. & in locis magis congruis & vicinis vobis & eccleſie veſtre acquireretis, que premiſſis ſemotis obſtaculis utilius & aptius reſpicere & per que evidenti utilitati poſſetis ipſi veſtre eccleſie vobis veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum providere, quatenus auctoritatem licentiam & conſenſum noſtrum ut preſata bona & poſſeſſiones cum ſuis juribus & emergentiis univerſis *Decano & capitulo & eccleſie Beate Marie ad gradus Magunt.* cum quibus ſuper hoc tractatum habuiſtis, vendere aut in eos & eorum eccleſiam ſeu aliam vel perſonas alias eccleſiaſticas translationis, commutationis vel alio juſto alienationis tytulo transferre poſſetis, impertiri ex gratia dignaremur; Nos ſiquidem ea que propoſita ſunt & que ex ipſis intelligi poterunt & etiam provenire fideliter attendentes & ſperantes firmiter per premiſſa conditionem preſate eccleſie *ſancti Andree Colon.* quam deſideramus proſperari noſtris temporibus, affectamus facere auctore Domino meliorem, recepto tamen prius ad habundantem cautelam a Heydenrico Scolaſtico eccleſie veſtre habente ſuper hoc à vobis mandatum ſpeciale juramento ſacroſanctis Evangeliis per ſe tactis corporaliter coram nobis, quod vos omnes & ſinguli credatis firmiter

Digitized by Google

firmiter & ſperetis hujusmodi alienationem & commutationem bonorum non inſpecto alicujus veſtrum privato commodo eccleſie veſtre predicte vobis veſtrisque ſucceſſoribus in perpetuum profuturam; vobis & eccleſie veſtre ut dicta bona & poſſeſſiones in *Ockenheym*, *Engilſtat* & *Stadegge* cum omnibus ſuis pertinentiis & emergentiis paſcuis, pratis, piſcariis, nemoribus, agris, jurisdictionibus, juribus, ſervitutibus altis & baſſis prout ad vos & ad eccleſiam veſtram ſeu ad officium theſaurarie ejusdem veſtre eccleſie pertinent & pertinuerunt ab antiquo communiter & diviſim prefatis Decano & capitulo & *eccleſie Beate Marie ad gradus Maguntinen.* ſeu alteri eccleſie vel perſonis aliis Eccleſiaſticis vendere aut in eam vel eas prefata bona cum omnibus ſuis emergentiis & attinentiis & quemadmodum vos & veſtram eccleſiam inconvulſe poſſedit hucusque cum omni integritate & jure quod vobis competit & competere dinoſcitur in juribus patronatus, decimis & rebus aliis quibuscunque translationis commutationis ſeu alterius juſto alienationis tytulo transferre libere & licite valeatis, auctoritatem noſtram hiis impertiendo plenam facultatem & licentiam concedimus & expreſſe auctoritate noſtra ordinaria ex certa noſtra ſcientia preſentibus in nomine Domini conſentimus; dantes vobis ſuper hiis et eccleſie *ſancti Andree* predicte has litteras ſigillo noſtro ſigillatas in certitudinem preſentium et memoriam futurorum. Datum craſtino *Beate Lucie* Virginis anno Dni Mill° CCC^{mo} viceſimo tertio.

II.

Digitized by Google

II.

In nomine Domini amen. Univerſis et ſingulis audituris preſentia et viſuris Decanus Theſaurarius et capitulum eccleſie *ſancti Andree Colon.* in perpetuum ſalutem et rerum geſtarum cognoſcere veritatem. Nonnunquam inter nos ſollicitè pertractando revolvimus nobis et eccleſie noſtre quam plurimum expedire, ut bona et poſſeſſiones noſtras ſitas in *Ockenheym*, *Engilſtat* et *Stadegge* extra provinciam Colon. in dyoceſi Maguntina, que et eorum jura propter longam locorum diſtantiam et remotam prout qualitas eorum id exigeret et nobis ac utilitati prefate noſtre eccleſie expediret reſpicere convenienter non poſſumus temporibus oportunis ac etiam propter periculum in tanta diſtantia ob viarum diſcrimina imminens in fructibus ab illo loco ad noſtram eccleſiam deducendis commutaremus licite et prudenter, ſic ut loco dictorum bonorum bona et poſſeſſiones alias infra terminos dyoc. Colon. in loco magis congruo et vicino nobis et eccleſie noſtre acquireremus que premiſſis ſemotis obſtaculis utilius et aptius poſſemus reſpicere et per quas noſtram et eccleſie noſtre predicte condicionem faceremus auctore Domino meliorem. Hiis itaque cum aliis ſuis circumſtantiis Reverendo in Chriſto Patri et Dno noſtro Dno *Henrico ſancte Colon. eccleſie Archiepiſcopo* confidenter expoſitis et de conſenſu ipſius expreſſo et licentia ſpeciali nec non Reverendi in Chriſto Patris et Domini Domini *Mathie ſancte Maguntinenſis eccleſie Archiepiſcopi* ſicut in litteris eorum ſuper hoc confectis lucide continetur; vocatis omnibus qui voluerunt, potuerunt et debue-

Capitula S. Andreæ Col. & B.M.V. ad gradus Mog. conveniunt ſuper facienda bonorum permutatione.

Digitized by Google

debuerunt commode inter eſſe die capitulari legitime ad hoc prefixa pluribus deliberationibus et ſolempni tractatu prehabitis nos *Henricus* Decanus et *Chriſtianus* Theſaurarius eccleſie ſancti Andree predicte nomine et mandato totius noſtri capituli atque noſtro preſata bona in *Ockenheym Engilſtat* et in *Stadegge* cum omnibus ſuis pertinentiis et emergentiis, paſcuis, pratis, piſcariis, nemoribus, agris, jurisdictionibus, juribus, ſervitutibus altis et baſſis cum decimis et juribus patronatus dictarum eccleſiarum in *Ockenheym Engilſtat* et *Stadegge* prout ad nos et eccleſiam noſtram pertinuerunt ab antiquo et pertinent commutavimus et in nomine Domini preſentibus commutamus cum venerabilibus viris Dominis *Decano* et *capitulo* et *eccleſia Beate Marie ad gradus Moguntinen.* ad curtem et bona adque poſſeſſiones eorum in *Gelen* Colon. dyoc. que tenent et poſſident cum jure patronatus eccleſie in *Rumerskirgen* et decimis ad dictam curtem pertinentibus et emergentiis ac juribus ſervitutibus univerſis. Nos igitur *Henricus* Decanus et *Criſtianus* Theſaurarius nomine et mandato ſpeciali capituli noſtri predicti et una cum ipſo ſupra portamus et reſignamus ſimpliciter et abſolute bona predicta in *Ockenheym*, *Engilſtat*, et *Stadeggen* dictis Decano et capitulo et *eccleſie beate Marie ad gradus Maguntinen.* preſatas poſſeſſiones et bona cum omnibus ſuis emergentiis et pertinentiis ſupradictis prout ad nos et ad eccleſiam noſtram pertinuerunt ab antiquo et quemadmodum nos et eccleſia noſtra inconvulſe poſſedit hucusque cum dominio ejus utili et directo proprietate et poſſeſſione, ingreſ-

ſibus

ſibus et egreſſibus et cum omni integritate et jure quod nobis competit et competere dinoſcitur ut ex nunc in prefatos Decanum & capitulum & eccleſiam *beate Marie ad gradus Maguntin.* omni modo jure & forma quibus hoc magis de jure expedit abſolute & ſimpliciter via commutationis predicte transferimus irrevocabiliter in nomine Domini per preſentes ea omnia à prefatis Decano & capitulo & eorum ſucceſſoribus & *eccleſia beate Marie ad gradus Maguntin.* predictis poſſidenda in perpetuum & tenenda, ſic quod ipſi Decanus & capitulum ad parochiales eccleſias in *Ockenheym Engilſtat* & *Stadegge*, quarum jus patronatus cum univerſitate bonorum hujusmodi in eos tranſiit preſentare & decimas ab ipſis eccleſiis dependentes colligere & levare & omnibus ipſis bonis cum omnibus ſuis juribus & emergentiis uti, frui, gaudere, habere & poſſidere ab hac hora in antea pacifice cum omni integritate ſua & cum univerſis & ſingulis emergentiis & fructibus valeant quemadmodum nos & noſtra eccleſia hiis fruebatur & hucusque tenuit et poſſedit; Evacuamus itaque ut ex nunc prefatis Decano et capitulo et *eccleſie beate Marie ad gradus Maguntin.* poſſeſſionem bonorum et jurium omnium predictorum nulla nobis et eccleſie noſtre poſſeſſione, proprietate, Dominio utili vel directo, jure aut pacto in toto vel in parte retentis ipſosque Decanum et capitulum et eccleſiam predictam in poſſeſſionem bonorum omnium et jurium eorundem in quantum ad nos pertinet, inducimus ut ipſi poſſeſſionem eandem ingrediantur pacifice et apprehendant ad habendum, fruendum et tenendum

 cum

Digitized by Google

cum omni jure et fructu perpetuo et irrevocabiliter cunctis temporibus in futurum; hos etiam qui ratione dictorum bonorum nobis et eccleſie noſtre jurati aut quavis fidelitate alia ratione dictorum bonorum exſtiterant obligati à tali fidelitate et obligatione abſolvimus in quantum in nobis eſt, dimittentes eos prefatis Decano et capitulo et *eccleſie beate Marie ad gradus Maguntinen.* ut eis de cetero obediant et fideles exiſtant et de juribus et redditibus ac emergentiis bonorum ipſorum reſpondeant et ſatisfaciant ſicut nobis et eccleſie noſtre ſatisfacere et reſpondere de jure ſeu de conſuetudine hactenus tenebantur. Inſuper Decanum et capitulum et eccleſiam prelibatam Warandizamus et Warandiam preſtamus de bonis et poſſeſſionibus omnibus ſupradictis et eis de evictione cavemus preſentibus legaliter et expreſſe et ipſis ad evictionem aſtringimus in quantum ad eam faciendam eisdem jus legitime nos aſtringit; hiis ſic peractis omnes et ſinguli noſtrum concorditer et communiter contractum commutationis et translationis hujusmodi pro eccleſie noſtre utilitate et commodo prout ſuperius eſt expreſſum laudavimus approbavimus ratum et gratum habuimus et habemus et decreto ſuper hoc rite interpoſito communiter et concorditer eligimus et acceptamus commutationem ipſam debere perpetuo ſubſiſtere absque noſtra et ſucceſſorum noſtrorum quorumcunque contradictione ſtabilem irrevocabilem atque firmam; renuntiamus itaque exceptioni doli mali, beneficio reſtitutionis in integrum et quod poſſemus dicere nos fore circumventos et reſcripto impetrato vel impetrando et quibuslibet aliis

lit-

litteris aut munimentis ſub quacunque forma verborum ſuper dictis bonis aut eorum juribus in parte vel in toto confectis et quod aliud ſit ſcriptum quam actum nec non ſuffragio canonis ſive exceptioni et auttentico hoc jus porrectum ac omnibus aliis exceptionibus et defenſionibus que nobis in judicio vel extra ex cauſa nunc ſuborta vel que in futurum ſuboriri poſſet contra premiſſa vel premiſſorum aliqua ſuffragari et dictos Decanum et capitulum et *eccleſiam beate Marie ad gradus Moguntinen.* vel eorum ſucceſſores poſſent in parte vel in toto quomodolibet impedire omni fraude et dolo in hiis excluſis. In quorum omnium teſtimonium et perpetuam firmitatem preſentes litteras ex hiis conſcriptas una cum litteris dicti Dni noſtri Archiepiſcopi de quibus ſupra ſit mentio ſuper conſenſu ſuo per ſe confectis ſigillo eccleſie noſtre ; et nos *Chriſtianus* theſaurarius eccleſie predicte ſigillo noſtro proprio ex certa noſtrum omnium ſcientia et voluntate expreſſa dedimus prefatis decano et capitulo *eccleſie beate Marie ad gradus Maguntinenſis* ſigillatas in certitudinem preſentium et memoriam futurorum. Datum et actum craſtino *inventionis ſancte Crucis* anno Domini M°CCC° viceſimo quarto.

III.

In nomine Domini amen. Univerſis preſentes litteras viſuris & audituris Decanus *S. Marie in Campis* extra muros et Scolaſticus *S. Petri* Moguntin. eccleſiarum commiſſarii à Reverendo in Criſto Domino *Mathia* ſancte *Moguntine ſedis Archiepiſcopo* ad infra ſcripta

Conſenſus Archiepiſcopi Mog. in modo dictam bonorum commutationem.

Digitized by Google

ſcripta deputati ſalutem et perpetuo rei geſte cognoſcere veritatem. Noveritis nos ejusdem Domini noſtri Archiepiſcopi litteras ſub vero et majori ſigillo ejusdem ſigillatas non cancellatas non abolitas nec in aliqua ſui parte viciatas út prima facie apparebat recepiſſe in hec verba: *Mathias* Dei gratia ſancte *Moguntine ſedis Archiepiſcopus* ſacri Imperii per *Germaniam* Archicancellarius honorabilibus viris Decano *ſancte Marie in Campis* et Scolaſtico *S. Petri* eccleſiarum Mogunt. devotis ſuis dilectis ſalutem in Domino. Cum honorabiles viri Decanus Theſaurarius totumque capitulum *S. Andree* Colon. univerſa bona, poſſeſſiones et jura ſue eccleſie ad eos vel ad officium theſaurarie ſive communiter ſive diviſim ſpectantia in quibuscunque rebus conſiſtant ſita in villis *Ockinheim*, *Engelſtad* et *in Stadecken* ſeu earum terminis noſtre *Mogunt. dyoc.* in dilectos nobis Decanum et capitulum *eccleſie ſancte Marie ad gradus Mogunt.* et in ipſam eccleſiam certis et rationabilibus cauſis eos ad hoc evidenter moventibus juſto permutationis vel alio canonico tytulo transferre intendant, diſcretioni veſtre committimus et mandamus, quatenus conſideratis in hujusmodi translatione conſiderandis vos eidem Decano et capitulo *eccleſie ſancte Marie*, ſi in hoc utilitatem ejusdem eccleſie perſpexeritis bona ſeu poſſeſſiones intra vel extra dyoceſ. Moguntinam per eos habita vel habenda et habitas vel habendas cum predicta eccleſia ſancti Andree pro predictis bonis poſſeſſionibus et juribus commutandi vendendi vel alias de ipſis canonice diſponendi ut prelibata procedat translatio, vice et auctoritate noſtra ordinaria

naria

naria cum interpoſitione decreti facultatem atque licentiam tribuatis, dantes vobis liberam facultatem faciendi omnia et ſingula que pro conſumatione dicte translationis oportuna fuerint et canonice facienda, ratum et gratum habituri, quicquid per vos canonicè factum fuerit in premiſſis. Datum *Oppenheim* XIX. Kal. Februarii anno Dni M°CCC°XXIIII°. Quarum litterarum auctoritate conſideratis circa contenta in eisdem litteris conſiderandis ad ſupplicationem dilectorum in Chriſto Decani et capituli *eccleſie ſancte Marie ad gradus Mogunt.* proponentium ex certis et legitimis cauſis ipſos pro eccleſie ſue utilitate evidenti ad hoc moventibus fore eisdem plus conveniens habere bona in *Engelſtad Ockenheim* et *Stadecken*, Decano et capitulo *S. Andree* Col. in dyoc. Mogunt. juxta ſe ſita quam curtem in *Geyle* in dyoc. Colon. â ſe longe diſtantem ſitam et ad ſe cum ſuis pertinentiis attinentem retinere et commutationem mutuam fieri inter ipſas eccleſias bonorum eorundem hinc et inde auctoritate dicti Domini noſtri Archiepiſcopi Mogunt. commutationem dictorum bonorum per eccleſias et capitula predicta pro ipſarum eccleſiarum commodo et utilitate utrarumque, videlicet ut ipſa eccleſia ſeu capitulum *ſancti Andree* Colon. curtem et bona *in Geyle Colon: dyoc.* ad prefatum capitulum ſeu eccleſiam *ſancte Marie ad gradus* Mogunt. bona in *Engelſtad*, *Ockenheim* et *Stadecken* inter ſe juſto commutationis tytulo commutent et commutationem faciant eis noſtrum conſenſum adhibemus et ipſam commutationem eſſe ex cauſis et rationibus antedictis decrevimus faciendam et perpe-

tuo valituram, unde ſi preſati Decanus et capitulum *eccleſie ſancte Marie ad gradus Mogunt.* preſatam curtem cum Decano et capitulo eccleſie *ſancti Andree* [illegible] predictis pro eorundem bonis in *Engelſtad*, *Ockenheim* et *[illegible]decken* commutaverint, volumus virtute commutationis ejusdem noſtre immo verius ipſius Archiepiſcopi Moguntini in perſonis noſtris licentia auctoritate et conſenſu Decanum et capitulum *ſancti Andree* Colonien. predictos curtem in *Geyle* memoratam cum manſis, agris, cultis et incultis, decimis, cenſibus, paſcuis, pratis, aquis, jure patronatus eccleſie in *Rumerskirgen* et cum univerſitate jurium et bonorum ejusdem curtis, prout ad ipſos Decanum et capitulum eccleſie *ſancte Marie* pertinuit et pertinere potuit et debuit perpetuo retinere habere et poſſidere ſecundum litteras et conventiones inter eccleſias ſeu capitula predicta ſuper hiis viciſſim condictas et conſcriptas utrobique et ſigillis eorum ſigillatas, volentes id ſervari irrevocabiliter per capitulum eccleſie *ſancte Marie* predicte in antea omni fraude et dolo in hiis excluſis. In quorum teſtimonium et perpetuam firmitatem prefatis Decano et capitulo eccleſie *ſancti Andree* preſentes litteras noſtris ſigillis ſigillatas una cum litteris originalibus dicti Domini noſtri Archiepiſcopi Moguntini nobis ſuper hiis ut premittitur traditis dedimus ex certa noſtra ſcientia communitas. Actum et datum anno Domini M°CCC°XXV° IIII. nonas Martii.

IV.

Digitized by Google

IV.

Capitulum B. M. V. ad gradus bona ſua in Geyle & jus patr. in Rumerskirchen transfert in capitulum S. Andreæ Col. erga bona in Stadecke &c.

In nomine Domini amen. Univerſis preſentes litteras viſuris & audituris Decanus & capitulum *eccleſie ſancte Marie ad gradus Moguntin.* in perpetuum rei geſte cognoſcere veritatem. Noverit univerſitas veſtra, quod cum eccleſia noſtra & nos curtem in *Geyle* juxta *Rumerskirgen* ſitam infra diſtrictum *Hilkerode Colon. dyoc.* cum manſis, cenſibus, redditibus, pratis, paſcuis, ſilvis, decimis, ſervitutibus tam urbanorum quam ruſticorum prediorum & jure patronatus eccleſie in *Rumerskirgen* & aliis quibuscunque ad eandem curtem cum utilitate ſua ſpectantibus à religioſis viris Abbate & conventu monaſterii *Kneſteden.* Ordinis premonſtrat. *Colon. dyoc.* pro quatuor milibus ducentis & octoginta marcis pag. Colon. tribus hallenſibus pro duobus denariis dicti pagamenti computatis ad uſus eccleſie noſtre alias comparaſſemus & propter remotam diſtanciam dicte curtis à nobis utpote in prefata dyoc. Colon. ſite commode ejusdem curtis fructibus & ejus attinentiis reſpectu valoris ejusdem uti frui non poſſemus & conſiderato quod ſi cum honorabilibus viris Decano & capitulo eccleſie *ſancti Andree* Colon. bona in villis *Engelſtad*, *Ockinheim* & *Stadeggen* juxta nos in dyoc. Mogunt. ſita habentes commutationem cum predicta curte pro eisdem eorundem bonis facere poſſemus nobis & eccleſie noſtre quam plurimum conveniret, congregatis nobis propter hoc ad capitulum more ſolito & de commutatione dictorum bonorum tractantibus & circumſtantiis dictorum bonorum ac utilitate eccleſie noſtre conſideratis, videlicet quod majorem fructum de

de dictis bonis in *Engelſtad*, *Ockenheim* & *Stadeggen* habere poſſemus, quam de ipſa curte *Geyle* diligenti & ſollempni tractatu ſepius ſuper hoc inter nos prehabito, tandem de communi conſenſu omnes deliberavimus dictam commutationem bonorum noſtre eccleſie expedire plus quam eam non fieri licentia & auctoritate à reverendo in Chriſto patre ac Domino noſtro Domino *Mathia* ſancte *Mogunt. ſedis Archiepiſcopo* ſuper hoc obtentis ut patet per patentem litteram ipſius ſigillo ſuper hoc ſigillatam de conſenſu & voluntate expreſſa omnium noſtrum, qui adhoc debuerunt voluerunt & potuerunt vocari; Nos *Fridericus* Decanus & *Siffridus* Cantor eccleſie *ſancte Marie* predicte vice & nomine noſtro & totius Capituli noſtri hoc nobis viva voce committentis & ratum habentis prefatam curtem in *Geyle* ad quam dum ea pro eccleſia noſtra ab Abbate & conventu *Knegſteden.* predictis compararet certi & diſtincti manſi jura & bona alia inferius deſignata & de quibus iidem Abbas & conventus nobis & eccleſie noſtre warandiam preſtare promiſerunt, Abbas & conventus predicti aſſeruerunt pertinere et ea juſto venditionis tytulo in nos tranſtulerunt, prout in litteris ſuper hoc confectis ipſorum Abbatis et conventus ſigillis ſigillatis plenius continetur, pro prefatis bonis in *Engelſtad*, *Stadecken* & *Ockenheim* in perſonis Decani et Theſaurarii dicte eccleſie *ſancti Andree* ſuo et eccleſie ſue nomine prout etiam in litteris eccleſie ſue ſuper hoc confectis ſub ſigillo ipſius capituli et Theſaurar. ſigillatis et nobis traditis continetur commutationem dictorum bonorum in *Engelſtad*, *Stadecken* & *Ockenheim* nobiſcum

pro

pro dicta curte in *Geyle* & ſuis attinentiis facientibus tenore preſentium commutamus ſeu juſto commutationis tytulo curtem eandem in *Geyle* cum agris paſcuis, pratis, ſilvis, aquis, aquarum decurſibus, decimis, cenſibus, litonibus, ſervis, piſcariis, ſervitutibus, jure patronatus eccleſie in *Rumerskirgen* & cum aliis omnibus & ſingulis ejus attinentiis altis & baſſis, magnis & minutis, poſſeſſionibus, proprietatibus, dominiis utilibus & directis prout jacet ſub & ſupra, in longum & in latum & in omni eo jure, modo & forma, quibus eadem curtis ſub ſuis attinentiis predictis olim ad eosdem Abbatem & conventum *Knegſted.* pertinuit ſeu pertinere debuit de jure vel de facto & ſub eisdem pactis, conditionibus, articulis ac conventionibus & ſtipulationibus, prout eandem curtem ejusque attinentia de conſenſu reverendi Patris & Dni Dni. *H. Archiepiſcopi Colonienſis* tamquam loci dyoceſani nec non religioſorum virorum Abbatis Premonſtratenſis ac Prepoſiti *Cappenbergenſis* ejusdem ordinis vices ipſius Abbatis eo tempore quo ad hoc gerentis nobis vendiderunt ſupra portaverunt & in nos tranſtulerunt in eccleſiam *ſancti Andree* ſeu capitulum ejusdem predictos pure & ſimpliciter non vi, errore vel metu ad hoc inducti ſed voluntate libera ex cauſis & rationibus predictis cum univerſitate ejusdem curtis tenore preſentium transferendo. Recognoſcentes eccleſie noſtre utilitatem in hoc eſſe procuratam & conditionem ejusdem factam meliorem; conſtituentes ex nunc nos & eccleſiam noſtram dictam curtem nomine capituli & eccleſie *ſancti Andree* predicte poſſidere, donec ipſi poſſeſſionem

Digitized by Google

corporalem ejusdem apprehendant & ſubintrent cum effectu, quam quidem poſſeſſionem accipiendi ſua auctoritate & retinendi deinceps licentiam omnimodam ex nunc eisdem damus & omnes actiones & jus nobis contra dictos Abbatem & conventum *Knegſted.* ex defectu contractus hujus non impleti vel deſignatione ſeu menſuratione ac Warandia curtis predicte & ſuorum attinentium non plene factâ prout nobis competunt vel competere poſſent in judicio vel extra conjunctim vel diviſim ſecundum formam litterarum ſuper emptione & venditione dictorum bonorum nobis ut premittitur ab eisdem Abbate & conventu traditarum & ſuper omnibus inter nos & eosdem venditores ſeu quos ex parte noſtra hec in parte vel in toto contingunt vel contingere poſſunt ipſis Decano & capitulo *ſancti Andree* & eccleſie ſue cedimus per preſentes, ſic quod ipſam curtem ejusque attinentia dicti Decanus & Capitulum *ſancti Andree* de cetero defendere & contra quamcunque perſonam pro eis conſervandis vel alienata recuperandis agere experiri excipere & replicare conſequi & ſe tueri & omnia & ſingula facere poſſint quemadmodum nos & eccleſia noſtra id ante commutationem hujus facere poteramus; promittendes eisdem decano & Capitulo *ſancti Andree* ſtipulationibus legitimis inter nos ex una parte & Decanum & Theſaurarium *ſancti Andree* nomine eccleſiarum noſtrarum hinc inde intervenientibus eandem curtim cum ſuis attinentiis uſque ad annum unum & diem à data preſentium ſecundum conſuetudinem terre ſub & ſupra ubi eadem bona ſunt ſituata ab omni perſona & univerſitate legitime defendere

aucto-

auctorizare & warandiam debitam preſtare de eisdem noſtris laboribus & expenſis ; promittimus igitur nos Decanus & capitulum *ſancte Marie* predicti ſtipulatione ut ſupra interveniente commutationem hujusmodi bonorum & omnia & ſingula ſupra dicta per eosdem Decanum & Cantorem eccleſie noſtre noſtro & eorum nomine factam firma grata & rata habere & tenere nec contra facere vel venire per nos aut alium vel alios quacunque ratione vel cauſa de jure vel de facto ex quacunque cauſa preſenti vel futura, nec procurare dictam commutationem quavis via impediri vel retractari per nos vel noſtros ſucceſſores, ſed eam velle cunctis temporibus & perpetuo ſalvam et firmam eſſe , renuntiantes exceptioni doli mali, beneficio reſtitutionis in integrum et quod poſſemus dicere nos fore circumventos et reſcripto impetrato vel impetrando et quibuslibet aliis litteris ac munimentis ſub quacunque forma verborum ſuper dictis bonis ac eorum juribus in parte vel in toto confectis et quod aliud ſit ſcriptum quam actum nec non ſuffragio canonis ſive exceptioni et autentico hoc jus porrectum, ac omnibus aliis exceptionibus et defenſionibus que nobis in judicio vel extra ex cauſa nunc ſuborta vel que in futurum ſuboriri poſſet contra premiſſa vel premiſſorum aliqua ſuffragari et dictos Decanum et capitulum et eccleſiam *beate Marie ad gradus Mogunt.* vel eorum ſucceſſores poſſet in parte vel in toto quomodolibet impedire omni fraude et dolo in hiis excluſis; bonorum vero et reddituum ac attinentiarum dicte curtis in *Geyle* promiſſis et ſpecificatio nobis ab eisdem Abbate et conventu *Knegſted.* facte

ſunt hee: videlicet ipſa curtis in *Geyle* ſeptem manſi terre arabilis. Item decem jurnales cum dimidio pratorum, item decima de quadraginta quinque manſis terre arabilis, item minuta decima que taxatur ad valorem duodecim marcarum. Item quinque marce et duodecim denarii annuatim et unum maldrum ſiliginis. Item jus patronatus eccleſie in *Rumerskirgen.* Item edificia curtis predicte cum ortis piſcinis et aliis adherentibus que taxantur ad quadringentas marcas, quia ipſa curia plenarie videtur habere ſeptem jurnales. Item duos manſos nemoris. In horum autem teſtimonium et perpetuam firmitatem preſentes litteras ex hiis conſcriptas una cum litteris Domini noſtri Archiepiſcopi Moguntini predicti nec non honorabilium virorum Decani *ſancte Marie in Campis* et Scolaſtici *ſancti Petri* eccleſiarum Mogunt. in hac parte commiſſariorum ſuper conſenſu et decreto ejusdem in commutatione preſatorum bonorum adhibitis et confectis et ipſorum ſigillis ſigillatis ſigillo eccleſie noſtre ex certa omnium noſtrum ſcientia et voluntate expreſſa prefatis Decano et capitulo *ſancti Andree* Colonien. dedimus communitas. Actum et datum anno Domini M°CCC° viceſimo quinto IIII. nonas Marcii.

V.

Conſenſus Heinrici Arch. Mog. ſuper dictâ translatione.

Heinricus Dei gratia ſancte *Maguntine ſedis* Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis ſibi in Criſto Decano et capitulo eccleſie *ſancte Marie ad gradus Magunt.* ſalutem in Domino. Veſtra nobis oblata petitio continebat, quod

cum

cum vos veſtro et eccleſie veſtre nomine curtem ejusdem veſtre eccleſie ſitam in *Geyle* juxta *Rumerskirchen* infra diſtrictum *Hilkerode Colon. dyoc.* cum manſis, cenſibus, redditibus, pratis, paſcuis, ſilvis, decimis, ſervitutibus tam urbanorum quam ruſticorum prediorum et jure patronatus eccleſie in *Rumerskirchen* et aliis quibuscunque ad eandem curtem cum utilitate ſua ſpectantibus cum honorabibus viris Decano, Theſaurario et capitulo eccleſie *ſancti Andree Colon.* pro bonis ejusdem eccleſie *ſancti Andree* ſitis in villis *Ockenheim*, *Engelſtat* et *Stadecken Magunt. dyoc.* cum omnibus ſuis pertinentiis et emergentiis, paſcuis, pratis, piſcariis, nemoribus, agris, jurisdictionibus, juribus, ſervitutibus altis et baſſis cum decimis et eccleſiis earundem villarum *Ockenheim*, *Engelſtat* & *Stadecken* tempore bone memorie quondam Dni *Mathie* predeceſſoris noſtri *Archiepiſcopi Maguntini* ipſius et reverendi in Chriſto patris et Dni Dni *Heinrici* ſancte *Colonienſis eccleſie Archiepiſcopi* patrui noſtri kariſſimi tanquam Dyoceſanorum ad hoc accedente conſenſu commutaveritis predicta bona in *Geyle* Colon. dyoc. videlicet curtem cum manſis, cenſibus, redditibus, pratis, paſcuis, ſilvis. decimis, ſervitutibus tam urbanorum quam ruſticorum prediorum & jure patronatus eccleſie in *Rumerskirchen* & aliis quibuscunque ad eandem curtem cum utilitate ſua ſpectantibus in preſatos Decanum Theſaurarium & capitulum eccleſie *ſancti Andree* Colon. & in eorum eccleſiam ex cauſa commutationis hujusmodi transferentes & ex eadem cauſa recipientes ab ipſis predicta bona ſita in villis *Ockenheim Engelſtat* & *Stadcken*

Digitized by Google

ecken Magunt. dyoc. cum omnibus ſuis pertinentiis & emergentiis, paſcuis, pratis, piſcariis, nemoribus, agris jurisdictionibus, juribus, ſervitutibus altis & baſſis, cum decimis & eccleſiis earundem villarum *Ockenheim Engelſtat* & *Stadecken* evidenti utilitate & urgente neceſſitate attenta in hac parte eccleſiarum utrarumque quatenus nos commutationem & translationem predictorum bonorum in villis *Ockenheim, Engelſtat* & *Stadecken* cum omnibus ſuis pertinentiis & emergentiis ac aliis quibuscunque attinentiis ſupradictis vobis ut predicitur & eccleſie veſtre factam ac quicquid ex eis ſeu ob eas ſecutum extitit, approbare, confirmare, ratas & firmas habere, ac commutationem eandem fuiſſe & eſſe legitime factam & eam de jure poſſe & debere ſubſiſtere authoritate noſtra ordinaria decernere dignaremur; Nos qui tunc in minoribus conſtituti de predictis commutatione & translatione ac earum circumſtantiis notitiam habuimus aliqualem nunc in majoribus conſtituti de univerſis premiſſorum circumſtantiis plenius inquiſivimus & inquiri fecimus diligenter & quia invenimus Decanum Theſaurarium capitulum ac eccleſiam *S. Andree* predictos memorata bona in villis *Ockenheim*, *Engelſtat* & *Stadecken Magunt. dyoc.* cum omnibus ſuis pertinentiis & emergentiis ac decimis & eccleſiis parochialibus dictarum villarum & aliis juribus ſupradictis ante commutationem predictam tanquam ſua propria tanto tempore quiete & pacifice poſſediſſe & dictas decimas percepiſſe, vicariosque perpetuos preſentaſſe ad predictas eccleſias dum vacabant, quod in contrarium memoria non exiſtit & bona ipſa &

jura,

Digitized by Google

jura, decimas nec non eccleſias parochiales predictas in vos & in veſtram eccleſiam ex cauſa dicte commutationis cum omni jnre & utilitate ſicut bona & jura ipſa ac decime & eccleſie parochiales predicte ad prefatam *ſancti Andree* eccleſiam pertinebant ut predicitur legitimè tranſtuliſſe, nos veſtris juſtis petitionibus favorabiliter aunuentes predictas commutationem & translationem tanquam legitime factas & quicquid ex eis ſeu ob eas ſecutum extitit approbamus & ex certa noſtra ſcientia preſentibus in nomine Domini confirmamus ac dictas commutationem & translationem & omnia ſecuta ex eis & ob eas in perpetuum debere de jure ſubſiſtere decernimus & preſentibus declaramus, volentes ut vos & veſtra eccleſia predicta bonis, juribus, decimis & eccleſiis parochialibus in *Ockenheim*, *Engelſtat* & *Stadecken* ſupradictis ſine noſtra & ſucceſſorum noſtrorum ac eccleſie Moguntine nec non cujuslibet alterius hominis impetitione ſeu turbatione quacunque in perpetuum tanquam veſtris & eccleſie veſtre propriis uti & frui libere valeatis; ſalvo quod vicariis perpetuis per vos & ſucceſſores veſtros ad dictas eccleſias pro tempore preſentandis deputata eis ab antiquo conſueta portio relinquatur. Datum *Maguncie* anno Dni M°CCC°XXIX°. XVII°. Kal. Julii.

§. 5.

§. 5.

ESENHEYM.

It. Cathedraſicum ii. ℔. minus iiii. ß.
It. Communis emenda ii. mlr. avene ii. Capp. xii. ß.
It. Campanator i. myn. ii. ß.
It. Faber nil dat propter prandium.
It. Hoſpes i. Albus.
It. Piſtor i. Alb.

An. MCCLX Dominica qua cantatur *eſto mihi*, Abbas & conventus in *Tholeya* eccleſiæ majori Moguntinenſi donavit eccleſiam in *Iſenheim.* Litteræ hujus donationis confirmatoriæ ab *Henrico Arch. Mog.* datæ ſunt An. MCC LXXXVIII. 3. idus Jan. Adſunt ibidem litteræ *Adolphi Regis* queis eccleſiæ Moguntinæ appropriavit parochiam in *Eſenheim* Anno MCCXCIII. 7. Cal. Nov. *Arch. Mog.*

ENGELSTAT.

It. Cathedraticum xxiiii. ß.
Itt. Communis emenda i. mlr. avene vi. ß.
It. Campanator i. myn. equus comedit.

Documenta, quæ ſupra attulimus pro jure patronatûs eccleſiæ in *Stadecken*, communia ſunt cum ecclefia in *Engelſtatt* vid. §. 4.

HIL-

Digitized by Google

HILBERSHEYM INFER.

It. Cathedraticum xxiiii. ß.
It. Communis emenda ii. ß. ii. Capp.
It. Campanator.
It. Molitores iii. Capp.
It. Piſtor i. Capp.

Præſentati à Decano & capitulo *B. Mar. Virg. ad gradus* ad eccleſiam parochialem & altare *S. Catharinae* in *Hilbersheym inferiori* inveſtiuntur à Præpoſito *B. Mar. Virginis in Campis*. prout patet è ſequentibus:

I.

Honorabili viro Domino officiali Domini Præpoſiti eccleſie *ſancte Marie in Campis* extra muros *Magunt.* Decanus & capitulum eccleſie *ſancte Marie ad gradus Magunt.* quicquid poſſunt reverencie & honoris. Ad eccleſiam parochialem *inferioris Hilbersheim* ex morte quondam *Karoli* ejusdem eccleſie parochialis plebani noviſſime vacantem, cujus jus patronatus ad nos pertinere dinoſcitur pleno jure, diſcretum virum *Karolum* natum *Nicolai* dicti *Alde* de *Ingelnheim* presbyterum exhibitorem preſencium vobis duximus preſentibus preſentandum, honeſtatem veſtram preſentibus requirentes, quatenus eundem *Karolum* de eadem eccleſia in *Hilbersheim* inveſtire, prout ad veſtrum ſpectat officium, dignemini propter Deum adhibitis circa hec ſolempnitatibus debitis & conſuetis. In cujus preſentacionis teſtimo-

Præſentatio ad eccleſiam parochialem in Hilbersheim infer.

nium ſigillum predicte eccleſie noſtre ad cauſas duximus preſentibus appendendum. Datum anno Domini MCCCXXXIIII°. XVII°. Kalendas Maji.

II.

Inveſtitura parochi in Hilbersheim infer.

Officiatus Domini Prepoſiti eccleſie *ſancte Marie in Campis extra muros Mogunt.* diſcreto viro Archipresbytero in *Schornsheym* ſalutem in Domino. Cum nos in cauſa beneficiali ſuper parochiali eccleſia *inferioris* ville *Hilbersheym* inter *Karolum* presbyterum natum quondam *Jacobi* dicti *Alde* de *Ingelnheym* ex una & *Gyſilbertum* filium *Emichonis* militis de *Ingelnheym* parte ex altera eundem *Karolum* per noſtram diffinitivam ſententiam ſolempniter inveſtiverimus atque decreverimus ipſum in poſſeſſionem vel quaſi ejusdem eccleſie per nos fore mittendum; quo circa diſcretioni veſtre diſtrictè precipiendo mandamus, quatenus eundem *Karolum* in poſſeſſionem ducatis corporalem eccleſie predicte adhibitis circa hec ſollempnitatibus debitis & conſuetis, precipientes incolis parochie ejusdem, quod ipſi *Karolo* tanquam vero Rectori ipſius eccleſie in omnibus obediant & intendant. Datum anno Domini MCCCXXX IIII°. XVII. Kalend. Julii.

III.

Præſentatio ad altare S. Catharinæ in eccleſiæ parochiali inferioris Hilbersheim.

Officialis Prepoſiture eccleſie *beate Marie Virginis in Campis extra muros Mogunt.* Plebano in *Hilbersheim inferiori* ceterisque divinorum rectoribus nobis & noſtre jurisdictioni ſubjectis ſalutem in Domino. Conſtitutus coram nobis honorabilis Domi-

nus

nus *Simon Zorn* presbyter *Mogunt. Dioc.* ad altare ſancte *Catharine* virginis & martyris ſitum in eccleſia parochiali predicte ville *Hylbersheim* vacans ad preſens per obitum quondam Domini *Joannis Heſſe* de *Weiſenawe* ultimi illius poſſeſſoris nobis per venerabiles & circumſpectos viros Dominos *Johannem Jacobum Leiſt* decretorum doctorem decanum totumque capitulum eccleſie collegiate *Beate Marie virginis ad gradus Mogunt.* tanquam ejusdem altaris collatores preſentatus ſupplicavit quatenus ipſum in dicto altari prout ad noſtrum ſpectat officium inveſtire & ad illud inſtituere dignaremur. Nos verò nemini citò manus imponere ſed unicuique jus ſuum ſalvum & illeſum conſervare volentes vobis omnibus & ſingulis predictis & veſtrum cuilibet in ſolidum in virtute ſancte obedientie & ſub excommunicationis pena diſtricte precipiendo mandamus, quatenus in dicta eccleſia parochiali in *Hylbersheim* inferiori publicum proponatis proclamationis edictum citantes omnes & ſingulos ſua communiter vel diviſim intereſſe putantes, ut quinta *feria XXIIII.* poſt feſtum *ſancti Egidii* confeſſoris compareant coram nobis *Maguncie* noſtro in judicio inque curia *zum Zan* vulgo dicta hora poſt meridiem audiencie cauſarum conſueta, nos de intereſſe & jure ſuis legitimis informaturi, alioquin nos ad dicti Domini *Simonis Zorn* principalis preſentati deſideratam inveſtituram & ad ulteriora prout juſtum fuerit indubiè procedemus ipſorum citatorum abſencia & contumacia in aliquo non obſtante. In quorum teſtimonium officialatus noſtri ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum *Moguncie* anno Do- Proclama.

mini milleſimo quingenteſimo decimo octavo, die verò ſabbathi menſis Auguſti viceſima prima.

Petrus Schutz.

IV.

Inveſtitura de dicto altari.

Officialis prepoſiture eccleſie *Beate Marie Virginis in Campis* alias *ſancte Crucis extra muros Magunt.* univerſis & ſingulis divinorum rectoribus nobis noſtreque jurisdictioni ſubjectis ſalutem in Domino. Venit ad nos honorabilis Dominus *Joannes Greve* de *Hilbersheim ſuperiori* clericus *Magunt. Dioc.* aſſerens ſe ad altare *ſancte Catharine Virginis* ſitum in eccleſia parochiali ville *Hilbersheim inferioris* vacans ad preſens per liberam reſignacionem honorabilis Domini *Philippi Sartoris* de *Winternheim majori* per venerabiles Dominos *Rudolſum Rullin* Decanum totumque capitulum *eccleſie beate Marie Virginis ad gradus Magunt.* legitime fore & eſſe preſentatum, ſupplicando nobis humiliter, quatenus ipſum ad dictum altare inveſtire & inſtituere dignaremur; Nos juxta dictum Apoſtolicum nemini citò manus imponere ſed unicuique jus ſuum ſanum atque illeſum conſervare volentes omnes & ſingulos ſua communiter vel diviſim intereſſe putantes ad dicendum, opponendum & allegandum quicquid verbo vel in ſcriptis contra preſentacionem & proclamationem nec non inveſtituram noſtram hujusmodi dicere opponere ſive allegare voluerint, nosque de ipſorum jure & intereſſe, ſi quod illis ſaltem competierit, legitime informandum per noſtrum publicum proclamationis edictum in certum peremptorium terminum competentem citavimus, cita-

citarique fecimus & mandavimus; in quo quidem termino nullus comparuit coram nobis oppoſitor ſive contradictor; Nos eundem *Joannem Greve* preſentatum principalem in & ad corporalem realem & actualem poſſeſſionem flexis genibus humiliter ſe mitti petentem ad dictum altare modo premiſſo vacans inſtituendum & ad illud inveſtiendum duximus prout inſtituimus & inveſtimus eundem per preſentes, mandantes vobis omnibus & ſingulis ſupradictis in virtute ſancte obediencie & ſub excommunicationis pena diſtrictè precipiendo mandamus, quatenus mox viſis & acceptis preſentibus accedatis & prefatum Joannem preſentatum & inveſtitum in & ad corporalem realem & actualem poſſeſſionem juriumque & pertinentiarum omnium ejusdem inducatis & recipiatis ſibique de ipſius altaris fructibus & proventibus reſpondeatis & per hos quorum intereſt plenarie & integre reſponderi faciatis, adhibitis ſolemnitatibus debitis anno MDXXX. triceſimo die 21. menſis Octobris.

Petrus Fabri.

§. 6.

HILBERSHEYM SUPER.

It. Cathedraticum xxiiii. ß.
It. Communis emenda i. mlr. avene viii. ß.
It. Campanator.
It. Molitor i. Capp.
It. Piſtor i. Capp.
It. Hoſpes i. Albus.

Digitized by Google

Ut in *eccleſia* collegiata *B. Mar. Virg. in Campis* reviviſceret dignitas ſcholaſteriæ, ad ipſius uſum *Sifridus Arch. Mog.* eccleſiam *in ſuperiori Hilbersheym* cum redditibus ſuis duxit concedendam an. MCCXIX. *Joann. rer. Mog. T. 2. p. 687.*

Honorius III. confirmat eccleſias in Hilbersheim & Saulheim &c.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Decano & capitulo eccleſie *ſancte Marie in Campis* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum & honeſtum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Quapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis precibus inclinati perſonas veſtras & locum in quo divino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis que impreſentiarum rationabiliter poſſidetis aut in futurum preſtante Domino juſtis mordis poteritis adipiſci ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem de *Sowelenheim* & de *Hilberseim* eccleſias quas ad ſupplicationem dilecti filii A. Prepoſiti veſtri venerabilis frater noſter Archiepiſcopus Maguntin. cum capituli ſui aſſenſu vobis conceſſerunt, intuitu pietatis ac alia bona veſtra ſicut ea omnia juſte ac pacifice poſſidetis vobis & per vos eccleſie veſtre auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſum-

ſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Laterani* XV Kal. Julii Pontificatus noſtri anno quinto.

Eccleſia modo dicta dependebat ab eccleſia *S. Laurentii in Bergen*, ut matrice è diplomate ſubjuncto id diſcimus:

I.

Jacobus Dei gratia Prepoſitus *ſancte Marie in Campis* Moguntin. . . Archipresbyter in Sauwelnheim ac rectores & vicarii ipſi prepoſiture ſubjecti univerſis hanc litteram inſpecturis ſalutem in eo qui eſt vera ſalus. Mota queſtione per ſcultetum & majores nomine univerſitatis ſuperioris ville *Hilversheim* contra Decanum & capitulum eccleſie *ſancte Marie in Campis* Maguntin. ſuper eo quod idem ſcultetus nomine quo ſupra à dictis Decano & capitulo petiit librum miſſalem ad eccleſiam in *Hilversheim*, peciit etiam ut ipſi tectum eccleſie ejusdem curarent refici & obſtrui, petivit inſuper taurum aprum & arietem ſuis pecoribus applicari, cum hoc ratione decime ipſius ville de jure facere teneantur, tandem memorate partes in hoc pariter convenerunt quod quidquid nos ſuper hiis peticionibus & recuſationibus pronunciaremus concorditer, fore juſtum hoc à partibus deberet perpetuo inviolabiliter obſervari, Nos itaque aſſumpta in nos queſtione premiſſa convenimus unanimiter in generali ſynodo Maguntin. in capella

pella ſancti *Nycolai* in ſummo habito conſilio & tractatu cum plena deliberatione, quia invenimus quod Prepoſitus in *Hilversheim* habet jura parochialia querere & recipere in *Bergen*, ubi eorum vera matrix conſiſtit & ideo eccleſia in *Hilversheim* ſita non eſt parrochia ſed capella ſententiando pronunciamus in hiis ſcriptis Decanum & capitulum ad petita ab eis nomine univerſitatis in *Hilversheim* nequaquam teneri, ſed eosdem Decanum & eapitulum à peticionibus univerſitatis hujusmodi omnino pronunciamus immunes, cum tales capelle ſint operis voluntarii & non neceſſarii & opera voluntaria debeant edificari & conſtrui ſine prejudicio alieno. In cujus rei teſtimonium & evidens documentum hanc litteram noſtrorum ſigillorum munimine ad peticionem partium duximus communire. Actum & datum anno Domini M°CCC°VII°. VI. idus Maji.

II.

Ordinatio circa officium divinum in eccleſia Bergen.

Officialis Domini Prepoſiti eccleſie *ſancte Marie in Campis extra muros Mogunt.* recognoſcimus per preſentes, nos litteras noſtri predeceſſoris ſigillo pendenti ſigillatas vidiſſe, examinaſſe . . . feciſſe omni vitio & ſuſpicione carentes, quarum litterarum tenor fuit in hec verba datum per copiam: Official. Domini Prepoſiti *ſancte Marie in Campis extra muros Mogunt.* recognoſcimus per preſentes & ad notitiam univerſorum cupimus pervenire, & cum inter *Henricum de Berge* armigerum ſuo ac hominum utriusque ſexus eccleſiam *ſancti Laurentii* frequentantium nomine ibidem ſuper officiationem divini officii dicte

eccle-

ecclesie *S. Laurentii* in *Bergen* impendendam & *Henne* plebanum in *Hilbersheim ſuperiori*, qui competentes redditus ab ecclesia *S. Laurentii* ſepe dicta (habere) dignoſcitur, ratione cujus idem *Henricus* eidem ecclesie in *Bergen* tanquam ecclesie ſue in *Hilbersheim* annexe & unite . . . dignoſcitur, ſuborta eſſe materia queſtion. Nos ex adminiſtratione nobis commiſſa de conſenſu partium predictarum duximus ordinandum, ut idem plebanus & ſui ſucceſſores pro tempore exiſtentes predictam ecclesiam in *Bergen* bis in ſeptimana officient in ea celebrando miſſarum ſolemnia juxta ordinatas ſanctiones, niſi prepeditus fuerit legitimo impedimento, alioquin in ipſum plebanum & ſuos ſucceſſores, prout ſponte elegit, ſuſpenſionem à divino officio proferendam, omni judiciorum ſtrepitu quieſcente. Actum anno Domini M°CCC°XXXII. Calend. Maji.

Et ego *Henricus de Wilbuſs* ſcripſi ad teſtimonium ſucceſſorum meorum. In cujus noſtre viſionis, peractionis, examinationis & tranſcriptionis teſtimonium, ſigillum noſtrum duximus appendendum. Datum anno Dni M CCC ſexageſimo VIII. idus Julii.

Bertholdus Arch. Mog. anno Dni milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo die undecimo menſis Octobris *Georgio Heylmann* in commiſſis dedit permutationem beneficiorum *Johannis Rorici* altariſte altaris beate Marie Virginis ſiti in parochiali ecclesia villæ *Hilbers-*

heim Superiori & *Leonhardi Volckmar* altariſte altaris ſancti *Kiliani* ſiti in armario eccleſie *ſancti Mauritii Mogunt.*

APPENHEYM.

It. Cathedraticum xxiiii. ß.
It. Communis emenda ii. ß. *ii. Capp.*
It. Campanator i. myn.
It. iii. Capp. Molitores.
It. iii. Alb. pro violenciis.

Extat præſentatio ad altare *S. Michaelis* in eccleſia parochiali ibidem facta tenoris ſequentis:

Præſentatio ad altare S. Michaëlis in Appenheim.

Officialis prepoſiture eccleſie *beate Marie Virginis in Campis extra muros Maguntin.* Plebano in *Appenheim* ceteriſque divinorum rectoribus nobis & noſtre jurisdictioni ſubjectis ſalutem in Domino. Conſtitutus coram nobis honorabilis Dominus *Jacobus Thorn* presbyter *Mag. Dioc.* ad capellam ſive altare *S. Michaelis* in oſſorio parochialis eccleſie ibidem in *Appenheim* vacantem ad preſens per obitum quondam Dni *Ludovici Giesheymer* ultimi illius, dum vixit, poſſeſſoris nobis per ſtrenuum Dnum *Ludovicum* de *Ottenſteyn* militem tanquam ejusdem capelle ſive altaris verum patronum preſentatus ſupplicavit quatenus ipſum in dicta capella ſive altari, prout ad noſtrum ſpectat officium inveſtire & ad illud inſtituere dignaremur; Nos verò nemini citò manus imponere, ſed uni cuique jus ſuum ſalvum & illeſum conſervare

vare volentes vobis omnibus & ſingulis predictis & veſtrum cuilibet in ſolidum in virtute ſancte obedientie & ſub excommunicationis pena diſtrictè precipiendo mandamus, quatenus in dicta eccleſia parrochiali in *Appenheym* publicnm proponatis proclamationis edictum citando omnes & ſingulos ſua communiter vel diviſim intereſſe habere putantes ut quinta feria proxima poſt dominicam *quaſi modo geniti* compareant coram nobis *Maguncie* noſtro in judicio inque curia *Zum Zan* vulgo dicta, hora poſt meridiem duodecima audientie cauſarum conſueta nos de jure & intereſſe ſuis legitimis informaturi; alioquin nos ad dicti domini Jacobi preſentati deſideratam inveſtituram & ad ulteriora prout juſtum fuerit indubiè procedemus, ipſorum citatorum abſentià ſive contumacia in aliquo non obſtante. In quorum teſtimonium officialatus noſtri ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum *Maguncie* anno Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo primo, die Veneris, menſis Marcij viceſima ſecunda.

§. 7.

ALGYSHEIM.

It. Cathedraticum xxvi. ß

It. communis emenda iiii. ß. *II. firtl. wyns.*

It. campanator i. myn.

It. faber nil dat propter prandium.

Violencie.

It. Cleſe Schirmer ii. ß.

It. Diederichs Schirmer ii. ß.

Digitized by Google

It. Hans Schuchman ii. ß.
It. Cuntz Becker ii. ß.
It. Schulteſs Mathis ii ß.
It. Wirten Hen. ii. ß.
It. Henrich Sinder ii. ß.
It. Henrich von Rädesheym ii. ß.
It. Henrich von Hadamar ii. ß.

GAUELSHEYM.

It. Peder Rucſcz i. capp. ii. ß.
It. Campanator i. myn.

KEMDEN.

It. Cathedraticum ii. ff. minus iiii. ß.
It. communis emenda ix. ß.
It. campanator i. myn.
It. piſtor i. capp. ii ß.
It. Peder Sinder i. capp.
It. grae hen non habitat cum legitima muliere.

It. Plebanus non reſidet & communitas maximè conqueritur de eo & petunt eum compellere ad reſidentiam & fiunt ibi magne negligencie in porrigendis ſacramentis & in aliis.

OCKENHEYM.

It. Cathedraticum xxiiii. ß.
It. communis emenda iiii. ß.
It. campanator i. myn avene.
It. ii. alb. pro violenciis.

Anno

Digitized by Google

Anno MCCCXXV *eccleſia* collegiata *ad gradus B.M.V.* nacta fuit realem poſſeſſionem decimarum, juris patronatus, aliorumque jurium in *Ockenheim* prout latius in ſequenti continetur inſtrumento.

In nomine Domini Amen.. Per hoc preſens inſtrumentum publicum pateat univerſis, quod anno à nativitate domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo quinto, indictione octava, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac domini domini *Johannis* divina providentia Pape *viceſimi ſecundi* anno nono die viceſima octava menſis Martii que erat feria quinta proxima ante feſtum palmarum hora circa meridiem in villa *Ockenheim Magunt. Dyoc.* ſub arbore ante cymiterium ibidem, ubi frequenter ſolet haberi & exerceri judicium ſeculare dicte ville in preſentia mei notarii publici infra ſcripti & teſtium ſubſcriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum coram prudentibus & diſcretis viris *Heinrico* dicto *de Selſin* milite ſculteto *Heynone* filio quondam *Hertwici Heinrico* dicto *Clore*, *Hartrado* dicto *Scheynevelder*, *Ludowico* dicto *Wydenheybet*, *Emerchonè* dicto *Keſzeler*, *Hermanno* dicto *Koppelin* & *Bertoldo* genero dicti *Keſzeler* ſcabinis in dicta villa *Uckenheim* regentibus ibidem judicium ſeculare conſtitutis honorabilibus viris Dno *Heinrico* decano eccleſie *ſancti Andree* Colon. necnon *Chriſtiano* dicto *Morlin* canonico *eccleſie ſancte Marie in Campis Magunt.* & *Nycolao* dicto *zu der Wynreben* preſbytero Magunt. ſyndicis ſeu procuratoribus honorabilium viro-

Capitulum B. M. V. ad gradus mittitur in poſſeſſionem bonorum & jurium in Ockenheim.

Digitized by Google

virorum dominorum Theſaurarii ſeu Cuſtodis & capituli dicte eccleſie *ſancti Andree* Colon. ac etiam ipſius eccleſie *ſancti Andree* nomine Syndicano ſeu procuratorio eorundem & pro ipſis ex parte una, cupientibus occaſione commutationis facte juris patronatus parochialium eccleſiarum villarum in *Stadecken* ſive *Hedensheim* ac in *Engelſtad* & in *Uckenheim Magunt. Dyoc.* nec non omnium & ſingulorum aliorum bonorum, decimarum, poſſeſſionum ac jurium cum ſuis pertinentiis & emergentiis univerſis & ſingulis in villis & terminis dictarum villarum *Stadecken* ſive *Hedensheim Engelſtad* & *Ockenheim* ſituatarum & ſituatorum ad honorabiles viros dnos dnos Decanum, Theſaurarium ſeu cuſtodem & capitulum dicte eccleſie *ſancti Andree* Colon. & ad ipſam eccleſiam *ſancti Andree* pertinentium cum venerabilibus viris Decano & capitulo *eccleſie ſancte Marie ad gradus Maguntin.* ad curtem & bona & poſſeſſiones eorundem curtis in *Gele* ac jus patronatus eccleſie parochialis in *Rumerskirgen* Colonienſis dioces. cum ſuis pertinentis & emergenciis univerſis. Univerſa & ſingula jura, jura patronatus bona decimas & poſſeſſiones, cum omnibus & ſingulis ſuis pertinentiis & emergenciis dictorum dominorum Decani Theſaurarii ſeu cuſtodis & capituli eccleſie *ſancti Andree* Colonienſ. & ejusdem eccleſie *ſancti Andree* in villa & terminis ville *Uckenheim* ſituatas & ſituata nomine quo ſupra coram ipſis ſculteto & ſcabinis per quos ibidem regitur juſticia ſecularis, ibidem, in ipſo judicio ſeculari reſignare, necnon bona ipſa jura patronatus decimas poſſeſſiones & jura hujusmodi, ſuo & Theſaurario ſeu cuſto-

cuſtodis & capituli ac eccleſie *ſancti Andree* Colonienſis nomine cum effectu ſupra portare & effeſtucare prefatis dominis Decano & capitulo *eccleſie ſancti Marie ad gradus Magunt.* cum omnibus & ſigulis ſuis pertinentiis & emergenciis paſcuis pratis piſcariis nemoribus agris vineis juribus jurisdictionibus ſervitutibus altis & baſſis cum earundem dominio utili & directo proprietate & poſſeſſione ingreſſibus & egreſſibus & cum omni integritate & jure prout ad ipſam eccleſiam *ſancti Andree* Colonienſ. pertinebant, & que ipſis . . Decano Theſaurario ſeu cuſtodi & capitulo ejusdem eccleſie *ſancti Andree* communiter & diviſim noſcebantur competere in eiſdem, ipſosque . . Decanum & capitulum *eccleſie ſancti Marie ad gradus Magunt.* in poſſeſſionem earundem omnium & ſingulorum mittere corporalem ac ipſis cavere de evictione & Warandia faciendis earundem & eorundem debitis & conſuetis, necnon honorabilibus viris dominis *Friderico* Decano *Johanne* dicto *zu Laderan* & *Hartmanno* de *Geylnhuſen* canonicis dicte eccleſie *ſancti Marie ad gradus Magunt.* ſyndicis ſeu procuratoribus capituli & eccleſie ejusdem *ſancti Marie ad gradus* ad premiſſa per ipſum capitulum *eccleſie ſancti Marie ad gradus* Magunt. ſpecialiter deſtinatis, ibidem ex parte altera conſtitutis, & ad hoc inſtantibus, prefatus *Emercho* dictus *Keſzeler* ſcabinus ſuo & aliorum ſuorum conſcabinorum predictorum preſencium & expreſſe ratum habentium nomine ad ammonicionem & requiſicionem prefati *Heinrici* militis ſculteti ibidem factas ſecundum exigentiam & conſuetudinem iudicii ſecularis ibidem una

una cum ſuis conſcabinis predictis deliberacione prehabita diligenti, auctoritate judiciaria ſeculari pronuntiavit oretenus & ſententialiter diffinivit hujusmodi bona jus patronatus eccleſie in *Uckenheim* decimas ibidem & jura infra terminos ſeu diſtrictum jurisdictionis temporalis dicte ville *Uckenheim* ſitas & ſita eſſe honorabilium virorum dominorum Theſaurariorum ſeu cuſtodis capituli & eccleſie *S. Andree* Coloniens. & ad eos & nullum alium pertinere libere & ſpectare, quodque ipſi ſi preſentes adeſſent, ibidem coram ipſis poſſent in ipſo ſeculari judicio hujusmodi bonorum juris patronatus decimarum & jurium alienacionem & reſignacionem facere libere ſi placeret eisdem, vel ſi quis alter adeſſet vel compareret ibidem in ipſo judicio coram eis habens ſuper reſignacione & alienacione hujusmodi bonorum juris patronatus decimarum & jurium eorundem dominorum Decani Theſaurarii ſeu cuſtodis & capituli eccleſie *S. Andree* Colonienſ. & ejusdem eorum eccleſie *S. Andree* predicte, in terminis ſeu diſtrictu judicii ſecularis in *Uckenheim* ſitarum & ſitorum faciendis ibidem, apertas & patentes litteras ſigillis ipſorum dominorum Decani Theſaurarii ſeu cuſtodis & capituli ejusdem eccleſie *S. Andree* Colon. ſigillatas & confectas poſſet eorum nomine eadem & easdem libere reſignare & alienare hujusmodi bona jus patronatus decimas & jura omnia & ſingula eorundem ibidem ſita & ſitas, ipſasque & ipſa transferre liberaliter in honorabiles viros dominos .. Decanum & capitulum *eccleſie S. Marie ad gradus Magunt.* hoc fieri affectantes, mox honorabiles viri dominus *Henricus* Decanus

Digitized by Google

nus eccleſie *S. Andree* Coloniens. prefatus unum procuratorium verò ſigillo capituli dicte ſue eccleſie *S. Andree* ſigillatum ſubſcripti tenoris & continencie deſuper confectum, nec non ipſi *Criſtianus* & *Nycolaus* eciam unum procuratorium in ſui & honorabilis viri Magiſtri *de Xanctis* canonici dicte eccleſie *ſancti Andree* tunc abſentis perſonas conceptum in ſolidum & confectum veris ſigillis capituli & Theſaurarii ſeu cuſtodis ipſius eccleſie *ſancti Andree* ſigillatum, ac unam litteram ſubſtitucionis ipſius Magiſtri *Gerhardi* abſentis eidem procuratorio transfixam ſigillo vero minori uſuali officialitatis curie Colonienſis munitam ſubſcriptorum tenorum coram ipſis . . ſculteto & ſcabinis, me notario publico & teſtibus ſubnotatis in medium produxerunt & oſtenderunt, quas quidem literas ſeu procuratoria ipſi ſcultetus & ſcabini de verbo ad verbum vulgarizari & exponi petebant ut ſuper ipſarum vulgarizationem & expoſitionem eis liquere poſſet, utrum dicti procuratores haberent ad premiſſa mandatum & poteſtatem vel non virtute hujusmodi litterarum ſeu procuratoriorum coram ipſis ut predicitur productarum quibus quidem litteris ſeu procuratoriis ſic ibidem productis in medium & oſtenſis, ac etiam ipſis . . ſculteto & ſcabinis de verbo ad verbum vulgarizatis & expoſitis in vulgari lingua conſueta ad intelligenciam eorundem. Iidem ſcultetus & ſcabini pronunciaverunt dixerunt & diſſiniverunt ſententialiter juxta conſuetudinem & juſticiam ipſius judicii ſecularis dictos procuratores poſſe ibidem eorum ipſis virtute hujusmodi literarum ſeu procuratoriorum vel mandatorum eis traditarum, &

Digitized by Google

ibidem productarum & expoſitarum hujusmodi bona jus patronatus eccleſie parrochialis in *Uckenheim* jura jurisdictionem decimas poſſeſſiones & proprietates omnes & ſingulas ac omnia & ſingula, cum univerſis & ſingulis ſuis pertinentiis & emergenciis in ingreſſibus & egreſſibus que & quas infra terminos & diſtrictum ſeu jurisdictionem ipſius judicii ſecularis dicte ville *Uckenheim* dicti domini Decanus Theſaurarius ſeu cuſtos & capitulum dicte eccleſie *S. Andree* Colonienſis ac ipſa eccleſia eorum *ſancti Andree* noſcerentur habere ſitas & ſita, libere reſignare alienare ſupra portare effeſtucare & transferre in honorabiles viros dominos Decanum & capitulum ac ipſorum *eccleſiam ſancte Marie ad gradus Magunt.* predictos ſuper quibus pronunciationibus & ſententiis ipſorum ſculteti & ſcabinorum judicialibus aliisque premiſſis dicti domini *Fridericus* Decanus *Johannes* & *Hartmannus* Canon. ſyndici ſeu procuratores capituli & eccleſie *ſancte Marie ad gradus* predicte ſuo & procuratorio ſeu ſyndicario hujusmodi & eccleſie ſue *ſancte Marie* predicte nomine, dederunt eisdem ſculteto ac ſcabinis ſua jura conſueta que vulgariter *Orkunde* ſeu *Bodewin* nuncupantur. Quibus ſic peractis, mox prefatus dominus *Henricus* Decanus eccleſie ſancti Andree Coloniens. ſyndicus ſeu procurator ſuo & ſyndicario ſeu procuratorio nec non *Criſtianus* & *Nycolaus* prefati eciam ſyndici ſeu procuratores & ſyndicariorum ſeu procuratoriorum ſuorum ſibi traditorum ab ipſis Decano Theſaurario ſeu cuſtode & capitulo dicte eccleſie *S. Andree* Coloniens. ac etiam dictus Decanus virtute ſubſtitutionis dicti magiſtri *Gerhardi*

com-

Digitized by Google

comprocuratoris *Criſtiani* & *Nicolai* predictorum eorum procuratorio transfixe ei facte, nec non Theſaurarii ſeu cuſtodis ac capituli & eccleſie *S. Andree* Colon. predictorum nomine & pro ipſis univerſa & ſingula bona jus patronatus decimas poſſeſſiones & jura ac ſervitutes terrarum agrorum vinearum pratorum paſcuorum nemorum aquarum piſcariarum & jurisdictionum in altis & baſſis infra terminos ſeu diſtrictum dicte ville *Uckenheim* ſitas & ſita ad ipſos dominos Decanum Theſaurarium ſeu cuſtodem capitulum & eccleſiam *S. Andree* Coloniens. prefatam pertinentes & pertinencia communiter vel diviſim una cum dominio earundem & eorundem utili & directo proprietate & poſſeſſione ingreſſibus & egreſſibus & cum omni integritate & jure que & quod ipſis dominis Decano Theſaurario ſeu cuſtodi & capitulo eccleſie *S. Andree* Colon. predicte & eidem eccleſie *S. Andree* noſcebantur competere in eisdem per calamum quem manibus ſuis communicatis tenebant in manus dicti *Heinrici* militis ſculteti auctoritate judiciaria recipientis, juxta pronunciationem ſententias & informationem ipſorum ſcabinorum nec non modum jus & conſuetudinem ipſius judicii ſecularis libere reſignarunt petentes easdem & eadem aſſignari & tradi Decano capitulo & *eccleſie S. Marie ad gradus Magunt.* predicte omne jus quod ipſis Decano Theſaurario ſeu cuſtodi capitulo & eccleſie *ſancti Andree* Colonienſis & cuilibet eorum compeciit & competere poterat in eisdem communiter & diviſim in prefatos dominos Decanum capitulum & *eccleſiam S. Marie ad gradus* Magunt. plenarie & efficaciter transferendo ſupra

 por-

Digitized by Google

portando & effeſtucando, ac ipſos in corporalem poſſeſſionem earundem & eorundem mittendo prout ibidem melius facere poterant & debebant. In quorum quidem bonorum juris patronatus decimarum poſſeſſionum & jurium omnium & ſingulorum ac ipſarum pertinenciarum & emergentiarum ingreſſuum & egreſſuum dominium utile & directum proprietatem & poſſeſſionem prefatus *Heinricus* ſcultetus auctoritate judiciaria & prout ipſi ſcabini ibidem faciendum eſſe ſententialiter edocebant, prefatos dominos *Fridericum* Decanum *Johannem* & *Hartmannum* Canonicos ſyndicos ſeu procuratores ſuo & ſyndicario ſeu procuratorio nomine capituli & *eccleſie S. Marie ad gradus* Magunt. predicte recipientes & apprehendentes induxit & immiſit ac ipſas & ipſa per calamum quem in manibus ſuis tenebat eisdem nomine quo ſupra recipientibus tradidit ac etiam aſſignavit bannum & pacem deſuper faciendo, ſuper quibus omnibus & ſingulis premiſſis, nec non in teſtimonium & evidenciam eorundem predicti domini *Fridericus* Decanus *Johannes* & *Hartmannus* Canonicus ſyndici ſeu procuratores predicti eccleſie *S. Marie ad gradus* predicte nomine quo ſupra dictis ſculteto & ſcabinis recipientibus dederunt jura ſua conſueta, que *Bodewine* ſeu *Orkunde* vulgariter appellantur requirentes & rogantes, me notarium publicum infra ſcriptum ut ſibi ſuper hiis faceremus & conſcriberemus publicum inſtrumentum. Tenor autem literarum ſeu procuratoriorum & mandatorum per ipſos ſyndicos ſeu procuratores dictorum dominorum Decani Theſaurarii ſeu cuſtodis capituli & eccleſie *ſancti Andree* colonienſis

pre-

Digitized by Google

predicte necnon ſubſtitutionis dicti Magiſtri *Gerhardi* comprocuratoris *Criſtiani* & *Nycolai* predictorum eorum originali procuratorio ut predicitur transfixe in medium productarum & oſtenſarum atque vulgarizatarum & expoſitarum dinoſcitur eſſe talis qui ſequitur in hec verba. In nomine domini amen. Univerſis ad quos preſentes littere pervenerint . . Capitulum eccleſie *ſancti Andree* Colon. ſalutem cum noticia perpetua ſubſcriptorum noveritis, quod communicatione facta bonorum ac poſſeſſionum noſtrorum in villis *Ockenheim Engelſtad* & *Stadecken* cum ſuis pertinenciis univerſis *Magunt. dioces.* cum venerabilibus viris dominis Decano & capitulo eccleſie *ſancte Marie ad gradus Magunt.* ad curtem & bona eorum in villa *Gele* in parrochia de *Rumerskirgen* cum ſuis pertinenciis univerſis Colonienſis dioces. prout in litteris ſuper hoc confectis plenius continetur honorabilem virum dominum *Heinricum* Decanum eccleſie noſtre predicte noſtrum & eccleſie noſtre conſtituimus verum & legitimum procuratorem negociorum geſtorem & nuncium ſpecialem ad reſignandum cum effectu prefatis dominis *Decano & capitulo eccleſie beate Marie ad gradus* Magunt. & ſupraportandum noſtro & eccleſie noſtre nomine dicta bona & poſſeſſiones in *Ockenheim Engelſtat* & *Stadegge* cum juribus patronatus eccleſiarum & decimis pertinentibus ad eaſdem cum omnibus ſuis pertinenciis & emergenciis paſcuis pratis piſcariis nemoribus agris jurisdictionibus juribus ſervitutibus altis & baſſis prout ad nos & ad eccleſiam noſtram pertinent, cum dominio ejus utili & directo proprietate & poſſeſſione ingreſſibus

 bus

bus & egreſſibus & cum omni integritate & jure quod nobis competit & competere dinoſcitur in eiſdem & ad evictionem & warandiam preſtandam & effectucandam & in poſſeſſionem dictorum bonorum mittendam coram quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis ſeu mundanis & locis, quibus hoc de jure vel de conſuetudine ipſis *Decano & capitulo eccleſie beate Marie ad gradus* Magunt. neceſſarium fuerit aut etiam oportunum, ac omnia & ſingula faciendum que circa premiſſa neceſſaria fuerint de conſuetudine vel de jure eciamſi mandatum exigant ſpeciale, damus inſuper mandatum dicto procuratori noſtro alium ſeu alios procuratorem ſeu procuratores ſubſtituendi prout hoc ipſi viſum fuerit expedire qui in premiſſis omnibus & ſingulis ſimilem habeant poteſtatem & dictos ſubſtitutos ſeu ſubſtitutum revocandi ac procuracionis in ſe officium quociens hoc expedierit reſumendi, ratum & gratum habituri quicquid per dictum procuratorem noſtrum ſubſtitutum vel ſubſtitutos ab ipſo vel eorum altero actum fuerit in premiſſis & quolibet premiſſorum, promittentes eum, ejus ſubſtitutum vel ſubſtitutos ſub ypotheca rerum noſtrarum & eccleſie noſtre predicte ab omnibus caucionibus quas pro nobis fecerit ſeu fecerint relevare. In quorum teſtimonium ſigillum eccleſie noſtre hiis litteris duximus apponendum. Datum *Colonie* Anno Domini M.CCC. viceſimo quinto feria ſecunda poſt dominicam *Letare.*

Item tenor alterius procuratorii ſequitur in hec verba:

In

Digitized by Google

In nomine Domini amen. Univerſis ad quos preſentes litere pervenerint Decanus Theſaurarius & capitulum ecclesie *S. Andree Coloniens.* ſalutem cum noticia perpetua ſubſcriptorum. Noveritis quod commutacione facta bonorum & poſſeſſionum noſtrorum in villis *Ockenheim Engelſtat* & *Staddege*, cum ſuis pertinentiis & emergenciis univerſis *Magunt. Dioceſis* cum venerabilibus viris dominis Decano & capitulo *ecclesie bte Marie ad gradus Magunt.* ad curtem & bona eorum in villa *Gele* in parrochia de *Rumerskirgen* cum ſuis pertinenciis univerſis Coloniens. Dyoceſ. prout in litteris ſuper hoc confectis plenius continetur, diſcretos viros dominos *Criſtianum* dictum *Morlin* Canonicum *ecclesie ſte Marie in Campis Nycolaum* dictum *zu der Wynreuen* ſacerdotem Magunt. & magiſtrum *Gerhardum de Xanctis* Concanonicum noſtrum noſtros & ecclesie noſtre conſtituimus veros & legitimos procuratores negociorum geſtores & nuncios ſpeciales & quemlibet eorum in ſolidum ita quod non ſit melior condicio occupantis ad reſignandum cum effectu prefatis dominis Decano & capitulo *ecclesie bte Marie ad gradus* Magunt. & ſupra portandum noſtro & ecclesie noſtre nomine dicta bona & poſſeſſiones in *Ockenheim Engelſtat* & *Staddegen* cum juribus patronatus ecclesiarum earundem & decimis pertinentibus ad easdem cum omnibus ſuis pertinenciis & emergenciis paſcuis pratis piſcariis nemoribus agris jurisdictionibus juribus ſervitutibus altis & baſſis prout ad nos & ad eccleſiam noſtram pertinent cum dominio ejus utili & di-

recto

Digitized by Google

recto proprietate & poſſeſſione ingreſſibus & egreſſibus & cum omni integritate & jure quod nobis competit & competere dinoſcitur in eisdem & ad evictionem & warandiam preſtandum effeſtucandum & in poſſeſſionem dictorum bonorum mittendum coram quibuscumque perſonis eccleſiaſticis ſeu mundanis & locis quibus hoc de jure vel de conſuetudine ipſis *Decano & capitulo eccleſie bte Marie ad gradus Magunt.* neceſſarium fuerit aut eciam oportunum ac omnia & ſingula faciendum que circa premiſſa neceſſaria fuerint de conſuetudine vel de jure etiamſi mandatum exigant ſpeciale. Damus inſuper mandatum dictis noſtris procuratoribus ſeu alteri eorum alium ſeu alios procuratores vel procuratorem ſubſtituendi prout hoc ipſis ſeu alteri eorum viſum fuerit expedire qui in premiſſis omnibus & ſingulis ſimilem habeant poteſtatem , & dictos ſubſtitutos ſeu ſubſtitutum revocandi & procuracionis in ſe officium quociens hoc expedierit reſumendi ratum & gratum habituri quicquid per dictos noſtros procuratores ſeu eorum alterum ſubſtitutum vel ſubſtitutos ab ipſis vel eorum altero actum fuerit in premiſſis & quolibet premiſſorum promittentes eos & quemlibet eorum ſub ypotheca rerum noſtrarum ab omnibus caucionibus quas pro nobis fecerint relevare. In quorum teſtimonium ſigilla noſtra hiis litteris duximus apponenda. Datum anno Domini MCCC. XXIIII. feria ſecunda poſt feſtum beatorum *Petri & Pauli* apoſtolorum. Item ſubſtitutionis predicte tenor talis eſt.

Offi-

Digitized by Google

Officialis curie Coloniens. univerſis preſentes literas viſuris noticiam veritatis noveritis quod propter hoc in noſtra conſtitutus preſencia magiſter *Gerhardus de Xanctis* Canonicus eccleſie *S. Andree* Coloniens. Procurator una cum *Criſtiano* dicto *Morlin* Canonico *eccleſie S. Marie in Campis* & *Nycolao dicto zu der Wynreuen* ſacerdote Magunt. in ſolidum a diſcretis viris Decano Theſaurario & capitulo eccleſie *S. Andree* predicte conſtitutus ad reſignandum cum effectu honorabilibus viris *Decano & capitulo eccleſie S. Marie ad gradus* Magunt. & ſupra portandum ſuo & dicte eccleſie *S. Andree* nomine bona & poſſeſſiones in *Ockenheim Engelſtat* & *Stadecke* cum juribus patronatus eccleſiarum earundem & decimis aliisque omnibus emergenciis & pertinenciis bonorum eorundem virtute commutacionis ipſorum bonorum per eosdem Decanum & capitulum *S. Andree* pro curte in *Gele* ſuisque attinenciis cum dictis Decano & capitulo *S. Marie* facte prout in litteris procuratorii dicti *Eberhardi* in hac parte eccleſie *S. Andree* & Theſaurarii predictorum ſigillis ſigillatis ſuper hiis confectis & quibus preſentes litere ſunt transfixe plenius continetur auctoritate literarum earundem , quia arduis aliis negociis prepeditus & propter viarum pericula non potuit ut aſſeruit perſonaliter ad loca *Engelſtad Ockenheim* & *Stadecke* prefata accedere ne ob ſuam abſenciam dictorum bonorum reſignacio & ſupraportacio plus debito protrahatur diſcretum virum *Henricum* Decanum ejusdem eccleſie *S. Andree* in *Maguntia* ad preſens exiſtentem in prefata reſignacione & ſupraportacione de eisdem bonis ad uſus Decani

Digitized by Google

& capituli *S. Marie* prediℓtorum facienda ſubſtituit loco ſui dans ei poteſtatem & mandatum ſpeciale dicta bona reſignandi & ſupraportandi ad manus Decani & capituli *S. Marie* predictorum una cum aliis ſuis comprocuratoribus antedictis, ſi eos vel eorum alterum adeſſe contigerit in omni eo jure modo & forma quibus hoc ipſemet id feciſſe debuiſſet ſeu potuiſſet, ſi preſens eſſet juxta continenciam procuratorii ſui jam predicti ratum & gratum habens, quocunque nomine ſuo & eccleſie ſue in hoc caſu per Decanum predictum ejus ſubſtitutum fuerit ſive geſtum, in cujus rei teſtimonium ad preſentes ejusdem *Gerhardi* ſigillum manus officialitatis curie Coloniens. duximus hiis litteris prioribus transfixis ut premititur opponendum Acta ſunt hec preſentibus *Friderico* Clerico *Ottonis* ſigilliferi curie noſtre & *Petro de Eſſende*, anno Domini milleſimo CCC. viceſimo quinto. Sabbato ante *Letare*. Productis & oſtenſis legitimis vulgarizatis & expoſitis dictis literis ſeu procuratoriis & ſubſtitutione preſcriptorum tenorum, actisque premiſſis quemadmodum eſt premiſſum & preſcriptum. Scultetus & ſcabini predicti juſſerunt pulſare unam campanam tribus vicibus uno contextu, dicentes ut ſic ipſos *Decanum & Capitulum eccleſie S. Marie ad gradus Magunt.* eſſe nactos bonorum poſſeſſionem & jurium omnium preſcriptorum quod vulgariter dicitur *Geeydet* juxta jus & conſuetudinem dicte ville *Uckenheim* judicii ſecularis anno Domini indictione menſe die hora loco & pontificatu prenotatis. Preſentibus Gerlaco presbitero campanatore eccleſie in *Uckenheim* pulſante dictam campanam ſtrenuo viro

Ber-

Digitized by Google

Bertoldo Frambales milite *Gobelone* de *Partinheim* & *Gyſilberto* de *Birgeſtad* Armigeris *Grafthone* dicto *zum Rebeſtocke* cive Magunt. ac *Hermanno* dicto de *Ettichinſtein* & pluribus aliis fide dignis ad premiſſa vocatis pro teſtibus ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Wernherus* dictus de *Eſinheim* Clericus *Magunt. Dioceſ.* publicus imperiali auctoritate notarius. Quia premiſſis omnibus & ſingulis ſupradictis. Dum coram prefatis Heinrico Sculteto, & Scabinis per quos regitur ipſius ville *Uckenheim* juſticia ſecularis & per eosdem ac procuratores preſencium predictorum predictos agerentur & fierent in ipſo judicio ſeculari una cum teſtibus prenotatis preſens fui eaque ut preſcripta ſunt vidi & audivi, ideo preſens inſtrumentum publicum exinde confeci & conſcripſi, & in hanc publicam formam redegi meoque ſigno conſueto ſignavi rogatus & requiſitus.

Ulteriores tabulas huc quoque pertinentes vide ſupra §. IV.

§. 8.

BÜDESHEYM.

It. Cathedraticum ii. ß. minus iiii. ß.
It. Communis emenda ii. ß.
It. Campanator i. myn: avene.
It. Kune Molitor i. Capp. ii. ß.
It. Hans Molitor ii. ß.
It. Cleſe Kenbe ſedit cum una perſona Ketter legitima in matrimonio & non contrahunt verum matrimonium, quia ipſa habet adhuc alium

 virum

virum viventem, qui eſt primus & verus maritus.

It. Dnus Johannes Rorice altariſta non facit debitum altaris, ſic quod fraudatur in miſſis & in divinis officiis, ſimiliter & in capella ibidem & tota communitas conqueritur de ipſis.

Superſunt præterea varia de eccleſia *Büdesheimenſi* documenta; quæ huc faciunt, ea perlubenter communicamus. Sunt autem

I. Incorporatio eccleſiæ in *Büdesheim* monaſterio *S. Albani* facta.

II. Conſenſus Archidiaconi ſuper modò dicta incorporatione.

III. Conſenſus Capituli Metropolitani.

IV. Sententia diffinitiva de & ſuper eccleſia parrochiali in *Budesheim* pro Abbate & conventu *S. Albani* contra *Henricum Wickeri* de *Wyſebaden* Rectorem parrochialis eccleſiæ in *Dotzenheim.*

Litteræ affirmantes parochos in *Büdesheim* ibi nominatos liberos eſſe à ſolutione mediorum fructuum.

I. *In-*

Digitized by Google

I.

Incorporacio eccleſie in Budensheim per Petrum Archiepiſcopum Magunt.

Petrus Dei gratia ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per germaniam Archicancellarius dilectis in Chriſto *Syboldo* Abbati totique conventui Monaſterii *ſancti Albani extra muros Magunt.* ordinis *ſancti Benedicti* ſalutem in Domino ſempiternam. Licet generaliter officii noſtri paſtoralis requirat debitum ut invigilare debeamus commodis ſubditorum ſpeciali tamen paterne ſolicitudinis oculo, illis proficere cogimur qui nobis & propinquitate loci & ſervicii promptitudine arcuis ſunt aſtricti quorum circa nos & eccleſiam noſtram Magunt. obſequioſum affectum & devota ſervicia cottidiona intiutu contemplamur cum igitur tu Abbas predicte ad quevis noſtra beneplacita te reddas & ſemper reddideris prompto animo inclinatum nos conſiderantes te, & tuum monaſterium non ſolum ſerviciis ſedis Apoſtolice ac noſtris & noſtre eccleſie Magunt. verum eciam annorum ac terre ſterilitate diutina, ac notoria eſſe artatos ut gravium valde oppreſſum videatur oneribus debitorum ex quibus tibi & eidem tuo monaſterio gravia poſſent emergere dampna & pericula in futurum Nos devocionis tue ſupplicationibus inclinati ac obſequiis tuis proviſione paterna vicem rependere ac futuris obviare incommodis quantum poſſumus cupientes pro peccatorum noſtrorum remedio & ut noſtri memoria apud fratres tui monaſterii eorumque ſucceſſores in perpetuum habeatur par-

Digitized by Google

rochialem ecclesiam in *Budensheim* Magunt. dioces. cujus jus patronatus ad te & tuum monaſterium pertinere dinoſcitur pleno jure, cum omnibus ſuis pertinenciis juribus ac proventibus & redditibus univerſis, quam primum eam vacare contigerit menſe tue, ad majorem conſolacionem incorporamus favorabiliter & unimus ſic ut eadem eccleſia per ydoneum ſecularem presbiterum preſentandum per te *Archidiacono loci* canonice, in divinis officiis gubernetur cui tantum de facultatibus eccleſie predicte deputari mandamus unde congruam poſſit habere ſuſtentacionem hoſpitalitatem ſervare Epiſcopalia necnon archidiaconalia & alia debita & conſueta jura perſolvere que incumbent. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum Datum *Maguncie* Anno Domini milleſimo trecenteſimo tercio decimo xv° Kal. Auguſti.

II.

Confirmatio Archdiaconi ſuper incorporatione eccleſie parrochialis in Budinsheim.

Nos *Jacobus* Dei gratia Prepoſitus *ſancte Marie* & canonicus *majoris* eccleſiarum Magunt. ad univerſorum tam preſencium quam futarorum noticiam cupimus pervenire. Quod nos deliberacione perhabita diligenti ad devotam ſupplicationem religioſorum virorum Dni *Syboldi* Abbatis totiusque conventus monaſterii *ſancti Albani* extra muros Magunt. incorporacionem eccleſie parrochialis in *Budensheim* in Archidiaconatus noſtri terminis conſtitute per Reveren-

ren-

Digitized by Google

rendum in Chiſto Dominum ac patrem Dominum *Petrum* ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopum eidem monaſterio factam favorabiliter & unitam pro abbatis menſe conſolatione ſpeciali, preſentibus approbamus eamque perpetuo valituram ex officii noſtri debito ratificamus ratamque & gratam habemus pro nobis noſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum ſub preſencium teſtimonio litterarum Ita tamen quod eadem eccleſia per ſacerdotem ydoneum, cui competens pro ſuſtentacione prebenda deputabitur de redditibus eccleſie memorate gubernabitur in futurum, Dyoceſani & Archidiaconi in omnibus & per omnia jure ſalvo. In cujus facti evidenciam & perpetuam firmitatem preſentes has ſigilli noſtri fecimus impreſſione muniri Datum *Maguntie* Anno Domini M° CCC. XIII. XV. Kal. Auguſti.

III.

Conſenſus capituli Maguntini ſuper confimacione eccleſiarum Budinsheim & Ebernsheim.

Nos *Johannes* Dei gratia Decanus totumque capitulum *eccleſie Magunt.* recognoſcimus publice tenore preſencium literarum. Quod incorporationibus & unionibus per felicis recordationis Dominos Archiepiſcopos Magunt. ſubnotatos, videlicet dominum *Petrum* de Parrochia in *Budensheim* ac Dominum *Mathiam* de parochia *Eburſheim* - - villarum eccleſiis venerabilibus & religioſis viris Dominis, olim *Siboldo* Abbati Monaſterii *ſancti Albani* extra muros Magunt. ſuiſque ſucceſſoribus univerſis, ejus-

dem

dem monaſterii abbatibus ordinis *ſancti Benedicti* factis & conceſſis ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc conſenſum noſtrum benivolum, & expreſſum adhibuimus & preſentibus adhibemus easdem incorporationes & uniones ex cauſis in dictorum Dominorum noſtrorum quondam Archiepiſcoporum literis plenius expreſſis modo & forma quibus melius valere poterit approbantes harum noſtrarum teſtimonio litterarum ſigilli noſtri pendentis munimine ſignatarum Datum & actum *Eltuil* feria tercia poſt octavam *Epiphanie.* Anno Domini Milleſimo trecenteſimo Quadrageſimo primo.

IV.

Diffinitiva ſententia domini Johannis Scolaſtici eccleſie ſancti Johannis Magiſtri executoris per Dominum Urbanum Papam V. deputatis de & ſuper eccleſia parrochiali in Budinsheim prope pingwiam pro Dno Abbate & conventu & contra quendam Heinricum lata.

In nomine Domini Amen. Pridem ſanctiſſimus Pater Dominus *Urbanus* divina providencia Papa *quintus*, accepto quod parrochialis eccleſia in *Budinsheim* prope *Pingwiam* Maguntin. dyoces. quam quondam *David Anzonis.* ultimus ipſius eccleſie rector ſic ut dicebatur dum viveret obtinebat, per ipſius *Davidis* obitum vacaret, & tanto tempore vacaverit, quod ipſius collacio foret ad ſedem Apoſtolicam juxta *Lateranenſis* ſtatuta *Concilii*, legitime devoluta, per ſuas certi tenoris literas apoſtolicas nobis

bis *Johanni* Scolaſtico eccleſie ſancti *Johannis* Maguntin. noſtro cum proprio nomine non expreſſo directas una cum quibusdam aliis noſtris in hac parte collegis cum illa clauſula quatenus vos vel duo aut unus veſtrum commiſit & mandavit ut ſi eſſet ita, prefatam eccleſiam in *Budensheim* eciam ſi aliàs ipſius eccleſie diſpoſicio pertineret ad ſedem predictam dummodo in eadem non eſſet alteri ſpecialiter jus queſitum diſcreto viro Domino *Heinrico Wickeri* de *Wyſebaden* rectori parrochialis eccleſie in *Dozheim* dicte Dioc. auctoritate apoſtolica conferremus & aſſignaremus inducentes eundem *Heinricum* vel procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem poſſeſſionem ejusdem eccleſie, ac defendentes inductum amoto exinde quolibet illicito detentore, prout hec & alia in predictis litteris apoſtolicis nobis preſentatis & exhibitis plenius continentur Quarum ſiquidem litterarum vigore, nos *Johannes* Scolaſticus ſolus, ſicut potuimus procedentes ad inſtanciam memorati *Heinrici* venerabilem & religioſum virum Dominum *Hermannum* abbatem Monaſterii *ſancti Albani* extra muros Magunt. ordinis *ſancti Benedicti*, ac omnes & ſingulos qui ſua crederent intereſſe citavimus ac citari mandavimus publice & peremptorie in certos locum & terminum competentem, ad dicendum & proponendum, quidquid dicere & proponere vellent literas apoſtolicas ſupradictas ac procedendum & videndum procedi per nos in dicto proviſionis negocio juxta traditam nobis formam & citatorii per nos emiſſi continentiam & tenorem; comparentibus igitur in judicio coram nobis *Johanne* Scolaſtico pro

Digitized by Google

tribunali ſedentibus in termino hujusmodi in ambitu eccleſie *ſancti Johannis* predicte *Johanne* de *Gudensberg* Domini *Heinrici* principalis & *Bertoldo Smaltz* Domini *Hermanni* Abbatis & conventus monaſterii predictorum procuratoribus idem *Johannes* procurator & procuratorio nomine Domini ſui dictas litteras Apoſtolicas & citacionem a nobis emiſſam nec non mandatum ſuum procuratorium coram nobis exhibuit, & petivit per nos procedi prout juſtum exiſteret in proviſionis negocio ſupradicto ex adverſo vero *Bertoldus Smaltz* procurator & procuratorio nomine Domini *Hermanni* abbatis & ſui conventus predicti oblato ſimiliter ſuo procuratorio petivit copiam litterarum predictarum & terminum ſibi ſtatui competentem ad contradicendum predictis; decreta igitur per nos ipſis hinc inde partium procuratoribus copia exhibitorum hujusmodi & ſtatuto certo termino competenti, ad eandem impugnandum ſi vellent. Ad dandum & recipiendum libellos ſeu peticiones mutuas eorundem & adveniente hujusmodi termino comparentibus coram nobis pro tribunali ſedentibus *Johanne Gudinsberg* Domini *Heinrici* principalis ac *Johanne* de *Bacheraco* conprocuratore dicti *Bertholdi Smaltz* cum eodem in ſolidum ita quod non eſſet melior occupantis condicio conſtituto, Dominorum *Hermanni* Abbatis & conventus predictorum iidem procuratores petitiones ſuas mutuas obtulerunt ut ſequitur. Quarum videlicet peticio pro parte dicti Domini *Heinrici* exhibita & annexa quibusdam articulis fuerat & eſt talis Quare petit dictus procurator nomine quo ſupra per vos venerabilem virum dominum

num

num *Johannem* Scolaſticum executorem prefatum & veſtram diffinitivam ſententiam pronunciari decerni & declarari, prelibatam gratiam dicto domino *Heinrico* de pretacta eccleſia parrochiali factam debitum debuiſſe & debere ſortiri effectum dictamque eccleſiam parochialem in *Budinsheim* prope *Pingwiam* dicto Domino *Heinrico* fuiſſe & eſſe debitam & quod de ipſa parochiali eccleſia providendum fore & per vos provideri de eadem nec non eundem dominum *Heinricum* in corporalem poſſeſſionem jam dicte parrochialis eccleſie inducendum fore, & per vos induci, & inveſtiendum fore & per vos inveſtiri, & prefato Domino *Hermanno* Abbati in ipſa eccleſia nullum jus compeciiſſe nec competere, & eidem Domino Abbati ſuper dicta parrochiali eccleſia in *Budinsheim*, ac opposicionibus & impedimentis perpetuum ſilentium imponendum fore, & per vos imponi eundemque dominum Abbatem ac quemlibet alium detentorem a prenominata parrochiali eccleſia ipſiusque poſſeſſione occupacione & detencione amovendum fore & amoveri ac eosdem in fructibus a dicta parrochiali eccleſia indebite perceptis & qui percipi potuerunt de eccleſia prelibata, & in expenſis factis, & in faciendis & percipiendis fructibus, de quibus proteſtatur condempnandum fore & per vos condempnari & alias in & ſuper premiſſis ſibi fieri juſticie complementum peticio vero dicti Domini *Hermanni* Abbatis talis eſt. Cum parrochialis eccleſia in *Budinsheim* propè *Pingwiam* Magunt. Dioceſ. ab antiquiſſimis temporibus retroactis ex cauſa & ordinacione legitimis & ex juſto canonico titulo nec non uſu more ob-

Digitized by Google

ſervancia & conſuetudine, ſuper eo racionabiliter introductis & preſcriptis legittime pertinuerit & pertineat, cum ſuis juribus & attinenciis univerſis ad jus & proprietatem monaſterii *S. Albani* extra muros Magunt. ordinis *ſancti Benedicti* & venerabilis ac religioſi Domini Abbatis & conventus ejusdem monaſterii & ipſius nomine dictam eccleſiam cum predictis ſuis juribus & pertinenciis omnibus & ſingulis tanquam & revera ad ſe ſuumque monaſterium ſpectancia à temporibus ſupradictis & ante & poſt & per ipſa tempora & citra continue & in preſens canonice tenuerint & poſſederint ac in ejus & eorum eccleſie jurium & pertinenciarum hujusmodi predictorum poſſeſſione vel quaſi fuerint & exiſtant percipiendo ipſius eccleſie fructus redditus & proventus eoque nihilominus non obſtante *Heinricus Wickeri* de *Wyſebaden* Rector parrochialis eccleſie in *Dotzenheim* dicte Magunt. Dioc. falſo pretendens ſibi jus competere, ad prefatam eccleſiam in *Budinsheim* occaſione quarundam litterarum apoſtolicarum ad vos honorabilem virum Dominum *Johannem* Scolaſticum eccleſie *S. Johannis* Maguntin. veſtrosque in hac parte collegas deſuper obtentarum prefatos Dominos Abbatem et conventum ipſorumque monaſterium ſuper dicta eccleſia in *Budinsheim* contra juſtitiam impedire preſumat et impediat et fecerit et faciat, quo minus eam, ipſi pacifice valeant poſſidere petit et ſupplicat vobis domino judici et executori predicto *Johannes* de *Bacheraco* ſyndicus et procurator ac procuratorio nomine Dominorum Abbatis et conventus et monaſterii predictorum per vos et ve-

ſtram

Digitized by Google

ſtram diffinitivam ſentenciam decerni et declarari predictam eccleſiam cum ſuis juribus et pertinenciis univerſis, pertinuiſſe et pertinere ad jus et proprietatem dicti monaſterii *ſancti Albani* et ipſum monaſterium ac ipſius dominos Abbatem et conventum predictos in poſſeſſione dicte eccleſie et jurium et pertinenciarum ipſius fore tenendos et nullum omnino jus prefato *Heinrico* competiiſſe nec competere ad eandem eccleſiam nec de ea providendum ſibi eſſe nec provideri, ſuamque intencionem et impeticionem fuiſſe et eſſe in hac parte temerariam et illicitam et ab ea dictos Dominos, ſuumque monaſterium abſolvendos et abſolvi et ipſi *Heinrico* perpetuum ſuper dicta eccleſia ſilentium imponendum et per vos imponi ipſumque eisdem Domino Abbati et conventui in expenſis litis legitimis condempnari aliasque ipſis in et ſuper premiſſis fieri juſticie complementum, quibus ſiquidem oblatis peticionibus coram nobis ſtatuimus ipſis partibus ad jurandum ponendum et articulandum ac poſitionibus et articulis reſpondendum certum terminum competentem et jurato in hujusmodi termino, per procuratores partium de calumpnia et veritate dicenda factisque et exhibitis pro parte dicti Domini *Heinrici* nonnullis poſitionibus et articulis et productis per ejus procuratorem et per nos receptis in forma juris quibusdam teſtibus et eisdem diligenter examinatis per certum noſtrum commiſſarium, et ipſorum teſtium atteſtacionibus ſollempniter publicatis, in congruis terminis ſucceſſivis ad hec premiſſa per nos prefixis aſſignavimus tandem ipſis partibus certum terminum competentem, ad

 pro-

producendum et offerendum omnia que producere et offerre vellent hinc inde in cauſa preſenti quo termino adveniente prefatus *Johannes Gundinsberg* procurator et procuratorio nomine Domini *Heinrici* principalis predicti verbo produxit gratiam et literas Apoſtolicas alias per eum facto productas in modum et effectum inibi comprehenſas et contra *Bertholdum Smaltz* procuratorem et procuratorio nomine Dominorum *Hermanni* Abbatis et conventus predictorum exhibuit et induxit pro ipſorum intencione fundanda nonnullas literas et ſcripturas autenticas quas ſiquidem litteras et ſcripturas ex ipſorum ſigillis et ſignis preſatus *Johannes Gundisberg* procurator et procuratorio nomine dicti Domini *Heinrici* ad requiſitionem noſtram et nobis mandantibus recognovit judicialiter fore veras negando tamen veritatem inibi contentorum ſtatuto quoque ipſis partibus certo termino competenti ad dicendum ſi vellent contra litteras et inſtrumenta hujusmodi ab eisdem hinc inde exhibita et concludendum in cauſa vel oſtendendum quare concludi non deberet et adveniente ipſo termino et excepto verbotenus per *Johannem* procuratorem Heinrici contra litteras et inſtrumenta per dictum *Bertholdum* exhibita placuit tandem ipſis procuratoribus, ut concluderemus in cauſa et ipſis nobiſcum voluntarie concludentibus concluſimus in eadem ac ipſis certum terminum peremptorium competentem in diem et horam preſentes continuatum prefiximus ad ferendam et audiendam noſtram diffinitivam ſententiam in hac cauſa comparentibus igitur coram nobis *Johanne* ſcolaſtico pro tribunali ſeden-

dentibus in ambitu eccleſie *ſancti Johannis* predicte *Johanne Heinrici* et *Bertholdo* dominorum Abbatis et conventus procuratoribus partium predictarum et ſententiam noſtram cum inſtancia poſtulantibus nos *Johannes* ſcolaſticus executor predictus viſis per nos et diligenter inſpectis actis actitatis litteris inſtrumentis juribus et munimentis in hujusmodi cauſa productis ipſiusque cauſa meritis cum diligentia recenſitis et habito ſuper hiis omnibus jurisperitorum conſilio et penes nos ipſos deliberatione matura prehabita per ea que vidimus et cognovimus et cognoſcimus et videmus Chriſti nomine invocato pro tribunali ſedentes et habentes pre oculis ſolum Deum per hanc noſtram diffinitivam ſententiam in ſcriptis pronuntiamus decernimus et declaramus prefatam eccleſiam in *Budensheim* prope *Pingwiam* cum ſuis juribus et pertinenciis univerſis pertinuiſſe et pertinere ad jus et proprietatem dicti monaſterii *ſancti Albani* et ipſum monaſterium ac ipſius Dominos Abbatem et conventum predictos in poſſeſſione dicte eccleſie et jurium et pertinenciarum ipſius fore tenendos, et nullum jus prefato *Heinrico* pretextu gratie ſue pretenſe compeciiſſe nec competere ad eandem eccleſiam nec de ea providendum ſibi eſſe nec provideri debere ſuamque intencionem et impeticionem fuiſſe et eſſe temerarias et illicitas in hac parte et abinde dictos Dominos Abbatem et conventum ſuumque monaſterium abſolvendos et abſolvimus et eidem *Heinrico* perpetuum ſilencium ſuper dicta eccleſia in *Budinsheim* imponimus diffinitive et ſententialiter per preſentes condempnantes nihilominus ipſum *Heinri-*

cum

Digitized by Google

cum prefatis Dominis Abbati et conventui in moderatis expenſis factis in hujusmodi cauſa coram nobis ipſarum declaracione et moderacione nobis impoſterum reſervata lecta lata et in ſcriptis pronunciata fuit dicta ſententia diffinitiva per nos *Johannem* Scolaſticum eccleſie *ſancti Johannis* executorem predictum ſub anno nativitatis Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quinto, die viceſima tercia menſis Julii horæ prime in ambitu eccleſie *ſancti Johannis* predicte, nobis dicto *Johanne* executore ibidem pro tribunali ſedentibus ad jura reddendum indictione tercia pontificatus dicti Domini noſtri *Urbani* Pape *quinti* anno tercio preſentibus honorabilibus viris Dominis *Friderico* dicto *Swap* de *Aſchaffinburg* doctore decretorum Prepoſito eccleſie *ſancti Stephani* Magunt. magiſtro *Hartmano* dicto *Zabel* jurisperito Magunt. *Hermanno* dicto *Berneberg* et *Heinrico* de *Butzspach* Clericis dicte Magunt. dioces. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis in quorum omnium teſtimonium premiſſorum preſens publicum inſtrumentum per notarium publicum infra ſcriptum ſcribi et publicari mandavimus ac noſtri ſigilli appenſione juſſimus communiri actum et datum prout proximè ſupra.

Ego *Johannes Heinrici* dictus de *Saſſinhuſen* Maguntin. dioces. publicus imperiali auctoritate ac ſancte Maguntin. ſedis Notarius juratus Quia predicte ſententie diffinitive lecture & pronunciationi ac omnibus aliis & ſingulis premiſſis preſens interfui una cum teſtibus prenotatis & ea ſic fieri vidi & audivi Anno indictione pontificatu menſe die hora & loco

ſupra-

Digitized by Google

ſupradictis Ideo preſens publicum inſtrumentum ad juſſum & mandatum Domini *Johannis* Scolaſtici executoris ſupradicti deſuper confeci, manu mea propria ſcripſi publicavi & in hanc publicam formam redegi ſignoque meo ſolito & conſueto ſignavi rogatus ſpecialiter atque requiſitus in teſtimonium evidens omnium & ſingulorum premiſſorum.

V.

In nomine Domini Amen. Anno a nativitate Domini Milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono Indictione ſeptima pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini noſtri Domini *Urbani* divina providentia Pape *quinti* anno ſeptimo die viceſima ſecunda Menſis Auguſti hora ejusdem diei mane ante pulſum primarum in mei notarii publici Imperiali auctoritate notarii & teſtium infra ſcriptorum preſencia conſtitutus reverendus in Chriſto pater ac Dominus Dominus *Johannes* Epiſcopus Wormacienſis collector mediorum fructuum Camere apoſtolice debitorum per civitatem & dioces. Magunt. a ſede apoſtolica ſpecialiter deputatus ſententias excommunicationis & alias quascumque per ipſum pro mediis fructibus eccleſie parrochialis in *Budinsheim* Magunt. dioces. ad collacionem ſeu preſentacionem Domini Abbatis Monaſterii *ſancti Albani* extra muros Magunt. ordinis *ſancti Benedicti* ſpectantis dicte camere Apoſtolice ut dicebat non ſolutis contra *Heinricum Wickeri* de *Weſebaden* & *Johannem* dictum *bolz* de *Franckenfurd* minorem clericos dicte Magunt. dioces. qui alias dictam eccleſiam parrochialem in *Budinsheim* ſucceſſive a

Dominus Johannes Epiſcopus Wormatienſis collector Cameræ Apſtolicæ confitetur parochos in Büdinsheim intus nominatos non eſſe Cameræ apoſtolicæ obligatos.

dicta ſede Apoſtolica impetrarunt latas & promulgatas ex certa ſua ſciencia ſuſtulit penitus & relaxavit maxime eciam ex eo & pro eo quod ipſe dominus *Johannes* Epiſcopus & collector mediorum fructuum per dictas duas ſententias diffinitivas ſucceſſive authoritate apoſtolica ſuper dicta parrochiali ecclesia & ejus occaſione contra *Henricum* & *Johanem* impetrantes predictos, & pro dicto Domino Abbate Monaſterii *ſancti Albani* rite latas, viderit & legiſſet & tam copioſe & ſufficienter per easdem informatus eſſet quod decerneret prout eciam auctoritate apoſtolica predicta ſibi tradita decrevit, prefatos *Heinricum* & *Johannem* clericos ad ſolucionem mediorum fructuum dicte ecclesie in *Budinsheim* omnino non teneri nec fuiſſe dicte camere Apoſtolice quomodolibet obligatos Acta ſunt hec in civitate Magunt. in curia honorabilis viri Domini *Conradi* Notarii theolonii in *Girnsheim* Canonici ecclesie *ſancti Stephani* Magunt. Anno indictione pontificatus die & menſe ſupradictis preſentibus honorabilibus & diſcretis viris Dominis *Friderico* dicto *Swab* doctore decretorum prepoſito *Conrado* notario in *Girnsheim* Canonico ecclesie *ſancti Stephani* predicte *Johanne Bacheraco* canonico ecclesie Wilburgenſis Treverenſis dioces. & *Nicolao de Crucenaco* vicario ecclesie *ſancti Petri* extra muros Magunt. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego *Johannes Heinrici* de *Saſſinshuſen* Magunt. dioces. publicus Imperiali auctoritate notarius Quia dictarum ſentenciarum ſublacioni & relaxationi nec non decreto ac omnibus aliis & ſingulis ſupradictis preſens interfui una cum teſtibus prenota-

nota-

notatis & ſic fieri vidi & audivi Ideo hoc preſens publicum inſtrumentum deſuper confeci manu mea propria ſcripſi & in hanc publicam formam redegi ſigno quoque meo ſolito & conſueto ſignavi rogatus ſpecialiter & requiſitus.

§. 9.

DIEDERSHEYM.

It. Cathedraticum xxiiii. ß.
It. communis emenda iiii. capp.
It. Campanator i. myn avene.
It. piſtor i. capp.

DRAMERSHEYM.

ad Beatam Virginem.

It. Cathedraticum xviii. ß.
It. Communis emenda iiii. ß
It Campanator i. myn avene
It. Faber i. ß.
It. Guda non cohabitat cum legitimo viro & vir petivit eam.

Ad ſanctum Petrum.

It. Cathedraticum xviii. ß̄.
It. communis emenda iiii. ß.
It. Campanator i. myn avene.
It. duo alb. pro violenciis.

Anno M° CC° XXXVIIII. Decanus & Capitulum ſancti Cuniberti Colon. curtem ſuam

Digitized by Google

in *Dromersheim* cum jure patronatus venditionis titulo tranſtulerunt in Decanum & capitulum *ſancti Stephani* Mogunt. huic contractui aſſenſum præbuit Præpoſitus cum Decano & capitulo majoris eccleſiæ in Colonia. Inter contrahentes dein erigebatur mutua confraternitas ſpecialibus litteris conſignata.

Capitulum ſancti Cuniberti Col. vendit bona ſua in Dromersheim cum jure patronatus capitulo ſancti Stephani.

Decanus & capitulum *ſancti Kuniberti Colon.* notum eſſe volumus univerſis, quod nos de communi conſilio & conſenſu tres fratres ex noſtro collegio videlicet *Criſtianum* Magiſtros *Heinricum* & *Gerhardum* conſtituimus procuratores Capituli ad tractandum de venditione curtis noſtre in *Dromersheim* cum Decano Cuſtode & Wernhero Canonicis *ſancti Stephani* Magunt. nuntiis ejusdem eccleſie & ad contractum venditionis predicte curtis fideliter peragendum, quibus fratribus noſtris fidem dedimus quod eorum ordinationi ſeu facto ſuper premiſſo contractu conſentire & acquieſcere deberemus recepta fide ab eisdem quod pro poſſe ſuo in venditione dicte curtis vellent fideliter & utiliter laborare. Convenit itaque inter procuratores noſtros & predictos nuntios ſeu procuratores *ſancti Stephani* Magunt. quod ipſi nomine capituli noſtri eisdem nuntiis ſeu procuratoribus Magunt. vendiderunt. premiſſam curtem noſtram in *Dromersheim* cum juris patronatu eccleſie ibidem ad nos ſpectante omnibus appendiciis, attinentiis, jure & honore ad premiſſam curtem pertinentibus pro ducentis & XX, marcis Colon. denario-

riorum legalium & novorum; De quibus ſolvent C. marcas in feſto *Johannis* proximo venturo nobis *Colonie* ſuis expenſis & periculis preſentandas & ipſi ex tunc fructus percipient hujus anni. In octavo vero *Martini* ſequente ſolvent C. & XX. marcas & nobis *Colonie* modo ſimili exhibendas; quas ſi tunc non ſolverint pro pena perdent C. marcas primitus perſolutas quas eccleſia noſtra pene nomine retinebit; Quod ſi ſolverint, reſiduum ſc. C. & XX. marcas in *octava Martini* predicta nos accedente omnium conſenſu quorum intereſt, predictam curtem effeſtucando ſecundum formam prehabitam venditionis titulo ipſis aſſignabimus & trademus & ſuper hoc eis pro noſtro capitulo inſtrumentum dabimus publicum ſigillo capituli communitum; adjectum eſt etiam quod ex tunc confraternitas inter eccleſiam *ſancti Cuniberti* Colon. & eccleſiam *ſancti Stephani* Mogunt. talis erit qualis de conſenſu eccleſie utriuſque in litteris inde confectis ſpecialiter exprimetur. Ut igitur hoc debitum ſortiatur effectum nec alterutra partium à predicto contractu valeat reſilire, hanc paginam ſigillo eccleſie noſtre nec non ſigillo Decani *ſancti Stephani* prehabiti predictis ſociis ſuis in hoc conſentientibus fecimus communiri, qui Decanus & ſui ſocii promiſerunt quod conſimilem formam contractus predicte venditionis nobis uſque ad octavam *Philippi & Jacobi* exhibebunt nomine ipſorum capituli conſcriptam & ſigillo pariter roboratam. Actum anno Chriſti M° CC° XXXVIIII. menſe Aprili.

Digitized by Google

Litteræ confraternitatis initæ in ſuperioribus citatæ hæ ſunt.

I.

Fraternitas inter capitula ſancti Stephani & ſancti Cuniberti.

Reverendis Dominis ſuis & in Criſto fratribus Prepoſito Decano totique Capitulo *ſancti Stephani* Magunt. *Heinricus* Dei gratia Prepoſitus, *Franco* Decanus totumque Capitulum *ſancti Kuniberti* in *Colonia* parata obſequia cum ſincera dilectione. Cum ſimus invicem aſtricti contractu curtis in *Dromersheim* cupientes vobis ſpecialius & ſpiritualiter conjungi, omni qua poſſumus devotione ac reverentia in fraternitatem noſtram vos recipimus participantes vobis omnium bonorum, que apud eccleſiam noſtram fiunt communionem ac orationum noſtrarum munus concedentes. ſi vero contigerit aliquem de fratribus eccleſie veſtre viam univerſe carnis introire & nobis obitus ſuus per litteras vel certum nuntium innotuerit, nos defuncti jura exequialia eo modo peragere ſtudebimus, ſicut uni de fratribus noſtris decedenti in eccleſia noſtra fieri conſuevit, & ſi aliquis concanonicus veſter ad noſtram civitatem diverterit & nobis hoc conſtiterit, in ſignum fraternitatis ſcropum vini & panem album eidem exhibebimus prebendalem unius diei vel duorum. Inſuper ſi contigerit eccleſiam veſtram aliquam cauſam vel negotium hic habere, nuntio veſtro conſiliis & auxiliis aſſiſtemus, bonum veſtrum noſtrum & honorem veſtrum noſtrum reputantes & in ſignum dilectionis & ſincere fraternitatis altare in eccleſia noſtra in honore *beati Stephani*

Digitized by Google

phani faciemus conſecrari & inventionem dicti protho-martyris ſolempniter obſervari parati vobis in exhibitione ſervitii & in karitatis vinculo obnixi ſemper & devoti. Idem circa nos & patronum noſtrum in die ſuo à vobis cum ſollempnitate cupimus obſervari. In cujus rei evidentiam preſentem paginam ſigillo eccleſie noſtre duximus communiri. Acta ſunt hec anno Dni M°CC°XXXVIIII°. V. idus Maji.

II.

Conſenſus Archidiaconi Colon. & capituli majoris ad ſupra fatam venditionem accedit.

C. Dei gratia major Prepoſitus, *G.* major Decanus Archidiaconi univerſumque capitulum majoris eccleſie in *Colonia* omnibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem in Domino. Cum eccleſia *beati Kuniberti* in *Colonia* curtim ſuam in *Dromersheim* ſibi remote ac diſpendioſe ſitam prope *Maguntiam* cum univerſis bonis & jure, que ibi habebat in agris vineis, decimis, cenſibus, hominibus & jure patronatus eccleſie ejusdem ville cum univerſitate transeunte venderet eccleſie *beati Stephani* in *Maguntia* pro certa ſumma pecunie quam dicta eccleſia in bona immobilia prout poterit melius convertere fide interpoſita firmiter ſe promiſit absque omni ſcrupulo mora vel occaſione malignandi fuit nobis ex parte ſupradictarum eccleſiarum humiliter ſupplicatum, ut vice venerabilis Dni *C.* Archielecti noſtri qui tunc pro negotiis eccleſie Colon. & ſuis agebat in partibus transalpinis & jure capituli noſtri utpote majoris eccleſie conſenſum noſtrum & rectihabitionem preberemus; nos igitur utrumque eccleſiarum prenominatarum precibus inclinati vice Dni Archielecti

cti ac jure noſtro utentes predicto contractui aſſenſum noſtrum ipſum ratum habentes preſtamus. In cujus rei teſtimonium preſentem paginam ſigillo eccleſie noſtre duximus communire. Datum *Colonie* anno Dni M°CC°XXXVIIII°. VII. idus Maji.

§. 10.

ASPISHEYM.

It. Cathedraticum ii. ℔. *minus iiii.* ß.
It. Communis emenda ii. ß.
It. Campanator i. myn. avene.
It. Piſtor i. Capp.
It. Hoſpes i. Albus.

Anno MCCXXXVI. *Fridericus* Præpoſitus eccleſiæ *S. Joannis* in augmentum præbendarum hujus collegii parochiam in *Aſpisheim* contulit; donationem confirmavit *Sifridus Arch. Mog.* cum capitulo Metropolitano. *Joann. rer. Mog. Tom. 2. pag. 699. Gud. Tom. III. pag. 862.* acceſſit inſuper conſenſus Archidiaconi:

Archidiaconus confirmat donationem eccleſiæ in Aſpisheim collegio S. Joannis factam.

Alatrinus Domini Pape Subdiaconus & Cappellanus & *Prepoſitus ſancte Marie in Campis Mogunt.* Omnibus Chriſti fidelibus tenore preſencium volumus declarare, quod cum *Fridericus* Theſaurarius eccleſie Mogunt. ibidem eccleſie *ſancti Johannis* Prepoſitus eccleſiam de *Aſpinsheim* Mog. Dioc. in Archidiaconatu noſtro ſitam ad ſe pleno jure ſpectantem dilectis in Chriſto Decano & capitulo eccleſie *ſancti Johannis*

nis in *Mogunt.* attendentes prebendarum eorum tenuitatem de conſenſu venerabilis patris Archiepiſcopi & capituli Mogunt. in eorundem ſuſtentationis ſubſidium duxerit liberaliter concedendam, nos ad peticionem dilectorum in Chriſto Decani & capituli predictorum donacionem de jam dicta eccleſia provide factam ratam habentes & acceptam ipſam eccleſiam de *Aſpinsheim* memoratis Decano & capitulo auctoritate jurisdictionis *noſtri Archidiaconatus* in Dei nomine ſano jure noſtro & eccleſie *ſancte Marie in Campis* quantum in nobis eſt, confirmamus. In cujus rei certitudinem pleniorem preſens ſcriptum ſuper hoc prelibatis Decano & capitulo ſigilli noſtri munimine communiter duximus concedendum. Datum *Reate* nonis Septembris Pontificatus Domini *Gregorii* Pape anno decimo.

HAREWILER.

It. Cathedraticum xxiiii. ß.
It. Communis emenda xv. hllr. ii. Capp. v. ß.
It. Campanator i. myn. avene.

Decimas majores & minutas una cum jure patronatus eccleſiæ parrochialis in *Harweiler* Comites *de Leiningen* variis titulo feudali conceſſêre familiis, prout è diplomatibus ſubjunctis ſat ſuperque apparet:

I.

Laudnm ſuper præſentatione facienda ad parochiam in Harweiler.

Ich *Syfridt* von *Lindawe* Ritter bekennen mich uſſentlich an dyſem brieff und thun kundt allen lüden den die yn ahnſehendt oder horent leſen, als die veſten Knecht *Frederich* von *Rudesheim* unndt *Adam Marckolffſs* ſohn von *Neſen* uff ein ſyte unndt *Emerich* von *Ingelnheim* uff die andere Siethe ein Zweyunge unndt geſpan gehabt hant alſs von einer Lyunge wegen der paſtorien zu *Hahrweiler*, die zweyung unndt ſpan ſie beyder ſythen ahn mich *Syfrid* vorgen. geſazt unnd gelaſſen hant, wie ich die richte unndt endtſcheide, des ſall ihn von beyden Sythen genügen unnd das halten, des han ich mich der ſachen angenomen umb ihr beyder parthyen bede willen und han ſie endtſcheiden unndt geracht nach rade erber lüde in dermaſſen als hernach geſchreben ſtehet. Zu dem erſten das herr *Henrich Nolle* von *Rudesheim* by der paſtorie blieben ſall und ſallen *Frederich* von *Rudesheim* unndt *Adam von Neſſen* ihn præſentern dem Official oder wem das zugehort, alſo das herr *Henrich* by der paſtorie blieben ſall, unnd wann die paſtorie darnach ledig worde nach herrn *Henrich Nolle* thode vorgen. oder offgebunge, ſo ſolde *Emerich* von *Ingelheim* oder ſyn erben die paſtorie liehen und geben eym erbern manne der der paſtorie vormögte geſin und den præſenteren eym Official oder wem daſs dann zugehoret, unndt wann die paſtorie darnach von thodes wegen oder offgebunge ledig würde, ſo ſall *Frederich* von *Rudesheim* und *Adam* von *Neſen* oder ir erben die paſtorie

dann

dann aber geben unndt eim official præſenteren den perſonen unndt darnach *Emerich* von *Ingelnheim* aber dar oder ſyn erben, die lihung aber alſo thun als vorgeſchrieben ſtehet unndt begriffen iſt, unndt ſall die alternatio von beyden obgenandten partyen unndt nackomeden erben ebecklich unverbrüchlichen und feſtiglichen gehalten werden unndt ſallen darwider nit thun geiſtlich noch werntlich, noch diſpenſirn oder ſchaffen diſpenſirn werden, ſundern es ſall bliben in aller der forme unndt Wiſſe, als es davorn begriffen unndt underſchiden iſt, unndt was perſonen zu der obgenanten paſtorie præſentiret würdt, als vorgeſchrieben ſteht, der ſall vor geloben und zu den heiligen ſchweren die obgenante paſtorie nit zu verwexlen ohn beyder obgenandten parthien willen, wiſſen unndt verhenckeniſs unndt auch der paſtorien huſunge, ecker, wyeſſin, wingartn, rente und geſelle unndt alle andere gütere die darzu gehuerent, in redlicher buung unndt beſettinge haldten nach aller ſyner beſten werunge unndt ſall die nit verkeuffen noch verenderen in kein wyſe ohn argeliſt unndt geferde. Auch ſall der egenant herr *Henrich Nolle* der izunt by der paſtorien blybet dieſe vorgenante Stücke zu den heiligen ſchwiren als andere paſtoren die hernach kommen. Auch ſpreche ich *Syfrid* von *Lindauwe* das *Frederich* von *Rudesheim* unndt *Adam* von *Neſſen* vorgen. *Emrich* von *Ingelheim* eyn brieff geben ſullen von dem graffen von *Spahnem* mit ſynem anhangenden Ingeſigell, daſs dieſe alternatio ſin wille unndt verhencknüſs ſy. Auch ſo ſall *Emrich* von *Ingelnheim* deſſelben glichen

Frederich von *Rudesheim* unndt *Adam* von *Neſen* ein brieff geben von dem Graffen von *Liningen* das dieſe alternatio auch ſin wille unndt verhencknüſs ſy, unndt das ſoll geſchehen thüſſin hie und *ſancte Johanns* tag *Baptiſten* unndt das zu urkunde ſo han ich *Syfrid* vorgenant myn ingeſigell ahn dieſen brieff gehangen, unndt ich *Frederich* von *Rudesheim* unndt *Adam* von *Neſen* unndt ich *Emrich* von *Ingelnheim* bekennen uns vor uns undt unſere nachkommende Erben, das die obgenante rachtunge unndt beſcheidung als die herr *Syfrid* von *Lindawe* ritter hie vor wie begriffen unndt uns entſcheiden haidt, das das mit unſerem guten willen wiſſen unndt verhencknıſs geſchin iſt unndt ihm das ganze macht geben han und reden das alſo vor uns unndt unſere nachkommenden unndt erben ſtede unndt feſte ebecklich zu halten und darwider nicht zu thun in eynich wieſe, ſundern es ſall feſteclich von uns beyden parthien gehalten werden, unndt des zu urkundte ſo han wir unſer Ingeſigill der beyden parthien zu des vorgenanten herrn Syfrids Ingeſigel an dieſen brieff laſſen hencken uns zu beſagen aller vorgeſchriebener ſach unndt ich *Adam* von *Neſen* han gebeden *Conrad* von *Frondorff* mynn mage. daſs der ſyn Ingeſigell vor mich ahn dieſen brieffe gehangen hat beſten halben das ich noch keynes han, das ich *Conrad* von *Frondorff* auch erkennen, das ich vor *Adam myn* mage. vorgeſigelt han. Datum anno Dni milleſimo quadringenteſimo quinto in die palmarum.

II.

Digitized by Google

II.

Wir vonn Gots gnaden *Richart* vom *Obernſtein* Dhum Dechan zu *Mencze* bekennen offentlich inn und mit crafft dieſer unſir ſchrifft umb geſpenne und irrunge des Kirchſatzs der paſtorie *Harwiler uff dem Gauwe* gelegen die dann yeez verlediget worden iſt todes halber des Dechans zu *ſant Steffan* innwendig Mencze die egenanten paſtorien dann *Wilhelm* vonn *Ockenheim* den man nennet *von Ingelnheim* meiſter *Johann Hellinge* vonn *Syegen* unnſerm Cappellan geluwen hat ſolicher lyhunge *Ulrich* vonn *Rudensheim* als der elteſt zu lyhen vermeynt na alten herkommen irer beyder Vetter ſeligen gedechteniſſe alczyt herbracht hetten na ſchrifftlichem ſchyn daruber begryeffen derſelbe inn durch ſchedelichen brant zu *Grombach* mit andern brieffm verbrant wern als das auch landkundig ſy des dann beydn parthien vor unns zu eym gutlichen tage komen ſin ſie grontlichen verhoret und haben gancz hinder uns gangen und zur gutlichkeit geſtalt wie wir ſie des entſcheiden und ſeczen werden eyn gnogen zu haben ſunder inntragk und irrunge beyder parthien irer erben und nackommen an geverde und daruff entſcheyden wir ſie inn der gutlichkeit das meyſter *Johann* unſer Cappellan vorgerort by ſolicher gyefft der paſtorie *Harwiler* geroglichen und unverhindert *Ulrichs* ſiner brœder erben und nachkommen verlyeben ſulle an geverde und wann furter die egenante paſtorie todes halber des egenanten meiſter *Johanns* odir ſuſt ledig wirdet alsdann *Ulrich* von *Rudensheim*

Alia compoſitio ſuper præſentatione ad modò memoratam parochiam.

Digitized by Google

und ſine beyde brœder odir ire erben und nachkomen ſoliche giefft der vorgenanten paſtorien lihen ſullen on gewerde und ſall ſoliche gyefft henefur zu ewigen tagen alſo ye eyn gifft umb die andern der obgenanten parthien geluwen werden ſunder der andern parthien verhinderunge und intragk geverde und argeliſt herinn genczlich abgeſtalt des wir obgegemelten *Wilhelm* von *Ockenheim* und *Ulrich* von *Rudensheim* mit mynen brœdern alſo erkennen geſcheen und ergangen iſt und wullen und ſullen alles das unnſir iglicehen obgeroet beroet ſtede veſte und uffrichtlichen zu ewigen tagen vor unns unnſern erben und nachkommen gantz ſunder geverde und argeliſt halten und vollenczyhen , und des zu merer ſicherheit ſo haben wir *Richart* obgeroet unſer Ingeſiegel mit rechtem wiſſen an dieſen unſern entſcheyt und obintragk thun hencken, Der geben iſt na Criſte geburt Tuſent vier hundert und in dem funff und ſesczigſten jare uff Donrſtag na dem heiligen Oſtertage.

III.

Magdalenæ de Venningen competit jus præſentandi ad parochiam in Horweiler.

Wir *Reinhart* Grave zu *Liningen* herre zu *Weſterburg* unnd zu *Schauwenburg* thun kunt unnd bekennen allermenlich ſolich lehen Zehenden Kirchſatze zu *Harwiler Wilhelm ſelige von Ingelnheym Emmerichs* ſeligen ſone von *Ingelnheim* von *Heſſen* Graven *zu Liningen* ſeliger gedechtniſſe unſer lieben Vettern zu lehen und ſine husfrauwe ſelig *Margareth* mit bewilligung dar uff bewedempt gehait hait und nu an *Magdalenen* von *Veningen* des gnanten *Wilhelms* ſweſter dochter als durg abegang der gnanten *Margarethen*

Digitized by Google

rethen ſie vermeynt den nechſten erben erſtorben und verfallen iſt, das wir als eyn rechter erbe der graveſchafft von *Liningen* angeſehen han getruwe dienſt der gnanten frauw *Magdaleen* altern unnſern altern ſeligen graven zu *Liningen* gethan hant und yre erben in kunfftigen Ziden thun mogen und han vor uns unſer erben und nakommen dem veſten *Siegel* von *Biſſersheym* als eynen dreger von der obgnanten fraw *Magdaleen* wegen und alle yre erben Sone und dochter wo nit ſoen weren ſolich lehen mit namen den Zehenden zu *Harwiler* und den Kirchſatz daſelbſt zu rechtem erbelehen gemacht und geluwen und lihen ym als eym dreger dis in crafft dis brieffs von der gnanten frawen wegen bis zur Zyt ſie eynen andren man an ſine ſtadt ſtellt der ſolich lehen entpfangen und vermannen mœge, alſo das derſelbe *Siegel* von *Biſſersheym* von wegen der frauwen und yre erben die vorgnanten lehen haben und tragen ſal und die mit truwen eyden und dinſten verdienen als recht und gewonheyt iſt. Auch were es das die vorgnante *Magdaleen* oder ire erben nit ſœne hetten und die lehen auch forter ain dochter quemen und fielen, ſo ſollent die dochter an die dan die egnanten lehen fielen ader ir nechſten erben weren uns ader unnſern erben von den vorgnanten lehen wegen als auch yzt altzyt eynen man geben und beſtellen bynnen rechten Ziten der zu dem Schilde geborn ſie der auch die obgnante lehen von uns ader unſern erben entphaen tragen und verdienen ſull mit eyden truwen und dinſten als vorgeſchriben ſteet an alle geverde. Und wir han nemlich in dieſ-

ſer

ſer unſer lihunge uſſgenommen unnſern unſer man recht und eyns iglichen rechten des zu orkunde han wir *Reinhart* grave zu *Liningen* vurgnant unnſer Ingeſiegel thun hencken an dieſſen briff. Geben uff *ſent Pauwls tag Converſionis* Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo.

IV.

Aliæ litteræ ſuper eodem jure.

Wir *Philips* von gots gnaden pfalzgrave by *Rine* herczog in *Beyrn* des heiligen Romiſchen Reichs Erczdruchſeſs und Kurfurſt bekennen und thun kunt offembare mit diſem brieff als wir dem edeln unſerm lieben getruwen *Reinharten* graven zu *Lyningen* und herrn zu *Weſterburg* die halbe graveſchafft *Lyningen* mit der manſchafft abekaufft haben und dann unſer liebe beſundere *Magdalen* von *Veningen Symont* von *Mulhoven* ſeligen wittwe in ſolche manſchafft gehort, Da han wir unſern lieben getruwen *Hanſen* von *Flersheim* dem alten als irem treger ſolch ir lehen mit namen den zehenden zu *Harwyler* und den Kirchenſatz daſelbſt zu rechtem erblehen verlihen mit uffnemung unſer unſern manne und eyns iglichen rechten daran als die auch von uns und unſerm furſtenthum der pfaltzgraveſchaft by *Rine* zu erblehen ruren und geen ſoll und der obgenant Hans tregerswiſe und die benant wittwe und ire erblehens erben ſone und ob die nit weren dochte alweg durch ire treger wapens genoſſen ſollen furbas alczit und als dicke das not geſchicht die von uns unſern leptagen gancz uſs und nach unſerm tode unſern erben die pfalzgraven by *Rine* und Kurfurſten

furſten ſin emphahen haben und tragen uns und unſern erben davon mit guten truwen gelubden und eyden dienen gewarten gehorſam und verbunden ſin uns alczit getruw und holt zu ſin fur unſern ſchaden zu warnen unſern fromen und beſtes getruwlich zu werben und zu thun alles das manne von ſolcher erblehen wegen ſchuldig und pflichtig ſin von recht und gewonheit billig thun ſollen an alles geverde. Als auch der obgenant *Hans* von *Flersheym* jetz tregerswiſe von der obgnanten *Magdalenen* wegen ſolch erblehen jetz emphangen daruber gelobt und geſworn hat und des zu urkund haben wir unſer Ingeſiegel thun hencken an dieſen brief. Datum *Heidelberg* uff ſant *Albans tag* Anno Dni Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo.

V.

Wir *Philips* von gots gnaden pfalzgrave by *Rine* herczog in *beyrn* des heiligen Romiſchen Reichs Erczdruchſes und Kurfurſt bekennen und thun kunt offembar mit dieſem brieff das wir unſerm lieben getruwen *Hanſen* von *Zeiſſigkeim* als eynem treger unſern lieben beſondren *Magdalen* von *Veningen Symont* von *Mulhoven* ſeligen wittwe dieſe nachgeſchrieben guter mit namen den zehenden in *Harwyler* und den Kirchenſatz daſelbſt zu rechtem erblehen verliehen han mit uſſnemung unſer &c. ut in litteris præcedentibus. Datum *Heidelberg* uff dinſtag nach ſant *Martins tag* Anno Dni Milleſimo Quadringenteſimo octuageſimo quinto.

Digitized by Google

Feudum modò memoratum *Rudolphus* de *Zeuſskheym* Anno M DXIV. *Alberto* de *Hornbach* cum conſenſu Domini directi vendidit, à quo dein quadriennio vix non elapſo *capitulum S. Petri* eadem jura emptionis titulo legitimè acquiſivit, prout inſignia teſtantur documenta.

§. 11.

WELGISHEYM.

It. piſtor i. capp.
It. Molitor ii. ß.

CZOZENHEYM.

It. Cathedraticum ii. ff. minus iiii. ß.
It. communis emenda viii. ß.
It. Campanator i. myn avene.
It. piſtor i. capp. ii. ß.
It. moliter i. capp.

De jure patronatus cappellæ in *Welgisheym* ſic judices ſanctæ Moguntinæ ſedis pronuntiarunt.

Præſentatio ad capellam in Welgesheim competit S. Ryngravio.

Judices ſancte Mogunt. ſedis recognoſcimus per preſentes, quod *Johannes* de *Swaleheim* presbyter in noſtra preſentia conſtitutus recognovit & publice dixit coram nobis, quod jus patronatus ſive collatio Capelle in *Welginsheim* eccleſie parochialis in *Zozinheim* attinentis ſite intra terminos prepoſiture eccle-

ſie

Digitized by Google

ſie *ſanℓte Marie in Campis* extra muros Mogunt. ad nobilem virum *Syfridum Ringravium* de jure debeat pertinere, & quod idem *Syfridus Ryngravius* ipſum *Johannem* ad dictam capellam ut verus patronus, ejusdem honorando viro Dno *Prepoſito eccleſie ſanℓte Marie in Campis* Mogunt. predicte tanquam *Archidiacono* loci de jure preſentavit. Actum Anno Dnî MCCCXVI, XVII. Kalend. julii.

BETTENHEYM.

It. Cathedratcium ii. ꝶ. minus iiii. ß.

SPRENDELINGEN.

It. Cathedraticum ii. ꝶ. minus iiii. ß.
It. communis emenda ix. ß.
It. Hen. Piſtor i. alb.
It. ſibe Piſtor i. capp.
It. Cleſgin molitor ii. capp.
It. Riſſenberg Faber.
It. Henchin ſinet hoſpes i. ß.
It. Clas Sinetts fraue Faber.

WOLFFSHEYM.

It. Cathedraticum ii ꝶ. minus iiii. ß.
It. communis emenda ii. ß. ii. mlr avene xvi. ß.
It. Campanator i. myn. equus comedit.
It. Piſtor i. capp. comeſtus eſt.
It. Faber i. ß.

VENDERSHEYM.

It. Cathedraticum ii. ꝶ. minus iiii. ß.
It. Communis emenda vi. ß.

Digitized by Google

It. Mechanici i. mlr avene. vi. ß.
It. Campanator i. myn.

WYNHEYM.

It. Cathedraticum iii. ꝶ. minus iiii. ß.
It. Communis emenda iiii. ß. & ii. capp.
It. Campanator i. myn.

Supereſt Præſentatio ad eccleſiam parochialem in *Gauweinheim* ad Præpoſitum *S. Victoris* directa, eam autem ad *Arcidiaconum S. crucis* dirigendam fuiſſe manifeſtant, quæ modò afferimus, documenta.

I.

Præſentatio ad parochiam in Gauweinheim.

Honorabili viro Domino Prepoſito ecclefie *ſancti Victoris* extra muros Magunt. vel cuicunque alteri, ſi ad quem alterum ſubſcripte eccleſie inveſtitura pertinet *Rudolfus* de *Rotenſtein* Scolaſticus eccleſie Herbipolenſis & *Prepoſitus eccleſie ſancte Marie ad gradus* Magunt. quantum poteſt ſervicii complacentie & honoris. Cum ad eccleſiam parochialem in *Wynheim* ex nunc vacantem ex morte quondam *Johannis* de *Lewenſtein* Rectoris ipſius ratione & nomine dicte noſtre prepoſiture ad nos pertineat clericum preſentare, Veſtre Reverencie *Erphonem* clericum filium ſtrenui viri *Wolframi* de *Lewenſtein* militis junioris ad præſcriptam eccleſiam preſentibus preſentamus, rogantes ut ipſum de cura animarum ejusdem inveſtire curetis & induci faciatis in poſſeſ-

ſionem

Digitized by Google

ſionem prelibate eccleſie corporalem veſtrum officium circa premiſſa in quantum implorandum . . . implorando , in quorum omnium teſtimonium hanc litteram ſigillo noſtro fecimus communiri. Datum anno Domini M°CCC°XXX° in *die purificationis beate Virginis glorioſe.*

II.

Procuratorium Erphonis predicti de inveſtitura eccleſie in *Wynheim.*

Honorabili viro Domino *Philippo* de *Bolandia* Prepoſito eccleſie *ſancte Marie in Campis* extra muros Maguntin. ſeu ejus officiali *Erpho* Clericus natus *Wolſrami* militis de *Lewenſtein* preſentatus ad eccleſiam parochialem in *Wynheim* quidquid poterit reverencie & honoris. Johannem Vicarium eccleſie in *Wynheim* predicte virum diſcretum meum facio & conſtituo verum & legitimum procuratorem ac nuncium ſpecialem dans ſibi plenam & liberam poteſtatem litteras proviſionis dicte eccleſie mee michi facte legendi publicandi in locis oportunis, ac corporalem poſſeſſionem vel quaſi dicte eccleſie mee nomine meo nanciſcendi & apprehendendi nec non alia jura qualitercunque ipſius occaſione michi competencia exercendi & ipſius nomine ſimiliter recipiendi fructus & redditus colligendi ac ſuper premiſſis agendi, defendendi juramentum calumpnie vel cujuslibet alterius generis ſacramentum in animam meam preſtandum, appellandum, appellationem proſequendum ac omnia alia & ſingula faciendum que in dicto negocio fuerint neceſſaria vel oportuna , etiamſi mandatum exigat ſpeciale; promitto inſuper ratum & gratum me

Digitized by Google

habiturum, quidquid per dictum meum procuratorem actum fuerit nomine meo in premiſſis ſeu aliquo premiſſorum, cavens nichilominus pro eodem meo procuratore de judicato ſolvendo, ſi neceſſe fuerit ſub rerum omnium mearum hypotheca & hoc vobis & omnibus quorum intereſt vel intererit ſub ſigillo patris mei *Wolframi* militis predicti cupio fore notum; & ego *Wolframus* predictus recognoſco ſigillum meum ad preces filii mei predicti preſentibus appendiſſe in teſtimonium omnium premiſſorum. Datum & actum anno Dni M°CCC°XXXI°. XV. Kal. Martii.

III.

Proclamatio Erphonis.

Officialis Domini Prepoſiti eccleſie *ſancte Marie in Campis* extra muros Magunt. Plebano in *Wolfesheim* ceterisque plebanis per dictam prepoſituram conſtitutis ad quos preſentes littere pervenerint, ſalutem in Domino. Ex parte *Erphonis* Clerici filii ſtrenui viri *Wolframi* de *Lewenſtein* militis junioris extitit humiliter ſupplicatum, ut cum ipſe, ut aſſerit, ad eccleſiam parochialem in *Wynheim* vacantem ex morte quondam *Johannis* de *Lewenſtein* rectoris ejusdem eccleſie per honorabilem virum Dominum Dominum Prepoſitum *Eccleſie ſancte Marie ad gradus* Magunt. ipſius eccleſie patronum nobis ſit legitimè preſentatus, ipſum ad eandem eccleſiam inveſtire dignaremur cum ſolempnitatibus debitis & conſuetis; Nos verò juxta doctrinam Apoſtoli nemini citò manum imponere volentes vobis & cuilibet veſtrum in virtute ſancte obedientie firmiter precipiendo mandamus,

damus, quatenus vos aut alter veſtrum qui requiſitus fuerit ad predictam eccleſiam in *Wynheim* perſonaliter accedentes ibidem edictum proclamationis ſolempniter emittatis, citantes omnes & ſingulos qui ſupra dicta eccleſia ſua crediderint intereſſe, ut feria tertia proxima poſt Dominicam *Reminiſcere* compareant *Pinguie* coram nobis ad inſtruendum nos plenius de jure ſuo cum intimatione quod ſi dicta tertia feria & ejus continuatione nullus legitimus oppoſitor comparuerit, nos ad inveſtituram dicti *Erphonis* prout de jure poterimus procedemus cujusquam contumacia ſeu abſentia non obſtante. R. Lr. S. Datum anno Dni MCCCXXXI. IX. Kal. Martii.

IV.

Officialis Domini Prepoſiti eccleſie *ſanēte Marie in Campis* extra muros in Magunt. Plebano in *Wolfisheim* ſalutem in Domino. Cum *Erpho* Clericus filius ſtrenui viri *Wolframi* de *Lewenſtein* militis junioris per honorabilem virum Dominum Prepoſitum *eccleſie ſanēte Marie ad gradus Magunt.* ad eccleſiam parochialem in *Wynheim* vacantem ex morte quondam *Johannis* de *Lewenſtein* Rectoris ejusdem nobis legitimè preſentatus exiſtat & in termino proclamationis à nobis emiſſe contra ipſum *Erphonem* nullus apparuerit contradictor, unde nos precluſa via quibuscunque opponendi de cetero, *Johannem* Plebanum in *Wynheim* procuratorem dicti *Erphonis* propter hoc ſpecialiter conſtitutum nomine procuratorio dicti *Erphonis* de dicta eccleſia in Dei nomine inveſtiendum duximus & preſentibus inveſtimus, mandantes

Inveſtitura Erphonis.

dantes

Digitized by Google

dantes vobis firmiter & diſtrictè quatenus ſæpè fatum *Johannem* Procuratorem in poſſeſſionem dicte eccleſie in *Wynheim* inducatis corporalem facientes ſibi de redditibus juribus, penſionibus ac aliis obventionibus quibuscunque integrè reſponderi & à ſubditis obedientiam debitam cum reverencia nomine procuratorio quo ſupra in omnibus exhiberi adhibitis ad hoc etiam ſollempnitatibus debitis & conſuetis. R. Lr. S. Datum anno Dni MCCCXXXI. III. Kal. Martii.

V.

Reſignatio paſtoriæ in Wynheim facta per Erphonem.

Honorabili viro Dominis Prepoſito & officiali prepoſiture *eccleſie ſancte Marie in Campis* extra muros Magunt. *Erpho* filius *Wolframi* de *Lewenſtein* militis paſtor eccleſie parochialis in *Wynheim* reverenciam in omnibus & honorem; Paſtoriam ejusdem eccleſie ad me pertinentem in manus veſtras reſigno & eidem renuntio liberè & voluntariè per preſentes, ſigillo patris mei predicti in evidenciam premiſſorum communitas. Et nos *Wolframus* de *Lewenſtein* miles predictus recognoſcimus quod ad preces prefati filii noſtri ſigillum noſtrum in teſtimonium reſignacionis ſeu renunciationis hujusmodi hiis litteris duximus appendendum. Actum & datum anno Domini milleſimo trecenteſimo trigeſimo quarto feria ſecunda proxima poſt Dominicam qua cantabatur: *Domine ne longè &c.*

VI.

Præſentatio Bertoldi.

Honorabilibus viris Dominis Prepoſito & officiali prepoſiture eccleſie *ſancte Marie in Campis* extra

tra muros Magunt. Decanus eccleſie *ſancte Marie ad gradus* Magunt. ſervicii quicquid poterit & honoris. ad paſtoriam eccleſie parochialis vile *Wynheim* vacantem ex libera reſignacione *Erphonis* filii *Wolfmari* de *Lewenſtein* militis ejusdem eccleſie immediati paſtoris, cujus inquam paſtorie preſentatio ex poteſtate nobis per honorabilem virum Dominum noſtrum Prepoſitum eccleſie noſtre predicte legitimè tradita & conceſſa ad nos pertinet de preſenti, diſcretum virum *Bertoldum* filium *Bertoldi* de *Pletzweck* opidani *Pinguenſis* clericum exhibitorem preſencium omni modo & jure quibus melius poſſumus & valemus veſtre reverencie preſentibus preſentamus ſtudioſius exorantes, quatenus ipſum Bertoldum de paſtoria hujusmodi inveſtire dignemini adhibitis ad hoc ſollempnitatibus debitis & conſuetis. Actum & Datum in *Maguncia* ſub ſigillo noſtro Anno Dni MCCCXXXIIII feria tertia poſt Dominicam qua cantabatur. *Domine ne longe.*

Proclamatio Bertholdi.

Officialis Domini Prepoſiti *ſancte Marie in Campis* extra muros Magunt. plebano in *Wolvisheim* ſalutem in Domino &c. ut ſupra in proclamatione *Erphonis.*

Datum Anno Dni MCCCXXXIIII. IIII. Non Aprilis.

Inveſtitura Bertholdi

Eſt ejusdem tenoris ut illa *Erphonis.*

Actum & datum Anno Dni MCCCXXXIIII XVI. Kal. Maji.

Digitized by Google

§. 12.

WALDERTHEYM.

It. Cathedraticum iii. tt. *minus iiii.* ß.
It. communis emenda i. mlr avene & ii. capp.vii. ß.
& iiii. ß. *pro capp.*
It. Campanator i. myn avene. Equi comederunt.
It. Faber i. alb.
It. Piſtor i. capp.

Aſſervantur litteræ recognitionis donationis eccleſiæ in *Waldertheim* Abbati & conventui in *Ebirbach* factæ, quarum initium: Nos frater *Wilhelmus* Abbas. & finis: Datum Anno 1312. in feſtro B. Catharinæ Virginis A. M.

EYCLOCH.

It. Cathedraticum ii. tt. *minus iiii.* ß.
It. Communis emenda i. ß.
It. Campanator i. myn.

SOLCZHEYM.

It. Cathedraticum vii. ß.
It. communis emenda i. mlr avene & i. capp.
It. i. myn campanator, equus comedit.

WIRSTADT.

It. Cathedraticum xviii. ß.
It. Mechanici viii. ß.
It. campanator i. myn. equus comedit.
It. communis emenda ii. mlr avene xii. ß. *ii. quart. vini i. alb. ii. capp.*

It.

Digitized by Google

It. vii. Molitores vii. capp.
It. ii. Piſtores.
It. ii. Hoſpites.
It. Faber.

SAUELNHEYM SUPER.

It. Cathedraticum xxiiii. ß.
It. Mechanici i. mlr avene xv hllr. viii. ß.
It. campanator i. myn.
It. communis emenda iii. ß.

SAUELNHEYM INFER.

It. Cathedraticum viii. ß.

An. MCCXIX. *Sifridus Arch. Mog.* collegio *B. Mariae virginis in campis* eccleſiam de *inferiori Souuelnheim* duxit conferendam, ita ut, cum vacare eam contigerit, libere accipiant, habeant & poſſideant ad uſus ſuos *Joannis T. 2. pag. 687.*

SCHORNSHEIM.

It. Cathedraticum xxviii. ß.
It. communis emenda i. mlr avene.
It. Mechanici.
It. campanator i. myn.
It. Faber i. ß.

An. MCCLIV. eccleſia in *Schornsheim* incorporata eſt *eccleſiae majori Moguntinenſi* per *Gotſchalcum* Abbatem *S. Jacobi.* incorporationem hanc confimavit *Gerhardus Arch. Mog.* anno

Digitized by Google

eodem in *vigilia Jacobi;* conſenſit quoque hac ſuper re *Praepoſitus S. Mariae in campis* Datæ ab eo litteræ conſenſus incipiunt: Reverendis ac dilectis &c. *Eberhardus* eccleſiæ *S. Mariae* de *campis* &c. & finis: Actum anno MCCLIV. in die B. *Barnabae apoſtoli.* A. M.

UDENHEYM.

It. Cathedraticum xxiiii. ß.
It. communis emenda iiii. ß. ii. capp.
It. Mechanici i. mlr. avene xvi ß.
It. campanator i. myn.
It. Faber i. ß,

accuſati.

It. Ryſs henne moratur cum una legitima perſona Margaretha inſimul.

Monaſterio *S. Albani* ejusque præſentatis ad eccleſiam parochialem in *Udenheim* graves motæ ſunt lites tum coram Archidiacono tum in curia Romana; latam deſuper ab eo ſententiam una cum aliis hujus parochiæ documentis utut prolixis apponimus integras in gratiam eorum qui formulas judiciales ſuperioris ævi perlegere non gravantur; aliis vero, ne ob crambem toties recoctam tœdio ſupprimantur, amicè conſulimus, ut argumenta diplomatum,

quæ

Digitized by Google

quæ ſufficient; legant, probè ponderent & ad alia pergant.

I.

Abdicacio juris patronatus de ecclesia Udenheim Domini Philippi de Hohenvels.

Philippus de *Hohenvels* imperialis aule Camerarius notum eſſe volumus univerſis quod cum inter nos, & Dominos Abbates *ſancti Albani* Magunt. ſuper jure patronatus eccleſie de *Utinheim* quod nos ab ipſis cum ceteris feudis aſſeruimus pertinere, iidem vero dicebant hoc exceptum, diucius queſtio verteretur, nos liti cedentes tenore preſencium recognoſcimus quod in predicta eccleſia nihil juris obtinemus vel eciam vendicamus, In cujus evidenciam preſencia ſigillo noſtro dedimus communita. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo quinguageſimo menſe Aprili.

II.

Sententia diffinitiva magiſtri Heinrici *de* Tenſteden *judicis ab honorabili viro Domini* Prepoſito eccleſie beate Marie in Campis *deputati de & ſuper eccleſia parrochiali in* Udinheim *pro quondam preſentato per Abbatem ad eandem & contra quendam per nonnullos milites & armigeros ex adverſo praeſentatum diffinitive lata &c.*

In nomine Domini amen. Univerſis preſentes litteras viſuris & audituris magiſter *Heinricus* de *Tenſteden* advocatus in ſede Magunt. judex in hac parte ab honorabili viro Domino *Prepoſito eccleſie beate Marie in Campis* Magunt. ſpecialiter deputatus in omnium

Digitized by Google

ſalvatore ſalutem. Noverit univerſitas veſtra & noverint omnes quorum intereſt & qui ſua crediderint intereſſe quod cum vacante parrochiali eccleſia in *Udinheim* infra terminos dicte prepoſiture conſiſtente emiſſo per officialem antedicti Domini prepoſiti vices ipſius in hac parte gerentem ſollempniter proclamacionis edicto idem officialis citari feciſſet coram ſe ad certum terminum omnes qui ſuper eadem eccleſia ſe crederent jus habere ad docendum de jure ſuo comparentes ipſo termino coram dicto officiali in judicio *Nicolaus* dictus *zcu der Weynreben* presbyter Magunt. pro ſe ipſo ex una & *Johannes* natus *Gudelmanni* dicti *Munxhorn* militis, ſeu ejus procurator nomine ipſius ex parte altera aſſerentes ſe hinc inde ad dictam eccleſiam a veris ejusdem patronis, fore preſentatos peticiones ſeu ſupplicationes ſuas mutuas obtulerunt in hec verba petit a vobis Domino officiali honorabilis viri Domini prepoſiti eccleſie ſancte Marie in Campis Magunt. *Nicolaus* dictus *zcu der Wynreben* presbyter clericus Magunt. quod cum ipſe ad eccleſiam parrochialem in *Udenheim* ſitam infra terminos & limites prepoſiture eccleſie ſancte Marie predicte vacantem ex morte dicti *Blerring* quondam rectoris ejusdem & qui pro rectore dum vixit ejusdem eccleſie ſe gerebat, per religioſum virum Dominum *Syboldum* Abbatem monaſterii *ſancti Albani* ordinis *ſancti Benedicti* extra muros Magunt. verum dicte eccleſie patronum. Quique in poſſeſſione pacifica vel quaſi juris preſentandi ad eandem eccleſiam dum vacat, fuit & eſt, ac anteceſſores ipſius Abbates, qui pro tempore prefuerunt nomine dicti monaſterii fuerunt

runt

Digitized by Google

runt a longis temporibus retroactis vobis ſeu Domino prepoſito predicto cujus in hac parte vices geritis canonice preſentatus exiſtat, cum de dicta eccleſia & ejus cura cognicione de plano & ſummaria habita in premiſſis per veſtram diffinitivam ſententiam inveſtiendum eſſe decernatis & ipſum de eadem dignemini inveſtire adhibitis circa hec ſollempnitatibus debitis & conſuetis contradictione *Johannis* filii *Gudelmanni* militis dicti *Munxhorn* ſui adverſarii ſeu cujusvis alterius ſe indebite opponentis eidem aliquatenus non obſtante cui vel alteri cuicunque mediante veſtra ſententia perpetuum ſilencium petit imponi ſuper eccleſia in *Udinheim* memorata in premiſſis & ipſorum quolibet veſtrum officium ſi & prout de jure faciendum fuerit humiliter implorando, hec dicit & petit cum expenſis occaſione oppoſicionis indebite dicti *Johannis* factis in lite & proteſtatur de impoſterum faciendis ſalvo ſibi jure addendi minuendi mutandi corrigendi &c. proteſtatur quoque quod non aſtringit ſe ad probandum omnia & ſingula premiſſa ſed ad ea tantum, que ſibi ſufficiunt pro ſua intentione fundanda huic peticioni reſpondebitur feria tertia poſt Dominicam *miſericordia Domini* preciſe et fuit petitum. Anno Domini M°CCC°XX III° VIII° idus Aprilis.

Petit a vobis honorabili Domino *Prepoſito eccleſie ſancte Marie in Campis* Magunt. ſeu veſtras in hac parte vices gerente *Johannes* Clericus filius *Gudelmanni* de *Dittelsheim* militis quod cum ipſe ad parrochialem eccleſiam in *Udinheim* vacantem ex obitu quondam *Hertwici* dicti *Blerring* ipſius eccleſie rectoris per ſtrenuos viros *Gerhardum* & Philippum milites filios quon-

quondam *Wernheri* ſculteti in *Oppinheim* ac filios bone memorie *Wernheri* militis quondam fratris eorum *Dielonem* dictum *Blerring* & filios quondam *Hertwici* militis dicte *de Albeche*, ad quos jus patronatus dicte eccleſie ſeu jus preſentandi ad eandem pertinet, & qui ſunt fuerunt & eſſe debent in poſſeſſione vel quaſi juris patronatus ſeu juris preſentandi ad eccleſiam predictam ſit a vobis tamquam loci Archidiacono legittime preſentatus, Quatenus dictum *Johannem* prout ad veſtrum ſpectat officium ad eccleſiam predictam in *Udenheim* per veſtram diffinitivam ſententiam decernatis eſſe inveſtiendum ipſumque inveſtiatis de eadem in corporalem poſſeſſionem ipſius eccleſie cum ſollempnitatibus debitis & conſuetis inducendo non obſtante indebita contradictione *Nicolai* dicti *zcu der Wynreben*, qui ex adverſo ad dictam eccleſiam dicitur preſentatus cui dictus *Johannes* ſuper ipſa eccleſia perpetuum ſilentium per vos petit imponi ejusque preſentacionem ſi qua eſt de facto & minus canonice de ipſo preſumptam ad eandem caſſari & irritari ymmo caſſam & irritam nunciari, veſtrum officium ſuper premiſſis in quantum & prout de jure melius poterit humiliter implorando hec dicit & petit cum expenſis in lite factis & faciendis, ſalvo ſibi jure addendi minuendi mutandi corrigendi &c. Proteſtatur quoque quod non aſtringit ſe ad probandum omnia & ſingula premiſſa ſed ea tantum que ſibi proſunt pro que ſuâ intentione fundandâ; huic peticioni reſpondebitur preciſe feria tercia poſt Dominicam *miſericordia Domini* & fuit petitum anno Domini M°CCC°. XXIII. idus Aprilis. Lite igitur ſuper hujus-

jusmodi peticionibus mutuis legitime conteſtata, preſtitoque a partibus de calumpnia & de veritate dicenda juramento factis quoque ab utraque parte poſicionibus reſponſionibus ad eas ſubſecutis teſtibus eciam a partibus hinc inde productis juratis & in forma juris receptis ac diligenter examinatis eorum quoque depoſicionibus in ſcriptis redactis & fideliter incluſis, nec non poſtmodum in judicio ſollempniter publicatis propoſitis inſuper utrinque tam contra teſtes & eorum dicta, quam quibusdam peremptoriis exceptionibus & replicationibus ad eas ſubſecutis ac renunciatis ulterioribus reſponſionibus ad eas faciendis productis inſuper hinc inde in vim probacionis pluribus inſtrumentis & eisdem impugnatis cum predictus officialis exceptiones per dictum *Nicolaum* in vim peremptoriarum propoſitas, per ſuam interlocutoriam decreviſſet admittere ipſumque *Nicolaum* ad probandum easdem, prout in facto conſiſtebant, parte nichilominus prefati *Johannis* admiſſa ad probandum contrarium ipſarum exceptionum, aliis exceptionibus & racionibus ab utraque parte propoſitis & deductis pro ſua informacione in tempus diffinitive ſententie reſervatis factis quoque pro parte ipſius *Nicolai* ſuper ſuis exceptionibus, pro parte vero dicti *Johannis* ſuper earum contrario, poſicionibus & reſponſionibus ad eas ſubſecutis pluribus eciam teſtibus hinc inde productis juratis & in forma juris receptis ac diligenter examinatis eorumque depoſicionibus in ſcriptis redactis fideliter interclusis & demum in judicio publicatis nec non exceptionibus contra teſtes & eorum dicta proponendis ex utraque renunciatis, &

demum in cauſa concluſo pluribus inſuper terminis ad ſententiandum ſucceſſive prefixis tandem hac feria ſexta hora prime videlicet in eccleſia *beatorum Petri & Pauli* Apoſtolorum termino per nos ad diffiniendum ſententialiter & peremptorie prefixo eodemque termino in Sabbatum proximum ſubſequens per nos patibus preſentibus continuato eisdem igitur partibus coram nobis in judicio preſentibus & dicto *Nicolao* ſententiam ferri cum inſtancia poſtulante, parte vero ſupra dicti *Johannis* eandem ſententiam non petente Nos viſis & cum diligentia recenſitis actis proceſſibus & munimentis ac inſtructionibus dicte cauſe omnibus quoque conſideratisque nos movere poterant & debebant jurisperitorum freti conſilio & deliberacione penes nos habita diligenti diffiniendo ſeu jus dicendo pronunciamus & dicimus prefatum *Nicolaum* intencionem ſuam tam ſuper principali intentione quam ſuper exceptione peremptoria per ipſum propoſita ſufficienter fundaviſſe dictum vero *Johannem* in ſue intencionis probacione defeciſſe unde nos eundem *Nicolaum* de ſupradicta eccleſia in *Udenheim* inveſtiendum fore ſententialiter decernimus ac per librum quem in manibus noſtris tenemus de ipſa preſentialiter inveſtimus contradictione indebita prefati *Johannis* ac aliorum quorumlibet dicto *Nicolao* ſe indebite opponencium cui & quibus perpetuum ſilentium imponimus ſuper eccleſia predicta eundemque *Johannem* per hanc eandem noſtram ſententiam diffinitivam dicto *Nicolao* in litis expenſas condempnamus, quarum taxationem nobis in poſterum reſervamus. Lata eſt hec ſentencia anno Domini M°CCC°XXIIII°. idus Julii. III.

Digitized by Google

III.

In nomine Domini amen. Per hoc preſens inſtrumentum publicum cunctis ipſum intuentibus pateat evidenter Quod anno Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſexto indictione nona pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Urbani* divina providentia pape *VI.* anno nouo decima ſeptima die menſis Auguſti, hora meridiei ejusdem diei vel quaſi in curia *Rockenberg* ſita apud eccleſiam ſancti *Johannis* in Magunt. Et in mei notarii publici, ac teſtium ſubſcriptorum preſencia conſtitutus honorabilis vir magiſter *Johannes de Steyna uf der Straſſen* in artibus magiſtratus clericus Magunt. dioces. omnibus melioribus modo via jure ſtilo & forma quibus melius & efficacius potuit & debuit fecit conſtituit & ſollempniter ordinavit ſuos veros & legitimos procuratores actores factores & negociorum geſtores, ac nuncios ſpeciales honorabiles & diſcretos viros ac Dominos *Henricum* Prepoſitum eccleſie ſancti *Mauricii* Magunte *Johannem* Cuſtodem eccleſie ſancti *Victoris* extra muros magunt. *Wigandum* plebanum eccleſie ſancti *Heymerami* Magunte & magiſtrum *Johannem* rectorem ſcolarium apud eccleſiam Magunt. abſentes tamquam preſentes & quemlibet eorum in ſolidum ita quod unus eorum incepit alter proſequi valeat & finire ad preſentandum exhibendum & inſinuandum literas apoſtolicas ſuper gratia in communi pauperum forma eidem magiſtro *Johanni* per dictum Dominum papam *Urbanum* de primo anno ſui pontificatus, ad collacionem religioſorum virorum Dominorum abbatis & conventus

Procuratorium Magiſtri Johannis predicti ad acceptandum.

monaſterii montis ſancti *Albani* extra muros Magunt. ordinis ſancti *Benedicti* communiter vel diviſim de beneficio eccleſiaſtico cum cura vel ſine cura factas & conceſſas cum ipſum vacare contigerit acceptandum cum proteſtacionibus debitis & conſuetis provideríque petendum de quo ſibi nomine procuratorio proviſum fuerit accipiendum ſtallum ſibi in choro & locum in capitulo aſſignari petendum & poſſeſſionem capiendum arripiendum intrandum mancipandum regendum & gubernandum fructus redditus & proventus ejusdem beneficii petendum levandum accipiendum arrendandum & ad annuum cenſum locandum, de perceptis & receptis quitationem dandum pactum & finem de cetero non petendum faciendum juramentum de obſervandis ſtatutis & alia quecumque juramenta neceſſaria in animam ipſius conſtituentis preſtandum jura ſolvendum & ad ſolucionem plenam ſe obligandum & omnia que circa executionem dicte gratie neceſſaria fuerint faciendum & agendum etiam ſi neceſſe fuerit nomine procuratorio dicti magiſtri *Johannis* conſtituentis & defendendum libellum ſeu quaſcunque alias peticiones ſummarias dandum petendum & recipiendum juramenta calumpnie & omnia alia licita juramenta in animam ipſius preſtandum, ponendum & articulandum poni articulari ac jurari per partem adverſam videndum, poſicionibus & articulis reſpondendum literas acta & prothocolla ac alia munimenta producendum & produci videndum, contra producta partis adverſe dicendum & dici petendum excipiendum replicandum duplicandum triplicandum quadruplicandum declaran-

ran-

Digitized by Google

randum & declarari videndum, & contra declaraciones partis & omnia ſua jura articulos admitti & partis adverſe repelli petendum & admitti & repelli videndum, concludi petendum & concludendum ſententiam & ſententias tam diffinitivas quam interlocutorias ferri petendum & ferri audiendum ab ea ſeu ab eis provocandum appellandum apoſtolos petendum ſemel vel pluries tociens quociens neceſſe fuerit alium ſeu alios procuratorem ſeu procuratores loco ipſorum vel alterius eorum ſubſtituendum & eum vel eos revocandum & alium vel alios loco revocati vel revocatorum ſubſtituendum ipſos ſubſtitutum vel ſubſtitutos revocandum & onus hujusmodi procurationis reaſſumendum & generaliter ad omnia alia & ſingula gerendum & faciendum exercendum ac procurandum que circa premiſſa & premiſſis neceſſaria fuerint, ſeu etiam quomodolibet oportuna, & que ipſemet conſtituens facere ſeu agere & procurare poſſet ſi preſens perſonaliter intereſſet & eciam ſi mandatum exigerent magis ſpeciale promittens inſuper idem conſtituens mihi notario publico infraſcripto tanquam autentice perſone ſollempniter ſtipulanti & recipienti, vice & nomine omnium & ſingulorum quorum intereſt intererit ſeu intereſſe quomodolibet in futurum quidquid per dictos procuratores ſuos vel eorum alterum ſubſtitutum vel ſubſtitutos & ſubſtituendos ab eis ſeu ab altero eorundem in premiſſis & quolibit premiſſo & circa ea actum factum geſtum ſeu eciam alias quovis modo procuratum fuerit ſe firmum ratum & gratum perpetuo habiturum. Et volens dictus conſtituens

dictos ſuos procuratores & quemlibet eorum ſubſtitutum aut ſubſtitutos ab eisdem vel eorum alterum ob omni onere ſatis dandi & ſatisfaciendi relevare & ex nunc relevans promiſit mihi dicto & infra ſcripto notario ut ſupra ſtipulanti & recipienti iudicio ſiſti & judicatum ſolvi cum omnibus & ſingulis dictus conſtituens peciit ſibi per me notarium publicum infra ſcriptum unum vel plura publicum ſeu publica fieri inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Acta ſunt hec Anno hora & loco ſuperius deſignatis preſentibus honorabili viro Domino *Johanne Lade* canonico eccleſie beate Marie ad gradus Magunt. *Andrea Luticz* clerico Pragenſis dioces. & *Johanne Erenfels* Laico Magunt. teſtibus ad premiſſa vocatis & rogatis. Raſuram vero octava riga à ſupra numerando in hec verba; *wigandum plebanum eccleſie ſancti Heymerami Magunt.* preſentibus approbo non vitio ſed errore. Et ego *Conradus* dictus *wyſe* clericus de *Treyſa* Magunt. dioces. publicus imperiali ſancte Magunt. ſedis notarius quia dictorum procuratorum conſtitutioni promiſſioni aliis quoque omnibus & ſingulis promiſſis dum ſic ut premittitur agerentur & fierent una cum teſtibus ſupradictis preſens interſui ideo preſens inſtrumentum publicum quod propria manu ſcripſi exinde confeci, & in hanc formam publicam redegi ſignoque meo conſueto requiſitus & rogatus in fidem & teſtimonium omnium premiſſorum.

IV.

Proceſſus proviſionis magiſtri Jo-

Philmannus Decanus & *Nicolaus* Cantor eccleſie beate Katherine virginis opidi *Oppenheim* Magunt. dioces.

Digitized by Google

dioceſ. executores ad infra ſcripta a ſede apoſtolica una cum honorabili viro Domino Scolaſtico eccleſie predicte noſtra in hac parte collega cum clauſula *quod ſi non omnes* ſpecialiter deputati Venerabilibus & religioſis viris Dominis Abbati Priori & conventui monaſterii ſancti *Albani* extra muros Magunt. ſingulisque perſonis ejusdem Monaſterii ac dignitates perſonatus adminiſtraciones & officia quecumque obtinentibus in eodem, nec non omnibus & ſingulis aliis quorum intereſt vel intererit & quos infraſcriptum tangit negocium vel tangere poterit quomodolibet in futurum ſalutem in Domino & mandatis noſtris ymmo verius apoſtolicis firmiter obedire. Litteras ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Urbani* divina providentia Pape VI. ejus vera bulla plumbea in filo canapis more romane curie bullatas non vitiatas non cancellatas non raſas aut in aliqua ſui parte ſuſpectas nobis per peritum virum magiſtrum *Johannem de Buczpach* magiſtrum in artibus rectorem ſcolarium eccleſie Magunt. procuratorem & procuratorio nomine honorabilis & periti viri magiſtri *Johannis Gotſchalci* magiſtri in artibus & Baccallarii in medicinis procurationis poteſtate nobis per legittima documenta extitit facta plena fides una cum littera *vidimus* nuncupata reverendiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini *Adolffi* Archiepiſcopi Magunt. ac proceſſu executoriali per nos *Philmannum* Decanum & quondam *Conradum* Cantorem eccleſie ſancte *Katherine* in *Oppenheim* predicte emiſſum & emanatum nos cum ea qua decuit reverencia coram notario & teſtibus infra ſcriptis preſen-

hannis Bacalarii in medicinis de & ſuper eccleſia parrochiali in Udenheim.

ſen-

Digitized by Google

ſentatas recepiſſe noveritis. Quarum litterarum principia & fines ſequuntur in hec verba, & primo litere gratioſe principium tale eſt: *Urbanus* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Decano & Cantori ac Scolaſtico eccleſie ſancte Katherine in Oppenheim Magunt. dioceſ. ſalutem & apoſtolicam benedictionem, dilecti filii *Johannis Gotſchalci* pauperis clerici Magunt. dioceſ. apud ſedem apoſtolicam conſtituti, ſupplicationibus inclinati diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de vita & converſatione ipſius clerici qui ut aſſerit beneficium aliquod eccleſiaſticum non obtinet & quem per certos examinatores ſuper hoc deputatos a nobis de litteratura examinari fecimus diligenter, quique in illa repertus eſt ydoneus ad eccleſiaſticum beneficium obtinendum ſollerter inquirentes ſi eum vite laudabilis & honeſte converſationis eſſe reppereritis & aliud beneficium eccleſiaſticum non obtineat aliud quoque canonicum non obſiſtat & de aliquo beneficio eccleſiaſtico cum cura vel ſine cura conſueto ab olim clericis ſecularibus aſſignari dummodo in eccleſia cathedrali non exiſtat cujus fructus redditus & proventus ſi cum cura viginti ſi vero ſine cura fuerit quindecim marcharum argenti ſecundum taxacionem decime ſi taxatum fuerit, vel ſi taxatum non fuerit ſecundum quod de ipſo pro decima communiter perſolvi conſuevit, valorem annuum non excedant ad collacionem vel preſentacionem dilectorum filiorum Abbatis & conventus monaſterii ſancti *Albani* extra muros Magunt. ordinis ſancti *Benedicti* communiter vel diviſim pertinente, *& cetera.* Finis vero talis eſt Datum Rome apud ſanctum

ctum Petrum XVI. Kl. Junii. Pontificatus noſtri anno primo. Principium vero littere *vidimus* Domini Archiepiſcopi Magunt. tale eſt : *Adolfus* Dei gratia ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius recognoſcimus nos litteras ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Urbani* divina providentia Pape ſexti, ejus vera bulla plumbea more Romane curie bullatas non abraſas &c. Finis vero talis eſt : Datum *Aſchaffenburg* in craſtino beate *Marie* virginis aſſumpcionis anno Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſexto. Principium vero proceſſus executorialis tale eſt: Venerabilibus & religioſis viris Domino Abbati & conventui monaſterii montis ſancti *Albani* extra muros Magunt. nec non aliis quibuscumque quorum intereſt, aut quos tangit ſeu tangere poterit preſens negotium quomodolibet in futurum *Philmannus* Decanus & *Conradus* Cantor eccleſie ſancte *Katherine* in *Oppenheim* Magunt. dioceſ. executores una cum honorabili viro Domino *Petro Smeltzeln* Scolaſtico ejusdem eccleſie in negocio proviſionis infraſcripte per ſedem apoſtolicam in forma generali facte diſcreto viro magiſtro *Johanni Gotſchalci de Steynaw an der Straſſen* Magunt. dioceſ. in artibus magiſtrato, cum illa clauſula *Quod ſi non omnes* & cetera, ab eadem ſede apoſtolica ſpecialiter deputati ſalutem in Domino & mandatis noſtris ymmo verius apoſtolicis reverenter obedire. Litteras ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri, Domini *Urbani* divina providentia Pape ſexti &c. finis vero ante ſubſcriptionem notarii talis eſt: honorabilibus & diſcretis viris Dominis *Johanne*

ſancti *Victoris* extra muros Cuſtode & *Johanne Lade* intra muros beate Marie ad gradus eccleſiarum canonicis Magunt. nec non *Hartmanno Wilde* vicario in eccleſia Magunt. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Subſcriptio vero notarii ſic incipit: Et ego *Conradus* dictus *Wyſt* Clericus de *Treyſa* Magunt. Dioceſ. publicus imperiali auctoritate & ſancte Magunt. ſedis notarius & cetera. Et ſic finit: eciam requiſitus in fidem & teſtimonium omnium premiſſorum. Poſt quarum quidem litterarum preſentacionem & receptionem predictus magiſter *Johannes* de *Butzpach*, procurator & procuratorio nomine magiſtri *Johannis Gotſchalci* ſupradicti, nobis exponere curavit, qualiter noviſſime nondum menſe elapſo quoddam beneficium cum cura videlicet eccleſia parrochialis in *Udenheim* Magunt. dioceſ. per mortem ſeu liberam reſignacionem quondam Domini *Petri* dicti Huffnail presbiteri Magunt. ejusdem beneficii ſeu parrochialis eccleſie, noviſſimi rectoris vacaverit ſeu vacare ceperit, quod ſeu quam predictus magiſter *Johannes* de *Butzpach* procurator & procuratorio nomine quo ſupra meliori modo & forma quibus debuit infra tempus debitum legittime acceptavit, prout in inſtrumento publico deſuper confecto plenius continetur ſub proteſtacione tamen quod ſi hujusmodi eccleſia eidem magiſtro *Johanni Gotſchalci*, virtute dicte ſue proviſionis ſeu gratie & nulli alteri de jure deberetur alioquin ſi ex nunc vel in poſterum ex quacumque appareret cauſa eandem eccleſiam vigore ejusdem ſue gratie non debere quod ex tunc hujusmodi acceptatio ſibi in nullo penitus

pre-

Digitized by Google

prejudicet, & quod acceptacione hujuſmodi non obſtante ſalvum ſit ſibi jus & remaneat, aliud beneficium eccleſiaſticum ſibi virtute dicte proviſionis ſeu gracie nulli alteri debitum acceptandum & debite conſequendum petens a nobis humiliter & devote predictus magiſter *Johannes* de *Butzpach* procurator & procuratorio nomine magiſtri *Johannis Gotſchalci* ſepe dicti Quatenus auctoritate apoſtolica qua fungimur in hac parte proteſtacione premiſſa ſemper ſalva eidem magiſtro *Johanni Gotſchalci* de predicta parrochiali eccleſia in *Udenheim*, providere ac ſibi eam conferre ipſum quoque inveſtire de eadem, ac alia que facienda fuerint in hoc negocio facere dignaremur Nos itaque ejuſdem magiſtri *Johannis de Butzpach* procuratoris & procuratorio nomine quo ſupra, juſtis & rationabilibus ſupplicationibus annuentes auctoritate apoſtolica nobis ut premittitur in hac parte commiſſa, memoratam parrochialem eccleſiam ut ſic vacantem per ipſum magiſtrum *Johannem de Butzpach* nomine quo ſupra ſicuti premittitur acceptatam, eidem magiſtro Johanni auctoritate qua ſupra, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis contulimus & aſſignavimus & ſibi de eadem providimus ac ſibi ipſam conferimus & aſſignamus ſibique de ea providemus per preſentes ac ipſum magiſtrum *Johannem de Butzpach* procuratorem & nomine quo ſupra per librum quem manibus noſtris tenuimus inveſtivimus & preſencium tenore inveſtimus ſua tamen proteſtatione in premiſſis ſemper ſalva Quare vos Dominos Abbatem Priorem & conventum ſingulaſque perſonas monaſterii *ſancti Albani* predicti ac omnes & ſingulos alios

Digitized by Google

quorum intereſt auctoritate apoſtolica nobis in hac parte commiſſa, primo ſecundo & tercio ac peremptoriè requirimus & monemus communiter & diviſim Vobisque nihilominus & veſtrum ſingulis in virtute ſancte obedientie & ſub penis infraſcriptis diſtricte precipiendo mandamus, quatenus infra ſex dies à publicatione ſeu notificatione preſencium immediate ſequentes, quorum dierum vobis & ſingulis veſtrum duos pro primo duos pro ſecundo & reliquos duos dies pro tercio & peremptorio termino ac monicione canonica aſſignamus prefatum magiſtrum *Johannem Gotſchalci* vel ſuum in hac parte procuratorem ejus nomine ad prefatam eccleſiam parrochialem in *Udenheim* de qua ſibi ut premittitur extitit per nos proviſum, & ad ejusdem corporalem poſſeſſionem vel quaſi jurium que ipſius univerſorum ac pertinentium absque quolibet difficultatis obſtaculo recipere & admittere curetis ſibique vel ejus procuratori ſuo nomine, de ipſius beneficii ſeu eccleſie fructibus redditibus juribus & obvencionibus univerſis prout ad vos & quemlibet veſtrum hoc pertinet reſpondeatis & ab aliis reſponderi faciatis integre & complete alioquin in vos Dominos Abbatem Priorem & conventum monaſterii *ſancti Albani* & in ſingulas perſonas ejusdem monaſterii & in omnes alios & ſingulos cujuscumque dignitatis ſtatus ordinis gradus adminiſtracionis officii aut condicionis exiſtant ad quos dicti beneficii per nos memorato magiſtro *Johanni Gotſchalci* collati & aſſignati, collacio preſentacio receptio admiſſio ſeu quevis alia diſpoſitio communiter pertinet vel diviſim, qui in premiſſis vel

ali-

aliquo premiſſorum deliqueritis ſeu deliquerit ac in omnes & ſingulos contradictores quoslibet & rebelles predictum magiſtrum *Johannem Gotſchalci* vel ejus procuratorem in premiſſis impedientes ſeu eos impedientibus dantes conſilium auxilium vel favorem, directe vel indirecte publice vel occulte, quominus idem magiſter *Johannes Gotſchalci* per ſe vel procuratorem ſuum dictum beneficium ſeu eccleſiam vel aliquod jus ad ipſum ſeu ipſam pertinens ac ipſorum fructus redditus proventus jura obvenciones & emolumenta, libere & cum integritate debita recipere valeat & pacifice poſſidere nec non in dantes alteri, & recipientes dictum beneficium ſeu eccleſiam vel aliquod jus ad ipſum vel ipſam pertinens ſex tamen dierum predicta canonica monicione premiſſa ſingulariter & in ſingulos excommunicationis in capitulum vero ſuſpenſionis veſtri monaſterii *ſancti Albani* & in ipſum monaſterium interdicti ſententias auctoritate predicta ferimus & in Dei nomine preſentibus promulgamus. Abſolucione quoque omnium & ſingulorum qui prefatas noſtras ſententias intercurrerint, nobis vel ſuperiori noſtro tantummodo reſervata, Prefatas quoque literas apoſtolicas & hunc noſtrum proceſſum & omnia & ſingula munimenta hujusmodi negocium concernentia penes predictum magiſtrum *Johannem Gotſchalci* vel ejus procuratorem volumus remanere & non per vos vel veſtrum aliquem vel quemquam alium contra ipſius magiſtri *Johannis Gotſchalci* vel ſui procuratoris voluntatem quomodolibet detineri contrarium vero facientes dictorum ſex dierum canonica monicione premiſſa ſententiam ex-

 com-

Digitized by Google

communicationis incurrere volumus ipſo facto Mandamus tamen dicto magiſtro *Johanni Gotſchalci* vel ejus procuratori ut vobis ſi pecieritis copiam de premiſſis faciant, veſtris tamen ſumptibus & expenſis, Ceterum cum ad executionem ulteriorem faciendam aliis arduis prepediti negociis intereſſe non poſſumus Quo circa univerſis & ſingulis Prepoſitis Decanis Scolaſticis Cantoribus Canonicis vicariis eccleſiarum & aliorum beneficiorum rectoribus clericis & notariis publicis quibuscumque per civitatem & dioceſ. Mogunt. conſtitutis & cuilibet eorum in ſolidum auctoritate apoſtolica nobis in hac parte commiſſa ſub pena ſuſpenſionis & excommunicationis jam late ſententie, canonica tamen monicione premiſſa diſtricte precipimus & mandamus quatenus ipſi & quilibet eorum qui requiſitus fuerit, predictum monaſterium *ſancti Albani* perſonaliter accedant & preſentem noſtrum proceſſum & omnia alia inſtrumenta ad preſens negocium facientia in eodem monaſterio vel alibi ubi quando vel quociens fuerit oportunum, vobis & aliis quorum intereſt communiter vel diviſim inſinuent publicent ſeu legi & publicari faciant & procurent In quorum omnium premiſſorum teſtimonium preſentem noſtrum proviſionis proceſſum per diſcretum virum *Johannem* dictum *de Rütlingen* publicum imperiali auctoritate notarium ſcribi & publicari mandavimus ac noſtrorum ſigillorum appenſione juſſimus fideliter communiri, Datum & actum in opido *Oppenheim* in ſacriſtia eccleſie *ſancte Katherine* ſupradicte. Sub anno Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo nono indictione duodecima Pontificatus

ſan-

Digitized by Google

ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Urbani* divina providentia Pape *ſexti* anno duodecimo, die Dominica ultima menſis Octobris hora primarum vel quaſi preſentibus ibidem honeſtis & diſcretis viris Dominis *Johanne Herbiſt Heinrico Meſſerſmied Johanne Klebſattel* vicariis eccleſie predicte clericis Magunt. dioceſ. & *Johanne* dicto *Vederlein* prothonotario opidi predicti teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Johannes* dictus *Potens de Rütlingen* clericus conjugatus conſtantienſis dioces. publicus imperiali auctoritate notarius quia premiſſis litterarum preſentationi receptioni ſignificacioni ſupplicationi requiſicioni proviſioni collacioni & inveſtiture abſolucioni reſervacioni decreto & ſententiarum promulgationi omnibusque aliis & ſingulis premiſſis quemadmodum preſcripta ſunt fierent & agerentur per ante ſatos dominos Decanum & Cantorem commiſſarios & coram eis una cum prenominatis teſtibus preſens interſui, eaque ſic fieri vidi & audivi, Id circo preſentem proceſſum de ſpeciali mandato eorundem dominorum executorum me aliis arduis pre occupato negociis per alium fideliter ſcriptum in hanc publicam formam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum appenſione ſigillorum dominorum executorum preſcriptorum ſignavi in ſidem & teſtimonium omnium premiſſorum.

V.

Inſtrumentum inſinuacionis

In nomine Domini amen. Anno a nativitate ejusdem milleſimo trecenteſimo nonageſimo Indictione tre-

decima

provifionis predicti magiſtri *Johannis* ſuper eccleſia parrochiali in *Udenheim.*

decima Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto pātris & domini noſtri Domini *Bonifacii* Divina providencia Pape *noni* die veneris viceſima prima menſis januarii hora primarum vel quaſi *in monte ſancti Albani* extra muros Magont. ordinis *ſancti Benedicti* ante chorum ejusdem monaſterii in mei notarii publici teſtiumque ſubſcriptorum preſencia perſonaliter conſtitutus honorabilis & peritus vir magiſter *Johannes Gotſcalci* de *Steynaw* Magiſter in artibus & Baccalarius in medicinis habens & tenens in ſuis manibus quendam proceſſum proviſionis gratie ſue per Fe. Rec. ſanctiſſimum in Chriſto patrem & dominum Dominum *Urbanum* Divina providentia Papam *ſextum* in communi forma pauperum facte per honorabiles viros dominos *Philmannum* Decanum & *Nicolaum* Cantorem eccleſie *ſancte Katherine* in *Oppenheim* Magunt. dioces. de & ſuper predicta ſua gratia emiſſum & emanatum ac ſigillis predictorum Dominorum impendentibus ſigillatum & per me notarium ſubſcriptum in formam publicam redactum & inſtrumentatum, cujus principium & finis una cum ſubſcriptione inferius deſcribentur Quem quidem proceſſum predictus magiſter *Johannes* una cum littera gratioſa, vidimus & proceſſu executoriali mihi notario publico ſubſcripo tradidit & porrexit meque eundem proceſſum una cum literis predictis ibidem publice inſinuare & ad noticiam omnium quorum intereſt in hac parte deducere & debite executioni demandare quem eciam proceſſum ego *Johannes* notarius ſubſcriptus tanquam obediens filius cum litteris predictis reverenter ad me recepi eumque & eas ibidem alta clara & intelligibili

gibili voce legi perlegi inſinuavi publicavi & debite executioni demandavi Quo facto predictus magiſter *Johannes* copiam proceſſus predicti valvis ſive januis chori montis *ſancti Albani* ſupradicti affixit ſuper quibus omnibus & ſingulis predictus magiſter *Johannes* me notarium ſubſcriptum cum inſtantia requiſivit, ut ſibi ſuper premiſſis unum vel plura publicum ſeu publica conficerem inſtrumentum aut inſtrumenta preſentibus honeſtis & diſcretis viris Dominis *Hermanno* dicto *Slump* de *majori Winternheim* presbitero Mogunt. & *Nicolao de Steg* clerico Trevers. dioces. teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & rogatis ſubſequenter vero anno indictione pontificatu menſe & die quibus ſupra infra decantationem publice miſſe in ecclesia Magunt. predicta in mei notarii publici & teſtium ſubſcriptorum preſencia iterum perſonaliter conſtitutus honorabilis & peritus vir Magiſter *Johannes Gotſchalci* ſupradictus habens & tenens in ſuis manibus literas & proceſſus ſupradictas quas inquam litteras & proceſſum idem magiſter *Johannes* tum ibidem mihi notario publico ſubſcripto tradidit & porrexit meque eas legere & publicare ibidem fecit & requiſivit Quas ut ſic ad me recepi easque ad requiſitionem predicti magiſtri *Johannis* alta clara & intelligibili voce legi perlegi inſinuavi & publicavi ac debite executioni demandavi Quibus ut ſic lectis & publicatis ſepe fatus magiſter *Johannes Gotſchalci* copiam proceſſus ſupradicti valvis ſive januis eccleſie Magunt. predicte ubi ut frequenter talia affigi ſolent affixit ſuper quibus omnibus & ſingulis predictus magiſter *Johannes* me *Johannem* notarium

ſubſcriptum inſtanter requiſivit ut ſibi ſuper premiſſis unum vel plura publicum vel publica quotquot ſufficiunt conficerem inſtrumentum vel inſtrumenta. Acta ſunt hec anno indictione pontificatu menſe die hora & locis quibus ſupra preſentibus honeſtis & diſcretis viris dominis *Hermanno Slump* de *majori Winternheim* presbitero Mogunt. & *Nicolao de Steg* clerico Trevires. dioces. ac aliis pluribus fide dignis aſtantibus teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & rogatis. principium vero proceſſus de quo ſupra fit mentio eſt tale: *Philmannus* Decanus & *Nicolaus* Cantor eccleſie *ſancte Katherine* virginis apud *Oppenheim* Magunt. dioces. executores ad infraſcripta a ſede apoſtolica una cum honorabili viro domino Scolaſtico eccleſie predicte noſtro in hac parte collega cum clauſula: Quodſi non omnes ſpecialiter deputati &c. venerabilibus & religioſis viris dominis Abbati Priori & conventui monaſterii *ſancti Albani* extra muros Magunt. ſingulisque perſonis ejusdem monaſterii ac dignitates perſonatus adminiſtraciones & officia quecumque obtinentibus in eodem nec non omnibus & ſingulis aliis quorum intereſt vel intererit & quos infraſcriptum tangit negocium vel tangere poterit quomodolibet in futurum ſalutem in domino & mandatis noſtris immo verius apoſtolicis firmiter obedire. Literas ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini *Urbani* divina providencia pape *ſexti*, ejus vera bulla plumbea &c. finis vero ante ſubſcriptionem notarii talis eſt: datum & actum in opido *Oppenheim* in ſacriſtia eccleſie *ſancte Katherine* ſupra dicte ſub anno Domini milleſimo trecen-

teſimo

teſimo octuageſimo nono indictione duodecima pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Urbani* divina providentia Pape *ſexti* anno duodecimo, die dominica ultima menſis Octobris hora primarum vel quaſi preſentibus ibidem honeſtis & diſcretis viris domino *Johanne Herbiſt Henrico Meſſerſmied*, *Johanne Klebſattel* vicariis eccelefie predicte, clericis Magunt. dioces. & *Johanne* dicto *Vederlein* prothonotario opidi predicti teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. principium vero ſubſcriptionis notarii tale eſt & ego *Johannes* dictus *Potens de Rütlingen* clericus conjugatus Conſtantiens. dioces. publicus imperiali auctoritate notarius quia premiſſis &c. finis autem ejus talis eſt: ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum appenſione ſigillorum dominorum executorum preſcriptorum ſignavi in fidem & teſtimonium omnium premiſſorum.

Et ego *Johannes* dictus *Potens de Rütlingen* clericus Conſtantienſis dioces. conjugatus publicus imperiali auctoritate notarius quia premiſſis litterarum apoſtolicarum & proceſſuum inſinuationi intimationi omnibusque aliis copiarum affixioni & requiſicioni que dum ut preſcribuntur, temporibus & locis quibus ſupra ſic fierent & agerentur, una cum prenotatis teſtibus preſens interfui, easque ſic fieri vidi & audivi id circo preſens publicum inſtrumentum per alium fideliter ſcriptum me aliis prepedito negociis exinde confeci & in hanc publicam formam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi, in fidem & teſtimonium premiſſorum rogatus & requiſitus.

Digitized by Google

VI.

Inſtrumentum, inſinuacionis appellacionis prefati magiſtri *Johannis Gotſchalci* a non admiſſione predičte ecclcſie in *Udenheim.*

In nomine Domini amen. Anno à nativitate ejusdem milleſimo trecenteſimo nonageſimo indiĉtione tredecima Pontificatus ſanĉtiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Bonifacii* Divina providentia Pape *noni* anno primo, die Veneris viceſima oĉtava menſis Januarii hora veſperarum vel quaſi in civitate Magunt. ante portam curie ſive domus vulgariter *zum Spanheimer* nuncupate in mei notarii publici teſtiumque ſubſcriptorum preſencia perſonaliter conſtitutus honorabilis & peritus vir magiſter *Johannes Gotſchalci* magiſter in artibus & Baccalarius in medicinis habens & tenens in ſuis manibus, quandam appellacionem pridem per ipſum magiſtrum *Johannem* viceſimâ ſeptima die menſis prediĉti, contra venerabiles & religioſos viros Dominum Abbatem & conventum monaſterii *ſanĉti Albani* extra muros Magunt. ordinis *ſanĉti Benediĉti* ac quondam *Heilmannum Weydebecher de Franckenfordia* gerentem ſe pro presbitero Mag. dioc. ſuper non admiſſione coram me notario publico ad ſanĉtam ſedem Apoſtolicam interpoſitam & interjeĉtam ac per me in formam publicam redaĉtam & inſtrumentatam prout in eadem appellacione cujus principium & finis unacum ſubſcriptione mei notarii publici inferius deſcribuntur plenius continetur Quandoquidem appellacionem prediĉtus magiſter *Johannes* mihi notario publico ſubſcripto, tunc ibidem tradidit & porrexit meque eam tunc ibidem ſupradiĉto *Heilmanno Weidebecher* de *Franckenfordia* finaliter ibidem preſente & aſtante legere inſinuare &

inti-

Digitized by Google

intimare fecit & requiſivit Quam ut ſic ad me recepi & ad requiſicionem antedicti magiſtri *Johannis Gotſchalci* ibidem alta clara & intelligibili voce legi & perlegi, eamque predicto *Heilmanno Weidebecher* perſonaliter inſinuavi & intimavi qua ut ſic lecta & inſinuata predictus magiſter *Johannes* ſepe dicto *Heilmanno* copiam ejusdem appellacionis autenticam & in formam publicam redactam tradidit & aſſignavit ſuper quibus omnibus & ſingulis ſepe tactus magiſter *Johannes Gotſchalci* me notarium publicum ſubſcriptum requiſivit quatenus ſibi de eisdem unum vel plura publicum ſeu publica conficerem inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Acta ſunt hec anno indictione pontificatu menſe die hora & loco quibus ſupra preſentibus honeſtis & diſcretis viris Dominis *Hermanno Slump* presbitero de majori Winternheim presbitero *Nicolao de Stege* clericis Magunt. & Trevirenſ. dioceſ. & *Conrado Hüne* procuratore cauſarum ſancte ſedis Magunt. teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & rogatis. Principium vero appellacionis de qua ſupra ſit mentio tale eſt: In nomine Domini amen. Anno a nativitate ejusdem milleſimo trecenteſimo nonageſimo indictione tredecima pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Bonifacii* Divina providentia Pape *noni* die Jovis viceſima ſeptima menſis Januarii &c. finis vero ante ſubſcriptionem talis eſt: Lecta & interpoſita eſt hec appellacio anno indictione pontificatu menſe die hora & loco quibus ſupra preſentibus honeſtis & diſcretis viris Dominis *Jacobo de Swabeheim* publico imperiali auctoritate notario & *Heinrico Currificis de Geylnhuſen* clericis

 Magunt.

Digitized by Google

Magunt. dioceſ. teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & rogatis. Subſcriptio vero ſic incipit: Et ego *Johannes* dictus *Potens de Rutlingen* Clericus conjugatus Conſtantienſis dioceſ. publicus imperiali auctor &c. Et ſic finit: ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi, in fidem & teſtimonium premiſſorum rogatus & requiſitus.

Et ego *Johannes* dictus *Potens de Rütlingen* Clericus conjugatus Conſtantienſis dioceſ. publicus imperiali auctoritate notarius Quia premiſſis appellacionis lectioni inſinuacioni intimacioni copie tradicioni & requiſicioni, omnibusque aliis & ſingulis que dum ut preſcribuntur ſic fierent & agerentur unacum prenotatis teſtibus preſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi. Idcirco preſens publicum inſtrumentum per me ſcriptum exinde confeci ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi in fidem & teſtimonium premiſſorum rogatus & requiſitus.

Sequuntur tres ſententie diffinitive conformiter in Romana curia late de & ſuper eccleſia parrochiali in *Udenheim* pro parte Magiſtri *Johannis Gotſchalci* Baccalarii in medicinis.

Prima ſententia.

VII.

„ Secunda ſententia diffinitiva de & ſuper eccle„ ſia parochiali in *Udenheim*.

VIII.

Digitized by Google

VIII.

„ Tertia ſententia diffinitiva ſuper eccleſia paro-
„ chiali in *Udenheim.*

IX.

„ Executoria ſuper preſcriptas tres ſententias „ diffinitivas de & ſuper eccleſia parochiali in *Uden-* „ *heim.*

X.

„ Proceſſus ſuper executoria de & ſuper eccleſia „ parrochiali in *Udenheim.*

XI.

„ Littera *Vidimus* ſuper executoria pro parte Ma- „ giſtri *Johannis* Supradicti de & ſuper eccleſia pa- „ rochiali in *Udenheim.*

Acta hæc & actitata coram judice Romano ſtudioſè omittimus, ne à præfixo nobis ſcopo de hiſtoriâ patriæ ſolummodo illuſtrandâ vel latum unguem aberremus.

XII.

Tranſſumptum Dominorum judicum ſedis Magunt. cujusdam littere in qua Dominus Philippus de Hohenvels *recognoſcit. Quod in eccleſia* Udenheim *nihil juris obtineat vel eciam vendicet.*

In nomine Domini amen. Judices ſancte Magunt. ſedis recognoſcimus & preſenti tranſſcripto publico conſtare volumus univerſis quod in noſtra & publici notarii, ac teſtium ſubſcriptorum ad hoc vocato-

rum

Digitized by Google

rum ſpecialiter & rogatorum preſencia conſtitutus perſonaliter honorabilis & peritus vir magiſter *Johannes* Paſtor eccleſie parrochialis in *Udenheim* Magunt. dioc. exhibuit produxit & oſtendit publice, quandam patentem litteram in pergameno conſcriptam, vero & integro ſigillo *Philippi de Hoenvels* imperialis aule camerarii ut prima apparebat facie impendentis ſigillatam non cancellatam non abraſam, ſed ſanam & integram ac omni prorſus vitio & ſuſpicione carentem cujus quidem littere tenor de verbo ad verbum una cum ipſius ſigilli ſpecificatione inferius deſcribuntur, proponens & aſſerens quod ipſe eadem littera & in ea contentis ſue & dicte ſue paſtorie nomine neceſſario indigeret, timeretque, ne ipſa littera amitteretur aut quod dampna tam in ſcripturis quam ſigillo ejusdem littere caſu fortuitu evenirent, unde nobis humiliter ſupplicavit quatenus ex cauſis premiſſis eandem litteram per Conradum notarium publicum & ejusdem ſedis ſcribam juratum infraſcriptum de verbo ad verbum tranſſumi & in publicam formam ſub noſtro ſigillo, & ejusdem notarii ſigno ſolito & conſueto redigi noſtra auctoritate ordinaria & decreto mandare dignaremur In finem ut idipſum tranſſumptum loco dicte originalis littere tam intra quam extra judicia eccleſiaſtica vel mundana & alias ubicumque locorum talis modi tranſſcriptum ſeu tranſſumptum deportari deferri & exhiberi contigerit, fidem faciat & poſſit facere indubitam. Nos itaque judices ſupradicti, eadem littera & ipſius ſigillo viſis & diligenter inſpectis & absque ſuſpicione aliqua reputatis ejusdem magiſtri

Johan-

Digitized by Google

Johannis ſupplicationi, tamquam racionabili annuentes predictam litteram tranſſcribi & tranſſumi mandavimus & publicari, ſeu in publicam formam redigi, per *Conradum* notarium ſubſcriptum, dicte quoque ſedis ſigilli appenſione fecimus communiri & corroborari volentes & tenore preſencium decernentes, quod tranſſcripto hujusmodi deinceps in omnibus & per omnia plena fides adhibeatur tam intra quam extra judicia, eccleſiaſtica vel mundana ſicuti originali littere antedicte, ipſum quoque tranſſcriptum fidem faciat in agendis, quibus omnibus & ſingulis noſtram interpoſuimus & preſentibus interponimus auctoritatem pariter & decretum. Tenor vero litere prementionate ſequitur in hec verba & eſt talis: *Philippus de Hohenvels* imperialis aule camerarius notum eſſe volumus univerſis, quod cum inter nos & dominos Abbates *ſancti Albani* Magunt. ſuper jure patronatus eccleſie in Udenheim, quod nos ab ipſis cum ceteris feudis aſſeruimus pertinere iidem vero dicebant hoc exceptum diucius queſtio verteretur, nos liti cedentes tenore preſentium recognoſcimus quod in dicta eccleſia nihil juris obtinemus vel eciam vendicamus in cujus evidenciam preſencia ſigillo noſtro dedimus communita Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo menſe Aprili. Specificatio autem & deſcriptio ſigilli de quo ſupra fit mentio cernitur eſſe talis Nam ipſum ſigillum cernitur forme triangularis ad inſtar clippei ſculptura vero intrinſeca imago cujusdam viri armati ſuper equo cum longa cauda quaſi currente, ſedentis galeam ſive criſtam in capite gerentis & haſtam habentis in

Vid. Nrm. I.

Digitized by Google

manu dextera in ſiniſtra vero parte clippeum in quo inquam clippeo, erat ſculpta figura quaſi parve rote ſcriptura circumferencialis fuit talis ; Sigillum *Philippi de Hohenvels.* In quorum premiſſorum evidens teſtimonium preſens tranſcriptum ſeu dicte litere exemplum cum ipſius ſigilli deſcriptionibus per ſubſcriptum notarium modo premiſſo, ſcribi & fieri mandavimus & in formam publici inſtrumenti redigi & ſigilli noſtri appenſione fecimus communiri Datum & actum in civitate Magunt. in circuitu eccleſie Magunt. ſub anno à nativitate Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo octavo indictione ſexta pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini *Bonifacii* Divina providentia Pape *noni* anno decimo die vero viceſima tercia menſis Decembris hora ejusdem diei paulo poſt decantationem veſperarum. Preſentibus ibidem honorabilibus & peritis viris magiſtris *Nicolao Kongiſtein* Licentiato & *Johanne Muſſhont.* Baccalario in decretis vicariis eccleſie Magunt. predicte pro teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & rogatis.

Et ego *Conradus* de *Grüna* clericus Magunt. dioces. publicus ſacra imperiali auctoritate & ejusdem ſancte Magunt. ſedis notarius juratus quia predicte litere exhibitioni lecture ſupplicationi, auctoritati & decretis dominorum judicum interpoſitioni aliisque omnibus & ſingulis ſupraſcriptis dum ſic ut preſcribitur per memoratos dominos judices & coram eis agerentur & fierent, una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque ſic fieri vidi & audivi id circo ſupradictam literam de mandato dominorum

meo-

meorum judicum & requiſitionem magiſtri *Johannis* paſtoris in *Vdenheim* predictorum manu propria tranſſcripſi & in hanc publicam formam redegi, nil addens nil minuens quod ſenſum mutet aut viciet intellectum ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum dicte ſedis ſigilli appenſione ſignavi rogatus & requiſitus in teſtimonium premiſſorum.

XIV.

Tranſſumptum dominorum judicum ſedis Magunt. cujusdam littere in qua Hertbortus *Paſtor ecclesie in* Vdenheim *confitetur ſibi proviſum eſſe a domino Abbate ſuper dicta eccleſia & a nullo alio quam ab eodem abbate & ſuo Monaſterio.*

In nomine Domini amen. Judices ſancte Magunt. ſedis recognoſcimus & preſenti tranſcripto publico notum facimus univerſis quod in noſtri & notarii publici ac teſtium ſubſcriptorum ad hec ſpecialiter vocatorum & rogatorum preſentia, perſonaliter conſtitutus honorabilis & peritus vir magiſter *Johannes* paſtor eccleſie parrochialis in *Vdenheim* Magunt. dioces. exhibiuit produxit & oſtendit publice quandam patentem literam in pergameno conſcriptam, vero & integro ſigillo venerabilium dominorum judicum ejusdem ſancte Magunt. ſedis predeceſſorum noſtrorum ut prima apparebat facie impendenti ſigillatam cujus tenor inferius de verbo ad verbum deſcribitur quam quidem literam idem pa-

Digitized by Google

ſtor ſuo & dicte ſue paſtorie nomine tranſſcribi peciit, & in publicam formam redigi ac ſigillo noſtro auctoritate ordinaria & decreto, ne ipſa litera caſu fortuitu ammitteretur, nos itaque judices predicti viſa & diligenter inſpecta eadem litera lecta & absque ſuſpicione aliqua reputata, ejusdem magiſtri Johannis peticioni utpote racionabili annuentes predictam literam tranſcribi & publicari mandamus per *Conradum* notarium publicum & ejusdem ſancte Magunt. ſedis ſcribam juratum infraſcriptum ac ſigillo noſtro fecimus ſigillari volentes ac tenore preſencium decernentes quod tranſcripto hujusmodi deinceps ubique locorum in omnibus & per omnia plena fides adhibeatur tam in judicio quam extra, eccleſiaſtico vel temporali ſicut originali litere antedicte ipſum quoque tranſcriptum fidem faciat, in agendis quibus omnibus & ſingulis noſtram auctoritatem interponimus pariter & decretum. Tenor vero ejusdem litere de verbo ad verbum eſt talis. *Hartwicus* dictus *Blerringk* canonicus eccleſie Wormatienſis & paſtor eccleſie parrochialis in *Vdenheim* omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris cupio notum eſſe quod licet domini de *Hohenvels* item Domini de *Bolandia* item quod fratres mei de jure patronatus eccleſie in *Vdenheim* ſe intromiſerint, & de conferendo ipſam eccleſiam, jam dudum ſibi jus vendicaverunt minus juſte quamvis eciam prefati Domini de *Hohenvels* & de *Bolandia*, nec non & fratres mei me ad eccleſiam preſentaverint ante dictam. Ego tamen habens de hac conſcientiam, quia ex certa ſciencia a progenitoribus meis, & ab aliis fidelibus

Digitized by Google

libus prediĉte ville ſenioribus referentibus ſcio prediĉtam eccleſiam immo totam proprietatem ville *Udenheim* cum decimacionibus ſuis, ad Abbatem monaſterii *ſanĉti Albani* & ad ſuum monaſterium prediĉtum jure pleniſſimo pertinere jusque patronatus ejusdem eccleſie indubitanter habere, qui collacioni omnique preſentacioni per quemcunque de perſona mea faĉte tamquam non juſtis & minus veris abrenuncians una cum omnibus litteris mihi ſuper hoc traditis coram dominis ſanĉte Magunt. ſedis judicibus dominum Abbatem monaſterii *ſanĉti Albani*, qui ſui gratia de ſepeſata mihi providit eccleſia verum eſſe patronum eccleſie parrochialis in *Udenheim* ſcio & eſſe confiteor per preſentes meque eam a nullo alio homine quam ab eodem Abbate & ſuo monaſterio poſſidere tenore preſencium ſigillo dominorum judicum quod ad preces meas preſentibus eſt appenſum ſimpliciter recognoſco & nos judices prefati recognicioni huic, coram nobis faĉte ad preces & rogatum ſupra diĉti domini *Hertwici* ſigillum noſtrum appendimus huic carte Datum & aĉtum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo. In cujus rei teſtimonium preſens tranſcriptum per *Conradum* ſupra & infraſcriptum notarium publicum fieri, & in formam publici inſtrumenti redigi & ſigilli noſtri appenſione mandavimus communiri Datum & aĉtum in civitate Magunt. in circuitu ſeu ambitu eccleſie Magunt. ſub anno à nativitate Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo oĉtavo indiĉtione ſexta Pontificatus ſanĉtiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini *Bonifacii* Divina providentia Pape *noni* anno

Digitized by Google

decimo, die vero viceſima tercia menſis Decembris hora ejusdem diei ſtatim poſt decantacionem Veſperarum preſentibus ibidem honorabilibus & peritis viris magiſtris *Nicolao Kongiſtein* licentiato & *Johanne Müſshond* Baccalario in decretis vicariis dicte Magunt. eccleſie pro teſtibus ad premiſſa vocatis & rogatis.

Et ego *Conradus de Grüna* Clericus Magunt. dioceſ. publicus ſacra imperiali auctoritate & ſancte Magunt. ſedis notarius juratus quia predicte litere exhibicioni lecture ſupplicationi auctoritati decretis dictorum judicum interpoſicioni aliisque omnibus & ſingulis ſupraſcriptis dum ſic ut preſcribitur per memoratos Dominos judices & coram eis agerentur & fierent unacum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque ſic fieri vidi & audivi idcirco ſupradictam literam de mandato Dominorum meorum judicum & requiſicione magiſtri Johannis paſtoris in *Udenheim* predictorum manu mea propria tranſſcripſi & in hanc publicam formam redegi nil addens vel minuens quod ſenſum mutet aut viciet intellectum ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis, una cum prefate ſedis ſigilli appenſione ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium predictorum.

§. 13.

Ne quid deſit, beneficia non curata ad parochiales eccleſias ſupra recenſitas pertinentia è regiſtro anni MDXI. hic ſubjungimus. In

Heyſſesheim. primiſſaria.
Ingelheym infer. primiſſaria.

Ingel-

Digitized by Google

Ingelheym ſuper. altare ſancti Nicolai.
Altare B. Marie Virginis.
Altare S. Georgii in Engelndal ibidem.
In clauſtro Ingelnheymhuſen:
Altare S. Bartholomei.
Altare S. Georgii.
Winternheym altare B. Marie Virg.
Altare S. Johannis (a).
Capella S. Crucis.
Capella S. Michaelis.
Swabenheym, altare B. Marie Virg.
Ylsheym, capella in Huſen.
Bubenheym altare B. Marie Virg.
Gugenheym altare S. Nicolai, altare B. Marie Virg.
Saulnheim infer. altare Beate Marie Virginis (b).
Altare S. Anthonii.
Altare S. Nicolai.
Capella S. Bartholomei.
Saulnheim ſuper. altare S. Johannis altare B. Marie Virg.
Udenheim altare B. Marie Virg. (c) *altare S. Nicolai.*
Schornsheim. altare S. Petri.
Wirſtat. altare S. Michaelis.
Altare S. Nicolai.
Altare Ss. Petri & Pauli.
Altare B. Marie Virginis in Soltzheim.
Eicheloch altare B. Marie Virg.
Waltertheim altare B. Marie Virg.
Altare S. Barbare.
Altare S. Nicolai.

Altare

Digitized by Google

Altare S. Michaelis.
Altare S. Katharine.
Winheim altare S. Nicolai.
Altare B. Marie Virginis.
Wolffsheim altare B. M. Virg.
Sprendelingen Capella S. Gertrudis.
Altare S. Michaelis (d).
Megelsheim aliàs ad S. Johannem altare S. Johannis Baptiſte.
Altare B. Marie Magdalene.
Altare omnium ſanctorum (e).
Altare B. M. Virg.
Capella in Welgesheim.
Harwyler altare B. M. Virg.
Aſpesheym. primiſſaria.
Altare S. Katharine.
Büdesheym Capella S. Anne.
Altare S. Petri.
Ockenheim altare S. Katharine primiſſaria (f).
Algesheim. primiſſaria.
Altare S. Crucis.
Altare S. Michaelis.
Altare S. Anthonii.
Altare B. Marie Virg.
Hexheim altare B. Marie Virg. (g).

(a) Nos *Thomas* Dei gracia Abbas monaſterii *S. Maximini* extra muros Treverenſ. ordinis *S. Benedicti* honorabili in Chriſto dilecto *Philippo de Winternheim majori* presbytero Mogunt. ut Rectori & poſſeſſori altaris *ſancte Crucis* in *Surſwabenheim*, *ſancti*

ſancti quoque *Johannis* in *Winternheim majore* dicte dioc. ſalutem in Domino. Ut dicta altaria, quorum collationes, preſentationes aut aliæ quævis diſpoſitiones ad nos tanquam verum patronum & collatorem ſpectare dinoſcuntur, hac vice cum habili & ydonea perſona pro quocumque aliquo eccleſiaſtico beneficio permutare poſſitis atque valeatis, dummodo hujusmodi permutatio ex rationabilibus proceſſerit cauſis & aliud canonicum non obſiſtat impedimentum, plenam & liberam concedimus facultatem, noſtrumque conſenſum pariter & aſſenſum hujusmodi permutationi, dummodo eandem celebrare contigerit preſentibus indulgemus. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum fidem & teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt ſubimpenſum. Datum anno Dni milleſimo quingenteſimo ſecunda die Veneris poſt *Laurentii* que fuit duodecima dies Auguſti.

(b) Anno Dni MDVII. *Jacobus Arch. Mog. Ivoni Wittich* in commiſſis dedit negotium permutationis beneficiorum *Johannis Kudel* altariſte altaris *ſancti Anthonii* in *inferiori Sauwelnheim* & *Johannis Kleinſchuch* altariſte altaris *Beate Marie Virginis* in *Olmena inferiori* & *Johannis Schmidt* altariſte altaris *Beate Marie Virginis in inferiori Saulnheim.*

I.

Noverint univerſi tam preſentes quam poſteri preſencium inſpectores, quos noſſe fuerit oportunum, quod ego *Petrus* miles *de Sauwilnheim* de- Dotatio altaris B. M. Virg. in *Saulheim.*

cem maldrorum boni & legalis ſiliginis annuos & perpetuos redditus de meis bonis ſitis in terminis ville *Lurzwilre* cedentes, quorum bonorum ſitus talis, videlicet duo jugera campeſtria ſita ſunt in loco dicto Mulenwege apud liberos dicti quondam mende militis. Item unum jugerum an deme Eſelvalle. It. duo jugera under den Leen in via qua itur verſus Oppenheim. Item duo jugera in illis quatuor jugeribus ſub ſilva dicti quondam Mende militis predicti, que tangunt per viam dictam Holzwech. Item unum & dimidium jugera an deme plemberge que trahunt in dy Wyſen. It unum magnum jugerum in via qua itur verſus caſtrum Suabisberg. Item tria jugera que fuerunt vulgariter dicta ein erde apud dominas de ſancta Clara. It. dimidium jugerum da der dirheibete weg durchgeth ſuper Dominas de ſancta Clara. It. tria jugera under den ſes morgen que trahunt per viam qua itur verſus villam Biſchovesheim, Item duo & dimidium jugera an deme valdore in via qua itur verſus Biſchovesheim. Item unum & dimidium jugera in illis tribus jugeribus que ſunt ſita in villa dicta Zweydelen of der duphuſen. Item unum jurnalem vinee an deme duchilberge. Item unum duale agri retro villam Lurzwilre predictam de quo cedunt annuatim & ſolventur octo cappones. Item duo jugera an deme langen reien. Item unum jugerum apud Herbordum in ſuperiori ſulco. It. unum jugerum an deme Kune geſtule. It. unum jugerum apud prefatum quondam dictum Mende prope viam dictam caſtri Suabesberg. Item duo jugera in illis ſex jugeribus in via qua itur verſus

ſus Biſchovesheim conſulcanea Herbordo. Et ego *Berwelſus* armiger de *Sauwilnheim* ſimiliter decem maldrorum ſiliginis bone & legalis annuos & perpetuos redditus cedentes & provenientes de meis jugeribus agrabilibus ſitis in terminis ville Sauwilnheim predicte, quorum ſitus talis eſt, videlicet quinque jugera agrorum juxta fontem dictum oſterbonne It. quinque jugera et dimidium duale ſita in campo dicto flaſgarten; Ego quoque *Johannes* Diaconus de *Sauwilnheim* quondam Rector puerorum ibidem quatuor jurnales vinearum ſitas in terminis ville Stadeckin in loco dicto vulgariter an deme horne; Ego etiam *Kuſa* Begina de *Sauwilnheim* quatuor maldrorum bone et legalis ſiliginis annuos et perpetuos redditus cedentes et provenientes de bonis meis infra ſcriptis in terminis ville ſtadeckin videlicet quorum ſitus talis eſt, duo et dimidium jugera in campo qui dicitur in der oberſten Aduch et unum et dimidium jugera in campo qui dicitur in der niderſten Aduch damus et tradimus donatione legitima inter vivos ad unum altare conſtitutum in eccleſia parochiali inferioris ville *Sauwilnheim* dedicatum in honore *beate virginis* nec non dotavimus & dotamus idem altare concorditer & unanimi voluntate cum predictis redditibus in modum ſubſcriptum videlicet quod ſine prejudicio juris ipſius eccleſie parochialis & plebani ibidem pro tempore exiſtentis nec non Archidiaconi loci ejusdem & de conſenſu ſuo & capituli eccleſie *ſancte Marie in Campis* Magunt. cui predicta eccleſia in Sauwilnheim incorporata eſt ſacerdos actu exiſtens quem nos *Pe.* & *Berwelſus* ſoli-

Digitized by Google

dum vixerimus vel alter noſtrum altero ſublato de medio preſentabimus vel preſentabit predicto Domino Archidiacono pro tempore exiſtenti inveſtitus ab ipſo domino Archidiacono vel ejus vices gerente officiabit altare predictum incipiendo miſſam dicere in ipſo altari ſtatim poſt horam offertorii ſumme miſſe ibidem celebrande; ad quod quidem altare diſcretum virum *Johannem* Diaconum quondam rectorem puerorum ibidem in Sauwilnheim ex nunc ipſi Domino Archidiacono hiis litteris preſentamus qui *Johannes* ad dictam preſentacionem noſtram à jam dicto domino Archidiacono de altari hujusmodi inveſtitus officiabit ſecundum omnem modum ſuperius prenarratum altare predictum poſtquam vero nos *Petrus* & *Berwelſus* ambo deceſſerimus ab hac luce, tunc Decanus predicte eccleſie ſancte Marie in Campis exiſtens pro tempore ad dictum altare vacans ex obitu vel reſignacione ipſius Johannis vel cujuscunque alterius rectoris ipſius altaris alium diſcretum virum actu ſacerdotem infra menſem à tempore vacationis ejusdem altaris proxime computandum preſato Dno Archidiacono aut ejus officiali preſentabit pro inveſtitura altaris hujusmodi optinenda, in qua preſentacione ſi idem Decanus negligens inventus fuerit vel remiſſus preſentacio & collatio dicti altaris propter negligentiam eandem ad prenotatum Archidiaconum ſolummodo pertinebit, ſed ſi ipſa eccleſia ſancte Marie in Campis ex quacunque cauſa per dimidium annum vacaverit decanatu vacante altari predicto tunc iterum ipſe Dominus Archidiaconus propter carentiam ipſius Decani alium ſacerdotem diſcre-

diſcretum preſentabit ad idem altare & eundem inveſtiet ut juſtum fuerit de eodem qui inquam ſacerdos officiabit prefatum altare prout ſuperius eſt expreſſum, poſtquam autem prenotatum altare poſtea vacaverit ex obitu vel reſignatione ejusdem ſacerdotis preſentacio & collacio dicti altaris ad Decanum in ipſa eccleſia ſancte Marie in Campis exiſtentem ut prius iterum pertinebit; volumus etiam quod predicti redditus viginti quatuor maldrorum ſiliginis cuilibet ſacerdoti officianti ipſum preſententur & ſolvantur in omnem eventum abſque diminucione qualibet ſingulis annis infra duo feſta Aſſumptionis & Nativitatis Beate Virginis in villa *Sauwilnheim* ante domum quam ipſe ſacerdos inhabitat ſine omnibus ſuis laboribus periculis & expenſis, predictas vero vineas de quibus ſingulis annis infra feſta Aſſumpcionis & Nativitatis beate virginis ſacerdoti in capella *ſancti Georgii* apud villam Partinheim celebranti unum ſolidum Colon. denar. nomine annui cenſus ſolventur, prefatus ſacerdos ipſum altare officians excolet ſuis expenſis ſi voluerit vel locabit alteri eas laboranti, ſecundum quod ipſi ſacerdoti videbitur expedire, preterea ſi ego Petrus miles predictus voluero bona mea prefata ſita in terminis ville *Lurzwilre* à preſentacione & ſolucione prelibatarum decem maldrorum ſiliginis reddituum me contingentium eximere & penitus liberare, tunc debeo & volo in reſtaurum & recompenſam predictorum reddituum perpetuos redditus aliorum decem maldrorum ſiliginis comparare absque ullius temporis intervallo ſuper aliis certis bonis utilibus & fructiferis

 ſuffi-

ſufficientibus ad ſolucionem prediɛtorum reddituum perpetuorum decem maldrorum ſiliginis comparatorum ſive emptorum, ita videlicet, quod ipſe ſacerdos & ſepe dictum altare in comparacione ſive emptione eorundem reddituum nullatenus defraudentur, ceterum ego *Petrus* & mei in hac parte conſortes predicti, miles volumus & pariter ordinamus quod omnia & ſingula bona premiſſa pro redditibus jam dictis ad uſum ipſius ſacerdotis tanquam dotalitia ipſius altaris indiviſa maneant & jaceant pro ſubpignore in perpetuum obligata; inſuper huic ordinacioni adjicimus in hiis ſcriptis, quod ſacerdos predictum altare officians plebano ipſius eccleſie parochialis niſi in quantum ipſe ſacerdos voluerit mediante diſcretione & aliquo ſervitio ſit aſtrictus, ut autem omnia & ſingula premiſſa obtineant perpetui roboris firmitatem, petimus honorabilium virorum dominorum Jacobi Prepoſiti Decani & capituli eccleſie ſancte Marie in Campis Magunt. ſigillis preſentes litteras ſigillari, quibus etiam litteris ego Petrus miles predictus ſigillum meum appoſui in evidenciam premiſſorum. Nos *Jacobus* dictus de *Lapide* Canonicus majoris & Prepoſitus ſancte Marie in Campis eccleſiarum Magunt. & Decanus & capitulum ejusdem eccleſie ſancte Marie precibus Petri militis, *Berwelſi*, *Cuſe* begine & *Johannis* Clerici prefatorum in hac parte favorabiliter annuentes noſtrum pium & benivolum aſſenſum dotacioni hujusmodi & omnibus premiſſis in hiis litteris contentis prout ad nos pertinet adhibemus ſigilla noſtra in eorundem teſtimonium preſentibus appendentes, ceterum continen-

cie

eie & ordinacioni hujus littere eſt adjectum quod quilibet Sacerdos prenotatum altare officians, matutinis, miſſe & veſperis in ipſa parochiali eccleſia in Sauwilnheim celebrandis cottidie debet intereſſe. Datum anno Dni M°CCC°XI° idus Decembris.

II.

Proclamatio altaris S. Antonii in Saulheim infer.

Officialis venerabilis & nobilis Domini Prepoſiti eccleſie *Beate Marie Virginis in Campis* aliàs ſancte Crucis extra muros Mogunt. omnibus & ſingulis divinorum rectoribus, plebanis, viceplebanis, Capellanis, curatis & non curatis ceteriſque presbiteris & clericis nobis noſtreque jurisdictioni ſubjectis ſalutem in Domino. Venit ad nos Dominus *Bartholomeus Hoim* clericus Mog. dioc. aſſerens ſe ad altare *S. Anthonii* in inferiori Saulheim ſitum ad preſens per obitum quondam Domini *Jacobi Zutter* ultimi illius poſſeſſoris vacans per venerabilem virum Dominum *Michaelem Memler* artium liberalium Magiſtrum & Scolaſticum dicte eccleſie beate Marie Virginis tanquam dicti altaris ratione ſcolaſterie verum patronum & collatorem legitime fore & eſſe preſentatum prout in litteris preſentacionis deſuper confectis & coram nobis facto exhibitis plenius continetur atque habetur ſupplicando nobis humiliter quatenus ipſum ad dictum altare inſtituere & inveſtire aliaque ſibi prout ad noſtrum ſpectat officium impendere dignaremur. Nos doctrinam Apoſtolicam attendentes nemini cito manus ex abrupto imponere, ſed unicuique jus ſuum ſanum & illeſum conſervare cupientes omnes & ſingulos ſua communiter

niter vel diviſim intereſſe putantes ad dicendum opponendum & allegandum quicquid verbo vel in ſcriptis contra preſentacionem & deſideratam inveſtituram noſtras hujusmodi dicere opponere ſivè allegare vellent, nosque de ipſorum jure & intereſſe ſi quod illis ſaltem compecierit legitime informandum per unum publicum proclamacionis edictum citavimus citarique fecimus & mandavimus in certum peremptorium terminum competentem in quo quidem termino adveniente, cum nullus coram nobis comparuit oppoſitor ſive contradictor, nos officialis antefatus prefatum Dominum Bartholomeum preſentatum principalem coram nobis perſonaliter comparentem nosque flexis genibus humiliter petentem ad predictum altare modo premiſſo vacans per birreti capiti ſuo impoſicionem inveſtiendum & ad illud inſtituendum duximus, prout inveſtimus & inſtituimus eundem per preſentes, quo circa vobis omnibus & ſingulis ſupradictis in virtute ſancte obediencie & ſub excommunicacionis pena diſtricte precipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis & receptis preſentibus accedatis quo & ubi propterea fuerit accedendum & prefatum Dominum *Bartholomeum* preſentatum & inveſtitum principalem ſeu ejus legitimum procuratorem pro eo in & ad corporalem realem & actualem poſſeſſionem jurium & pertinentiarum omnium ejusdem inducatis ponatis recipiatis & admittatis ac poni induci recipi & admitti ſibique de ipſius altaris fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus univerſis reſpondeatis & per hos quorum intereſt plenarie & integre reſponderi faciatis

tis

tis & permittatis adhibitis in premiſſis & circa ea ſolemnitatibus debitis & conſuetis. In cujus rei evidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum & actum *Moguncie* ſub anno Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo ſeptimo die vero Mercurii viceſima ſeptima menſis Novembris.

(c) Anno Dni MCCCCXCV *Bertholdus Arch. Mog.* litteris die tertia menſis Junii *Wormatie* datis commiſit *Johanni Jacobo Leyſten* eccleſie *B. Marie Virg. ad gradus* Decano, ut reſpiceret permutationem beneficiorum *Georgii Heylmann* altariſte altaris *B. Marie Virginis* eccleſie parochialis in *Udenheym* & *Petri Lederhoſe* altariſte altaris *S. Crucis* eccleſie *S. Gingolfi* Moguntie.

(d) Idem Archiepiſcopus die quinta menſis Aprilis anno Dni MDIII. commiſit *Ivoni Wittich* diſquiſitionem permutationis beneficiorum *Jacobi Iſemberg* altariſte ſancti *Johannis Evangeliſte* in eccleſia parochiali ville *Sprendlingen* & *Johannis Textoris* altariſte altaris *ſancte Crucis* in eccleſia *ſancti Gingolffi Moguntie.*

Anno Dni MDXIX die decima quarta menſis Aprilis ab *Alberto Arch. Mog.* commiſſio data eſt *Caſpari Weſthauſen* pro permutatione beneficiorum *Laurentii Lump* altariſte altaris *Beate Virginis* in *Sprendlingen* & *Johannis Eler* plebani in *Hilbersheim ſuperiori.*

(e) *Philippus* Dei gratia *Comes Palatinus Rheni* ſacri Romani imperii Archidapifer Princeps Elector

Digitized by Google

ac *Bavarie Dux* notum facimus per preſentes, quod nos honorabili noſtro dilecto Dno *Johanni Wentz* presbitero ut beneficium ſuum altaris omnium Sanctorum eccleſie *S. Johannis* circa *Sprendlingen* Mogunt. dioc. cujus proviſio ſive diſpoſitio ad nos pertinere dinoſcitur pro quocumque alio eccleſiaſtico beneficio libere permutare poſſit & valeat noſtrum dedimus conſenſum ac preſentibus conſentimus, dummodo tamen in tali permutatione non intervenerit fraus, dolus ſeu quevis alia illicita pactio aut ſymonie pravitas. In quorum teſtimonium ſecretum ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum ex oppido noſtro *Heidelberg* in die beatorum *Simonis & Jude* Apoſtolorum anno Dni milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo.

(f) Anno MDXXII. *Albertus Arch. Mog. Caſpari Weſthauſen* commiſit permutationem beneficiorum *Johannis Steck* altariſte altaris *S. Michaelis* eccleſie parochialis in *Ockenheim* & *Johannis Menges* Rectoris eccleſie parochialis in *Waldave*. Altare *S. Michaelis* præfatum eſt parochiæ *Ockenheimenſi* incorporatum.

Ordinatio circa parochiam in Hexheim.

(g) Nos *Eberhardus* Prepoſitus, Gerardus Decanus totumque capitulum eccleſie *S. Marie in Campis* Mogunt. recognoſcimus & ad notitiam tam preſentium quàm futurorum cupimus pervenire, quod cum eccleſia parochialis in *Hexheim* ad eccleſie noſtre cuſtodiam pertineret, itaque cuſtodes, qui fuerunt pro tempore, parochiam officiabant eandem, percipientes ipſius reditus univerſos, nunc tandem

de

Digitized by Google

de beneplacito ipſius cuſtodis, parochialium voluntate & unanimi omnium noſtrorum accedente conſenſu, inſpectis cauſis variis inductivis ſic ordinavimus de eccleſia memorata & ita perpetuis temporibus decrevimus inviolabiliter obſervandum, quod ſacerdotes deſervientes pro tempore in eadem parochia vicarii erunt perpetui & reſidentiam faciant perſonalem, viginti maldra bonæ ſiliginis Moguntinenſis menſure, carratam vini vel marcam Colonienſium denariorum pro ipſa carrata, oblationes & minutam decimam prebende nomine habituri, quam prebendam dabunt & aſſignabunt eis parochiales tempore meſſium & autumni, Decanus verò eccleſie noſtre conferet nomine capituli vicariam eandem ſacerdoti & nulli alii clerico in quocunque alio ordine conſtituto & illum pro recipienda cura loci Archidiacono preſentabit, cui Archidiacono ipſe ſacerdos obedientiam faciet manualem. Item idem ſacerdos in omnibus feſtivitatibus poſtquam in tota parochia totaliter peregit Divinum officium, ad eccleſiam noſtram ibit & tanquam Canonicus divinis intererit, preſentias cum Canonicis percepturus, parochiales vero in recompenſam ſolummodo minute decime & oblationum, quas oblationes & decimam eccleſie noſtre cuſtodes de prefata parochia perceperunt, dabunt & ſolvent ſingulis annis in meſſibus duodecim maldra ſiliginis Moguntinenſis menſure ipſis noſtris cuſtodibus inſuper percepturis ex integro omnia alia bona cenſus & reditus ad prefatam parochiam pertinentes, ſervabunt etiam ipſi parochiales apud eccleſiam noſtram circa baptiſterium portationem reliquia-

Digitized by Google

rum, ſynodorum celebrationem, conſuetudines & jura prout ab eis retro actis temporibus ſunt ſervata & de iſtis nihil penitus immutabunt; in hiis etiam feſtivitatibus videlicet nativitatis Domini, aſſumptionis & purificationis B. M. Virg. per omnia & in omnibus Divinis peractis in ipſa parochia ad eccleſiam noſtram venire ex debito tenebuntur & ſumme miſſe ſolemniis intereſſe, iis, qui non veniunt & qui conſuetudines & jura circa premiſſa non ſervaverint per plebanum eorum ad mandatum Decani noſtri juxta antiquam conſuetudinem puniendis; Plebanus etiam correctioni Decani, ſi in iis quæ ſibi facienda incumbunt, inobediens extiterit, ſubjacebit. Ceterum unicuique parochialium erit liberum vel in eccleſia noſtra vel in Hexheim ubi magis ſibi placuerit, eligere ſepulturam, ita tamen, quod corpus defuncti prius ad parochiam deferatur & celebrata pro defunctis miſſa ibidem tunc demum ad noſtram eccleſiam deportetur, ſi in ea elegit & voluit ſepeliri. Ad perpetuum igitur robur omnium premiſſorum preſentem paginam ſigillorum noſtrorum munimine voluimus communiri. Actum & datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo nono duodecimo kalendas Maji.

II.

Proclama inſtitutionem preſentati ad parochiam in Hexheim antecedens.

Officialis venerabilis & nobilis Domini Prepoſiti eccleſie *Beate Marie Virginis in Campis* alias *ſancte Crucis* extra muros Mogunt. omnibus & ſingulis Divinorum rectoribus, plebanis, vice plebanis, capellanis, curatis & non curatis ceteriſque presbyteris

teris & clericis nobis noſtreque inſpectioni ſubjectis ſalutem in Domino. Venit ad nos honorabilis Dominus *Anthonius Wynnerck* presbyter Moguntine dioc. aſſerens ſe ad parrochialem eccleſiam in Hexheim dicte Magunt. dioc. ad preſens per obitum quondam Domini *Marcellini Rucker* noviſſimi illius dum vixit poſſeſſoris vacantem per venerabilem Dominum *Johannem Ganſs* Decanum eccleſie prefate Beate Marie Virginis in Campis tanquam dicte parrochialis eccleſie in *Hexheim* verum patronum & collatorem legitime fore ac eſſe preſentatum prout in litteris preſentationis deſuper confectis & coram nobis facto exhibitis plenius continetur atque habetur ſupplicando nobis humiliter quatenus ipſum ad predictam parrochialem eccleſiam inſtituere & inveſtire aliaque ſibi prout ad noſtrum ſpectat officium impendere dignaremur. Nos doctrinam Apoſtolicam attendentes, nemini citò manus ex abrupto imponere, ſed unicuique jus ſuum ſanum & illeſum conſervare cupientes, omnes & ſingulos ſua communiter vel diviſim intereſſe putantes ad dicendum opponendum & allegandum quidquid verbo vel in ſcriptis contra preſentacionem & deſideratam inveſtituram noſtras hujusmodi dicere opponere ſive allegare vellent, nosque de ipſorum jure & intereſſe, ſi quod illis ſaltem compecierit legitime informandum per noſtrum publicum proclamationis edictum citavimus citarique fecimus & mandavimus in certum peremptorium terminum competentem in quo quidem termino adveniente cum nullus coram nobis comparuit oppoſitor ſive contradictor, nos officialis anteſatus prefatum

 Domi-

Digitized by Google

Dominum Anthonium preſentatum principalem coram nobis perſonaliter comparentem idque flexis genibus humiliter petentem ad dictam parrochialem eccleſiam modo premiſſo vacantem per birreti capitis ſui impoſitionem inveſtiendum & ad illam inſtituendum duximus prout inveſtimus & inſtituimus eundem per preſentes, quo circa vobis omnibus & ſingulis ſupradictis in virtute ſancte obediencie & ſub excommunicacionis pena diſtricte precipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis & receptis preſentibus accedatis quo & ubi propterea fuerit accedendum & prefatum Dominum *Anthonium Wynneck* preſentatum & inveſtitum principalem ſeu ejus legitimum procuratorem pro eo in & ad corporalem realem & actualem poſſeſſionem juriumque & pertinenciarum omnium ejusdem inducatis, ponatis, recipiatis & admittatis ac poni induci recipi & admitti ſibique de ipſius parrochialis eccleſie fructibus redditibus juribus & obventionibus univerſis reſpondeatis & per hos quorum intereſt plenarie & integre reſponderi faciatis & permittatis, adhibitis in premiſſis & circa ea ſolemnitatibus debitis & conſuetis. In cujus rei evidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum & actum *Moguncie* ſub anno Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo ſeptimo, die menſis Junii viceſima ſexta.

III.

Proviſio altaris B. M. Virg. ibid.

Venerabili & circumſpecto viro Domino Prepoſito eccleſie *beate Marie Virginis in Campis* extra muros Magunt. ſeu ejus officiali vices gerenti *Johannes*

Digitized by Google

hannes Ghans ejusdem eccleſie Beate Marie in Campis Decanus quidquid poterimus reverencie & honoris. Ad altare Beate Marie Virginis ſitum in parrochiali eccleſia ville *Hexheym* Maguntin. dioc. ad preſens per liberam reſignacionem ven. Dni *Johannis de Steynheym* Canonici S. *Steffani* Magunt. illius noviſſimi & ultimi poſſeſſoris in manibus noſtris ſponte factam & auctoritate noſtra qua fungimur in hac parte ordinaria admiſſam vacans, cujus altaris quotiens ipſum vacare contigerit, collatio, proviſio ac preſentacio ad nos ratione dicti decanatus noſtri ſpectare dinoſcitur honorabilem virum Dominum *Henricum Odecken* ejusdem eccleſie S̄. *Steffani* Magunt. etiam Canonicum tanquam abilem & idoneum ad inveſtiendum de eodem omnibus melioribus modo via jure cauſa & forma quibus melius poſſumus & debemus vobis preſentandum duximus & preſentamus in Dei nomine per preſentes ſupplicantes una cum eodem preſentato, quatenus ipſum Dominum *Henricum Odecken* preſentatum ad dictum altare inſtituere dignemini facientes ipſum vel ejus procuratorem pro eodem in & ad ejusdem altaris omniumque jurium & pertinentiarum ejus poſſeſſionem induci ſibique de ipſius fructibus, redditibus, proventibus, & obventionibus univerſis integre reſponderi, adhibitis circa hoc ſolempnitatibus debitis & conſuetis. In quorum omnium teſtimonium & fidem premiſſorum ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum *Maguncie* in domo canonicatus noſtri eccleſie S. Johannis Magunt. ſub anno à nativitate Dni milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo ipſo die Bartholomei Apoſtoli.

Omit-

Digitized by Google

Omittimus alia proclamationis & inſtitutionis inſtrumenta, quæ paucis tantummodo mutatis ejusdem tenoris ſunt cum illo, quod ſupra dedimus de parochiali eccleſia in *Hexheim.*

IV.

Reverendo Patri & Illuſtri principi & dno dno *Johanni Alberto* Marchioni Brandenburgenſi, Magdeburgenſis & Halberſtattenſis Coadjutori ac Maguntin. eccleſiarum locumtenenti &c. Prepoſito eccleſie *ſancti Victoris* extra muros Mogunt. aut ejus officiali *Johannes Erweyn* Decanus & Canonicus eccleſie *Beati Marie Virginis in Campis* alias ſancte crucis extra muros Moguntin. quidquid poterit reverentie & honoris. Ad altare *Beate Marie Virginis* in parrochiali eccleſia ville *Hexheim* Moguntin. dioc. ſitum, ad preſens per obitum quondam domini *Henrici Odicken* vacans, cujus collatio ſive preſentatio vacationum temporibus pleno jure ad me pertinere dinoſcitur, diſcretum *Johannem Spar* clericum Mog. dioc. tanquam abilem & idoneum pure libere & propter Deum vobis preſento rogans una cum eodem quatenus ipſum ad dictum altare inſtituere & inveſtire aliaque ſibi prout veſtri fuerit officii, impendere dignemini, adhibitis circa hec ſolemnitatibus debitis & conſuetis. In quorum fidem ſigillum meum preſentibus eſt ſubimpreſſum. Datum *Moguntie* anno Domini milleſimo quingenteſimo triceſimo ſexto die ſexta menſis Februarii.

Præſentatio hæc per errorem inſcripta fuit. *Præpoſito S. Victoris* &c. cum è documento ſuſequente pateat:

Digitized by Google

pateat: Præpoſiture B. M. V. in Campis eccleſiam in Hexheim tunc ſubjectam fuiſſe.

Officialis Prepoſiture eccleſie *Beate Marie Virginis in Campis* aliàs ſancte Crucis extra muros Moguntin. omnibus & ſingulis Divinorum rectoribus nobis noſtræque jurisdictioni ſubjectis notariisque publicis quibuscunque ſalutem in Domino. Vobis mandamus quatenus diſcretum *Johannem Spar* Clericum Moguntine dioceſis per nos emiſſo primitus publico proclamationis edicto ad altare *Beate Marie Virginis* in *Hexheim* per birreti capiti ſuo impoſitionem Dei in nomine inſtitutum & inveſtitum in & ad corporalem realem & actualem poſſeſſionem dicti altaris juriumque & pertinentium omnium ejusdem inducatis, ponatis, recipiatis & admittatis ſibique de ipſius altaris fructibus, redditibus, juribus & proventibus quibuscunque reſpondeatis, ac per eos quorum intereſt plenarie & integre reſponderi faciatis & permittatis, adhibitis in premiſſis & circa ea ſolempnitatibus debitis & conſuetis. In cujus rei teſtimonium ſigillum officii noſtri preſentibus eſt appenſum. Datum *Moguntie* anno &c. XXXVI. die XVI. menſis Februarii.

§. 14.

Qualiter Præpoſitus in campis contra debitores clericos ſuæ ſedis moroſos autoritate archidiaconali proceſſerit (a) quasque in alios intra immunitatem delinquentes pœnas ſtatuerit (b) è libro copiali perantiquo ſuppeditamus.

Digitized by Google

(a) *Heinricus Stalberg* Prepoſitus eccleſie *Beate Marie in Campis* extra muros Mogunt. univerſis & ſingulis plebanis viceplebanis, paſtoribus eccleſiarum parochialium rectoribus aut eorum vicegerent. altariſtis, presbyteris curatis & non curatis per & infra terminos noſtre ſedis pertinentes & jurisdictioni ſubjectis ſalutem in Domino; Vobis & cuilibet veſtrum in virtute ſancte obedientie & ſub excommunicationis pena mandamus, quatenus accedatis ubi propterea fuerit accedendum & moneatis *Joannem Partinhem* capellanum *ſancti Jodoci*, *Nicolaum Schyd* primiſſarium in *Ingelheim ſuperiori*, nec non altariſtam beatorum *Petri* & *Pauli* ibidem, *Johannem Mauchenheimer* altariſtam in *Bubenheim*, *Paulum* plebanum in *Engelſtadt*, *Johannem Albich* paſtorem in *Udenheim*, *Joannem* plebanum in *Walterthum*, *Nicolaum* plebanum in *Fendensheim*, *Georgium Eſlin* plebanum in *Büdesheim*, *Petrum* altariſtam *Beate Barbare* virginis in *Algesheim*, nec non altariſtam *B. Marie Virginis* in *Gugenheim*, *Johannem* altariſtam *B. Marie Virginis* in *Fendersheim*, *Joannem* plebanum in *Appenheim*, *Joannem* plebanum in *Udenheim*, *Anſelmum* primiſſarium in *Heyſſesheim* & *Franckonem* cappellanum capelle *ſancti Georgii* ibidem omnesque alios & ſingulos, qui nondum ſolverunt pecunias abſentie & jura capituli & etiam quos Camerarius noſter vobis duxerit nominandos, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt inſinuationem preſentium eis factam immediate ſequentem Camerario noſtro hujusmodi pecunias perſolvatis aut alias amice vel in jure ſe cum eodem componatis, alioquin omnes & ſingulos hujus-

Digitized by Google

hujusmodi non ſolventes quos ex nunc prout ex tunc ab ingreſſu eccleſie & divinorum officiis ſuſpendimus in hiis ſcriptis, lapſo dicto termino monicionem ſuſpenſionis publice nuntiare curetis, acrius contra ipſos utique proceſſuri. Datum ſexto die menſis junii anno Dni milleſimo CCCC XXIIII. noſtro ſub ſigillo impreſſo.

(b) *Dies ſint die Satzung für eyn iglichen frevel der freyheit eyns probſt der zu zyten iſt des ſtieffſtes zum heyligen Crütz.*

Item. Zum erſten ſetzen wir off einen fuſt ſchlag zehen ſchilling heller eim ſchultiſſen halb und der gemeynde das ander theil.

It. Off ein meſſer reyſſen auch zehen ſchilling heller wie vor, undt den ſchaden keren.

It. eym heymſtiche fünff pfundt eim ſchultheiſſen halb undt eim amptmann oder vorweſer eyns probſt das andere theil.

It. eyn kummer eym ſchultiſſen ein ſchilling.

It. eyn clage off gut ſechs ß. heller eim amptman oder ſchultheiſſen.

It. ein gewerde zwu fyrteil wyns umb ye ein fyrteil vier ſchilling halb dem ſchulthiſſen und halb der gemeynde.

It. ein orkunde ſechſs ß heller halb dem ſchultiſſen und halb der gemeinde.

It. wer eyn ſpieſen, ſwert oder meſſer ober den anderen dreht zehen ſchilling heller, wann er das frevelich thut, eym amptmann halb undt eym ſchulthiſſen das andere theil.

 It.

Digitized by Google

It. Eyn Einigung fünff ſchilling, halb dem ſchultiſſen und ſchützen und halb der gemeynde zu verdrincken die geſchyhet mit ſchaden undt mudtwyll.

It. wer dem anderen in ſyn wyngart geht oder ecker wann ſi geſaht ſint zu ungeborlicher ziet frewelich widder ſin willen und darzu ſchaden thut, wo mann das gewar wert der ſoll eyn pfundt heller verloren han halb dem amptmann und halb der gemynden und darzu den ſchaden abelegen.

It. wann mann findet by nacht und by nebbel eynen in den wyngarten da er nit billich ingehoret der hat verloren ein diep ſchilling alle jare und richt eym probſt zu geben.

It. wer über des ſtiffts ryncke mueren ſtiget wann die portten beſchloſſen ſint oder jemants in ſynen hoff oder huſſen über ſin willen gehet ens ſy dag oder nacht ens ſy pfaff oder lay der ſolt geben fünff pfundt heller eyn pfaff eym probſt, eyn lay der gemeinden.

It. wer über den anderen zeyget ein meſſer oder ein ſpies oder ander ſchedeliche gewere, das eyner denen ander blutruſtig mache, iſt der thetter der myns herren probſt freyheit breche uff dem ſtifft, iſt verfallen in x golde gulden ein theil dem buwe zum heiligen creuz das andere theil mein herrn probſt und das dritteil dem ſchulteſſen jedoch hette mein herr probſt zu mehren und zu minderen.

It. eyn anlauff oder ein angeverlich eingang ein ſchilling der deme iſt dem ſich der handel begebet er

ſey

ſey frembde oder inheymis und nach lands gewonheyt und den ſchaden gekeret.

It. wer hunde in ſynem huſſe hat der ſoll yn eyn ſehydt anhencken off ter ſanct ſixtus tag ob ſie ſchedlich weren als gewonheit iſt, das nyemand kein ſchaden geſchehe in ſeynen wyngarten, wer diſs nit thet, der ſoll geben die eynigung fünff ſchilling von eynem iclichen hunde der gemeinde, als dicke mann deſſen gewar wert

It. Verbieten wir inn und umb unſer ſtifft alle gegraeſſen als weit als mann das ſacrament drecht uff unſers herrn lychnams dag nit zu graeſſen, abzuweiden noch zu verderben bey pene fünff ſchilling heller halb dem ſchultiſſen und ſchützen und der ander theil der gemeinden als dick das mann das gewar wert das man grafft oder ſonſt mit pferd weydet uff dem ſtyfft vom palmtag an bis nach unſers herrn lichnams dag,

It. Verbietten wir in dem felde geſchlauffe weyde bey eynem pene x ſchilling heller, vier ſchilling dem ſchützen zu leiſten und ſechs der gemeinde als dick das mann das gewar wert vor der ern und wann mann ſchaden thut nach lands gewonheit.

It. verbietten wir das man kein Schweyn ſoll laſſen weyden inwendig und uff dem Stifft das gantze jar uſſen er ſey geiſtlich oder weltlich angeſehen das ſie den Stifft verwulen und ergraben; wo mann ſolche ſchwein findet mit unſer weyden ſoll die pene ſin x Schilling heller, vier dem Schultiſſen und Schützen und ſechs Schilling der Gemeind verſallen.

 It.

Digitized by Google

It. wo man Schwyn findet in Wyngarten oder in ſamen die ſoll der Schütz verdrincken ye ein Schwyn vor drei Schilling heller werung und darzu wes die Schwyn ſint der ſoll den Schultiſſen geben zu pene von jedem Schwyn zwen Schilling und darzu den Schaden ablegen.

It. verbietten wir geyſs und gens zucht anders dann in den huſſen und darzu alle andere vehe zu halten an Schaden bey den einigung und den ſchaden gekehret.

Auch angeſehen viel bos handels die da geſchiehet under frembden lüden ergerniſs gibt mit Schelden, lugen ſtraffen und ander ſchendlich wort, verbietten wir ſolche offenbare Scheldnng by x Schilling heller halb eym amptmann und halb eym Schultiſſen und wer jens ſach das der Schulthiſs by ſolchen handlen were oder horet und nit den friden bode, ſoll er ſten in Straff eyns probſten, hett er aber den frydden geboden und der nit gehalten wird von einicher parthey, ſollen ſie das abtragen an den probſt oder wem er ſolches bevilet, eine Straff darüber empfangen die iſt x gold gulden verfallen wie oben geſchrebben.

It. Soll niemand frembde unbekannte lüde herbergen ubernacht by pene eyns pfund heller und ob Schaden durch die enſtehen worde, ſoll er auch ſolchen Schaden keren.

It. verbietten wir das keiner hinderſeſſer unſeres Styffts von freyhem und eigenem Willen wyn off thu oder ſchencke er ſey geiſtlich oder weltlich ſonder ſich nach geſchribner ordnung halten ſoll.

It. Zum erſten ſoll eyn jede perſon zwen monath lange allyne und nicht weiters ſchencken.

It.

Digitized by Google

It. Sollen alle perſon unſeres Stiffts und beſonders die yene die ire reſidenz bey dem Stiſt thun, ſchencken und der Dechen der zu Zeiten iſt, anheben, dernach der älter Canonick ſecundum ſenium vor und vor nach eyn-ander bis uff den jönſten vicarien und perſon ſo vor ſie reſydirn, wie obſteht.

It. Wer es aber ſach, das eynicher, er wer geiſt-lich oder weltlich underſtunde mudtwillig widder diſe ordnungen zu thun Wyn off thet und offenbarlich oder heymlich vor oder umb gelt wyn gebe oder ſchenckt ſo er geſehen oder bezügt wurde, derſelbich übertretter ſoll vor eyn buſs zehen gulden unſer fabricken verfallen ſyn und ſunder verzug uſsrichten und bezalen.

It. Will aber eyner oder mehr ſynen guten fründen undt gönder wyn umb guter geſellen und keines geldts willen geben das ſoll eyn yeder macht han zu thun.

It. An wem der Wynſchanck zu Zeyten iſt und ord-nung betrifft, derſelbig ſall freinte undt keine zanghaff-tige lude oder geſte nit ſezen undt wyn geben, dieſelbige muttwilligen mit guten wortten abwyſſen.

It. Wo aber ſolche mutwillige und zanghafftige der Wyrt an wiſſen Wyn mitdhilt und ſie ſezt, aber nach der hand eyner den andern beſcheddiget oder blutruſtigt mecht und der wirt yns doch ſolchs nit vorgenehme und geſteedt ſo das ſolches erhort oder ſie der geletziget be-clagt, derſelbige wirt ſall uff ſtund der fabricen unſer Kirchen auch zehen gulden verſallen und ſchuldig ſin zu geben und bezalen.

It. Ob imands nach lude der ordnung des probſt und capitels vervile oder busfellig würde und zu forde-

rung

Digitized by Google

rung eynes amptmann in der bezalung widerwertig würde und nit bezalen wolle ſolchen frevel oder bus, iſt er ein geiſtlicher, er ſy Canonicus oder Vicarius ſoll er ſuſpendirt ſeyn aller ſeiner renthen bis das er ſolche bus ausgericht hat ganzlich vor ſich oder ſein geſinde und darnach ſolchen frewel abtragen an eyn Capitel, wer er aber ein lay und ſich weigert ſolches uſszurichten es ſey dinſtbode meyde oder Knecht, ſoll ein herrſchaft ſolches dhynſtboden davorſtehen und uſsrichten ym an ſyme lone abzuſchlagen oder mit recht vorzunehmen an hyndernus by einer pene drey gulden an eynen probſt.

It. Mogt und ſoll eyn iglicher inwohner er ſey eyn ley oder geiſtlich, wann er ſicht ſchaden mit viehe oder mit geſinde, wie das geſcheen mogt, einen zu ihm nemen und yn ſolchen Schaden oder frevels zu weyſen und dann eyn Schützen mitbringen, ſoll der gereyet werden in maſſen als het yn der Schütz ſelber funden.

Dieſſe obgenennte puncte und artickel wollen wir ſtede und veſte gehalten haben ongeverlich und on argeliſt auch zu meren und minderen nach unſerem undt unſeres Stiffts nutzen und wolgefallen.

Digitized by Google

DIOECESIS MOGUNTINA
IN
ARCHIDIACONATUS
DISTINCTA
COMMENTATIONIBUS DIPLOMATICIS
ILLUSTRATA,

COMMENTATIO TERTIA
DE
ARCHIDIACONATU
ECCLESIÆ COLLEGIATÆ S. VICTORIS EXTRA MUROS MOGUNT.
È
DOCUMENTIS ORIGINALIBUS ET AUTHENTICIS
ERUTA
A
STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN
EMINENT. AC CELSISS. ARCHIEPISCOPI ET ELECTORIS
MOGUNT. CONSILIARIO ECCLES. ET FISCALI MAJORE
INSIGNIS ECCLES. COLLEG. B. M. V. AD GRADUS
DECANO.

MANNHEMII,
TYPIS ACADEMICIS,
MDCCLXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

DIOECESIS MOGUNTINA
IN
ARCHIDIACONATUS
DISTINCTA.

COMMENTATIO
TERTIA.
DE
ARCHIDIACONATU
ECCLESIÆ COLLEGIATÆ S. VICTORIS
EXTRA MUROS MOGUNT.

Digitized by Google

Digitized by Google

Archidiaconatus Præpoſiti *S. Victoris* (a) latiſſimè diffuſus ab interfluente *Rheno* dividitur in ſedes Archipresbyterales (b) duas cis-& totidem trans-Rhenanas. In pago *Wormatienſi* ſedes *Kirchheim* propè *Bolanden* à monte *Tauno* (c) ad rivos *Iſmam*, *Prümmam* & *Saluſiam* protenditur; ſedes *Nirſtein* à *Rheno* & *Saluſia* limitatur, ambæ Archidiaconatibus *Metropolitanae* & *B. Mariae Virginis* in campis contiguæ. (d) Ex adverſo Rheni littore ſedes *Bensheim* ad ſtratam montanam in *pago Rhinenſi* (e) à fluvio *Wiſſgotz* ad rivum *Darmſtat* & inde ſedes *Geraü* per arundineta ad confluentes *Rheni* & *Moeni* excurrit partemque *Moynigowe* complectitur; Utraque Archidiaconatui *Aſchaffenburgenſi* vicina eſt. Eccleſias ſedibus hiſce adſcriptas è regiſtris originalibus ſæculi XV. ſiſtimus, eas-

Digitized by Google

que diplomatibus aliiſque documentis elucidamus.

(a) Collegiata *S. Victoris* extra mœnia Moguntina propè vicum *Weiſſenau* in monte amœniſſimo prima jecit fundamenta. Author vitæ beati *Burchardi*, Epiſcopi Wormatienſis, eccleſiæ hujus exordia ſic delineavit: *Burchardus Willigoſo* Moguntinenſis ſedis venerabili Archiepiſcopo ſe adjunxit & per ſingulas graduum ſcanſiones ad diaconatus ordinem ab eo ſublatus eſt, & loco cuidam pauperrimo præpoſitus. Hunc ergo locum Archiepiſcopo adjuvante ſummo niſu ſtatim adauxit, totiſque viribus decoravit. Nam egregium monaſterium ſimul & clauſtrum canonicorum in honore *ſancti Victoris* ibidem conſtruxit, poſitiſque ad electionem fratrum clauſtri primatibus, curſum certis temporibus ac ſignis decantari ſervarique præcepit, & ita rebus eccleſiaſticis ſecundum regulam canonicam ritè ordinatis prædia & mancipia multa, quæ vel traditione parentum, vel donativo regio acquiſierat, huic eccleſiæ in proprium contulerat, ſicque piis viri hujus laboribus laudes & gratiarum actiones officio quotidiano in loco predicto Deo noſtro perſolvuntur. vid. Vitam *Burchardi* à coætaneo conſcriptam, quæ extat in *Burchardi locis communibus Edit. Colon. de An.* 1560. Incrementa hujus eccleſiæ & fata *vid. apud Joann. T. II. Rer. Mog. pag.* 578. *& ſeq.*

(b) Qui olim fuêre Archipresbyteri, hodie audiunt Decani rurales ſive Chriſtianitatis & capitula

rura-

ruralia ſucceſſerunt ſedibus Archipresbyterorum ſubin de uno ad alium locum translatis.

(c) *Taunus*, *Donnersberg*, *mons Jovis* plerumque dictus.

(d) Confer. *deſcriptio pagi Wormatienſis* à *cl. Lamejo* edita in *Actis academicis Theodoro-Palatinis Tom. I. pag.* 252 & ſeq.

(e) De pago Rhinenſi vid. *Prodr. chron. Gottwic Beſſelii* pag. 743. & *Paullini de pagis* pag. 179 &c.

§. I.

REGISTRUM SEDIS KIRCHEIM.

Primo paſtor in Kircheim *taxavit fructus paſtorie pro lxx flor.*

Item plebanus ibidem pro xl libris hallens. (a)

Item paſtor in Wihenheim *pro lxxx libr. hallens.*

Item plebanus ibidem xx maldra ſiliginis & plauſtrum vini. It. viii libr. hallens pro aliis accedentys.

Item paſtor in Enſelncheim *cxxxii. maldr. ſilig. It. x amas vini. It. iiii. libr. hallens v. ß. iii. hlr.*

Item paſtor in Dreiſen *idem plebanus iii gulden pro ſubſidiis. Item viii ſolid. de offertorio.* (b)

Item paſtor in Steden *iii guld. pro ſubſidiis.*

Item plebanus ibid. xliiii maldr. ſilig. medium plauſtrum vini & xiii flor. de decima minuta & offertorio.

It. Plebanus in Wendewilre *xliiii maldr. ſilig. It. i libr. hallens. de decima minuta.*

It. Paſtor in Ruſſingen *xxviii mldr. ſilig. & ii. libr. hallens.* (c)

It.

Digitized by Google

It. plebanus ibidem xxx mldr. ſilig. & xxii. ſol. de offertorio.

Item paſtor in Nunkirchen *flor. pro ſubſidio.*

It. plebanus ibidem xxv mldr. ſilig. & xxv. mldr. avene It. x mldr. ſilig. de dote. It. xxx ſol. de offertorio It. i flor. de decima minuta (d)

It. paſtor in Rorbach. *xxviii. ſol. pro ſubſidio.*

It. plebanus ibidem xxiiii mldr. ſilig. It. xxiiii mldr. avene & flor. de offertorio. (e)

It. paſtor in Münchwilre *& idem plebanus xx mldr. ſilig. It. vii maldr. avene & vi mldr. ſpeltzen It. flor. de offertorio.* (f)

It. paſtor in Albisheim *lxx mldr. ſilig. & duo plauſtra vini.*

It. plebanus ibidem xl mldr. ſilig. It. plauſtrum vini. It. iiii libr. hlls. de offertorio It. ii flor. de feno.

Item paſtor in Mauwenheim *ii libr. hlls. pro ſubſidiis.*

It. plebanus ibidem viii mldr. ſilig. & plauſtrum vini. It. xviii ſol. de offertorio. It. ii libr. hlls. de decima minuta It. iiii mldr. avene.

Item paſtor in Sepersfelt *idem plebanus xx mldr. ſilig. It. iiii mldr. ſilig. de decima. It. iiii mldr. avene. It. xxx ſol. de feno. x ſol. de offertorio.* (g)

Item paſtor in Katzwilre *ii flor. pro ſubſidiis.*

It. plebanus ibidem xx mldr. ſilig. It. xx mldr. avene. It. libr. hlls. de offertorio. (h)

Paſtor in Otersheim *lxx mldr. ſilig. It. plebanus ibid. xviii mldr. ſilig. de dote. It. x flor. de*

deci-

Digitized by Google

decima minuta It. flor. de offertorio. It. medium plauſtrum vini.

Item Paſtor in Mauchenheim *vi. libr. hallens pro taxa.*

It. plebanus ibid. xxx. mldr. ſilig. It. ii. amas vini It. iiii. flor de feno. It. flor. de offertorio. (i)

Item plebanus in Offenheim *xl. mldr. ſilig. It. vi. libr. hlls. de decima minuta & xxx. ſol. de offertorio.*

Paſtor in Gilnheim *ii. flor. pro ſubſidiis.*

It. plebanus ibidem l. mldr. ſilig. & plauſtrum vini It. ii. libr. de offertorio. It. iiii. libr. hlls. de decima minuta. (k)

PLEBANI.

Item plebanus in Mergendal *xx. mldr. ſilig. It. plauſtrum vini. It. xxx. ſol. de offertorio.* (l)

It. plebanus in Birſcheid *vi. mldr. ſilig. It. ii. mldr. ſilig. de decima It. mldrum avene. It. ix. libr. hllens de feno.*

It. plebanus in Hargesheim. *vi. mldr. ſilig. It. iii. libr. hlls. de decima minuta cum offertorio It. amam vini.*

Item plebanus in Gauwersheim *xvi. mldr. ſilig. viii. libr. hlls. de decima minuta & ii. libr. hlls. de offertorio.*

Item plebanus in Rudersheim *xxiiii. mldr. ſilig. It. viii. mldr. avene It. i. libr. hlls. de offertorio.*

Item plebanus in Sampach *xx. mldr. ſilig. It. xx. mldr. avene. It. xxx. ſol. de decima minuta. It. xxx. ſol. de feno. It. libr. hlls. de offertorio.* (m)

Digitized by Google

Item plebanus in Morsheim *xxvi. mldr. ſilig. It. plauſtrum vini It. v. libr. hlls. de offertorio.*

It. plebanus in Heniwilre. *viii. mldr. ſilig. It. v. mldr. ſilig. It. v. mldr. ſilig. It. iiii. mldr. avene. It. vi. libr. hlls. It. xv. ſol. de decima minuta.* (n)

Item. plebanus in Ulvensheim *xxi. mldr. ſilig. omnibus computatis.* (o)

CAPELLANI.

Primo in Daxwilre *xxx. mldr. ſilig. It. plauſtrum vini.*

It. alius ibidem xxi. mldr. ſilig. It. x. libr. hlls. (p)

Item Capellanus S. Katherine *in* Falckenſtein *xxi. mldr. ſilig. It. libr. hlls. de feno.*

Item Capellanus caſtri Falckenſtein *xxxv. mldr. ſilig. It. vi. libr. hlls. It. i. flor. de feno.* (q)

Item primiſſarius in Gilnheim *xii. mldr. ſilig. Item v. mldr. avene iii. libr. de feno.*

Item in Brunchwilre *xi. mldr. ſilig. It. vii. libr. de feno.*

Item Capellanus in Mauwenheim *v. mldr. ſilig. It. x mldr. avene.*

Item Capellanus Katherine *in* Wihenheim *xv. mldr. ſilig. It. medium plauſtrum vini.*

Item Capellanus Nicolai *ibid. xv. mldr. ſilig.*

Item Capellanus in Ymesheim *x. mldr.*

It. Capellanus in Steden *xx. mldr. ſilig. It. iiii mldr. ſilig. de agricultura.* (r)

Item Capellanus in Hargesheim *xxxi. mldr. ſilig. Item amam vini. It. viii. ſol. hlls.* (s)

Item Capellanus in Gauwersheim *taxavit prebendam pro xxv. libr. hlls.* (t)

Item

Digitized by Google

It. Capellanus in Ulvensheim *xxx mldr. ſilig.* (u)
Item Capellanus in Offenheim. (x) *xvi. mldr. ſilig. Item ii mldr. ſilig. de agricultura, de hoc dabit v. Anglicos cenſus. It. i. libr. erweiſs.*
Item Capellanus in Enſelncheim. *xii. mldr. ſilig. It. ii. flor. cenſus ii amas vini.*
Item Capellanus Danfels. *xxx mldr. ſilig. & plauſtrum vini.*
Item Capellanus in Mersheim *xi mldr. ſilig. It. i. libr. hlls. de vinea & i. mldr. avene.*
It. Capellanus in Orbeiſs *xxiiii. mldr. ſilig. It. iii. mynas avene. It. ii flor. de agricultura & pratis.* (y)
Item Capellanus Katharine *in* Gilnheim *xiiii. mldr. ſilig. It. ix. libr. hlls. de feno & cenſibus.*
Item Capellanus in Albesheim *xx mldr. ſilig. It. dimidium plauſtrum vini.* (z)
Item primiſſarius in Kircheim *xxx mldr. ſilig. & vi. libr. hlls.* (aa)
Item Capellanus in Biſcheim *xxx mldr. It vi. ſol. de cenſibus.*
Item Capellanus beate Marie *in* Frimersheim *vii. mldr. ſilig. de certis agrorum jugeribus. Item viii. mldr. ſiliginis.* (bb)
Item Capellanus in Syon *ii. gulden vii. ß. iii. hlr. de decima omnibus computatis.*
Item alius Capellanus ibid. xxx. mldr. ſilig. (cc)
Item Capellanus in Biſcheim *xxxvii. ſol. de decima.*
Item Capellanus in Wartenberg *xvi. ſol.* (dd)
Subnotantur Paſtores in Alſentzerbrucke, *in* Dagine, *Capellanus in* Lausfelt, *Altariſta S. Johan-*

 nis

nis in Steden *Capellanus in* Otterbach & Hemſpith.

Non ſolveutes in ſede Kircheim, *Paſtrices in* Mauchenheim, *Abbatiſſa in* Sion.

Paſtores in Offenheim, Otterberg, *Paſtor in* Winheim *eſt in biennalibus.*

Plebanus ibidem.

Capellanus S. Nicolai *ibid.*

Capellanus S. Katerine *ibid.*

Paſtor in Fremersheim, *Studium Heidelbergenſe.*

Paſtores in Ottersheim, *Wormacienſes.*

Paſtores in Mauwenheim, *Zellenſes.*

Capellanus ibid. Zobel Collector.

Paſtor in Birſchit, *Otterberg.*

Paſtor in Alzenbruck.

Paſtor in Wenwilre.

Capellanus in Heringen.

Paſtor in Sandtpach, *Otterberg.*

Capellanus in Otterbach.

(a) Ex alio regiſtro præpoſituræ *S. Victoris* præſentationes ad parochias aliaque beneficia factas per decurſum immiſcemus, ſic: „ Anno MDXXII. ad „ parochialem eccleſiam in *Kirchheim* vacantem preſentatus honorabilis & religioſus Dominus Johannes *Reher* de *Bretheim* profeſſus domus ordinis Dominici ſepulchri Jheroſolymitani in ſuburbio civitatis *Spirenſis* per venerabiles & religioſos Dominos „ Priorem ac totum capitulum atque conventuales „ modò dicte domus.

(b)

Digitized by Google

(b) „ Ao. MDXVIII. ad altare *S. Crucis* in ec-
„ cleſia parochiali ville *Dreiſs* preſentatus .... per
„ Reverendum Dominum *Johannem Gremsheymer*
„ Abbatem in *Dreiſs.*

(c) „ Ao. MDXXI. ad paſtoriam in *Ruſſingen*
„ preſentatus ... per validum *Wolffgangum Mar-*
„ *ſchalck de Waldeck.*

„ Ao. MDXVIII. ad altare *Sanctorum Johannis* &
„ *Andree* Apoſtolorum in *Ruſſingen* preſentatus ....
„ per Dominum paſtorem in *Ruſſingen.*

„ Ao. MDX. ab *Uriele Arch. Mog.* commiſſio da-
„ ta fuit *Caſpari Weſthauſen* pro permutatione bene-
„ ficiorum *Johannis Gaſt* Altariſte altaris *Sanctorum*
„ *Johannis* & *Andree* apoſtolorum primiſſaria nun-
„ cupata in eccleſia parochiali ville *Ruſſingen* & *Jo-*
„ *hannis Molitoris* Altariſte altaris *ſancte Crucis* in ec-
„ cleſia *ſancti Gingolffi Mog.*

(d) „ Ao. MDXXII. ad parochialem eccleſiam
„ in *Nunkirchen* preſentatus .... per Dominum Pre-
„ poſitum in *Enckenbach.*

(e) „ Ao. MDXIX. ad parochialem eccleſiam in
„ *Rorbach* preſentatus ... per reverendum Patrem
„ Dominum Prepoſitum eccleſie *Enckenbachen.* Pre-
„ monſtratenſis ordinis.

(f) Memorabile diploma eſt, quo *Erckanbaldus Arch. Mog.* ao. MXIX. terminationem eccleſiæ in *Münchweiler* firmavit.

Digitized by Google

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Divine largitatis gracia Ego *Erkanbaldus* ſancte Maguntinenſis eccleſie proviſor quamvis indignus cum mea epiſcopali potentia *Albusheimero* & *Sipperadesveldero warcham* nulli adhuc eccleſie aſcriptam ſed liberam & abſolutam meoque arbitrio penitus ſubjectam aſſcribo atque determino ad eccleſiam *ſancti Dodardi* Confeſſoris Chriſti que ſita eſt in villa *Minchwillare*, ſed ut ex integro ſciatur, quantum terre ejusdem determinacionis ſuperficies amplectatur ac ſubſcriptis ſignorum titulis intelligatur, ingredientibus ad plateam que dicitur *Hohunſtraza* tranſeundum eſt in occiduas partes ad loca que nominantur *Hohenreina*, inde vero per convallem ad planiora loca ubi duo rivuli conveniunt quorum alter *Unnesbahe* alter etiam *Wantbahe* barbarum nomen accepit, hinc quoque aſcendendum ad ſcopulum *Falckenſtein* appellatum, ab illo quidem ſcopulo ad quandam crucem in ſtipite fagi dolatam, inde migrandum ad petram *Rammeſteyn* dictam haud procul inde ad locum *Rorouuna* dehinc ad villam que *Hemmendail* appellatur, ab ea utique valle *Hohenſtraza* peracto in girum itinere eſt iterum repetenda, hoc utique terre ſpatium quod hiis terminis circumſcribitur ad predictam eccleſiam epiſcopali ſicut dixi potencia mea trado decimandam bannoque meo pacem affirmo, ut nullus determinationis hujus aliquam partem invadat vel ab eadem eccleſia violenter eripiat, ſi excommunicationis vinculo ſubjacere ac ſpirituali gladio occidi non libeat. Et ut hec determinacionis permaneat ſtabilior carta, ſignatur ymagine noſtra. Hii ſunt teſtes: *Ernuſtus* Abbas.

Digitized by Google

bas. *Gezo* Pp. *Allo* Ppoſ. *Heriman* Ppoſ. *Ludolff* Pp. *Hunbracht* Vicedominus. *Gozmar* Ppoſ. *Emicho Ameggo* Pp. *Landelohe* Pp. *Reginold* Pp. *Focco* Arpbr. *Ecgiman* Arpbr. *Ermenolt* Arpbr. *Luzman* Arpbr. *Dyezlin* Arp. *Richizo* Arpbr. *Eburnant* Pp. *Adalbraht* Advocatus. *Emicho* Comes. *Warmunt* Vicedominus. *Sygebodo. Warhart. Reginolt. Luitfrid. Ryhwin.* Item *Sygebodo. Sygebold. Engilbraht. Erkenbald. Adalbraht. Werin.*

Anno Incarnationis Domini M° decimo nono, indictione tercia II nonas Octobris anno nono Domini *Erkenbaldi* Archiepiſcopi plena Synodo data. *Hugizo* qui fecit hanc cartam Cor-epiſcopus *Sanzo* Archiepiſcopus *Gerolt.* Actum *Maguncie.*

(g) An. MDXIX. ad parochialem eccleſiam in *Sypfferſelt* preſentatus . . . per validum *Chriſtoforum* de *Lepe.*

(h) An. MDXX. ad parochialem eccleſiam in *Katzweiler* preſentatus . . . per venerabiles & honorabiles Dominos Decanum & Capitulum collegiate eccleſie *beate Marie Virginis* ac *S. Martini* oppidi imperialis *Lutrenſis.*

An. MCCCCXCV. vigeſima quinta Februarii *Bertholdus Arch. Mog.* commiſit *Georgio Heylmann* negotium permutationis beneficiorum *Sebaſtiani Ritter* primiſſarii altaris *B. Marie Virg.* in *Katzwiler* & *Nicolai Alſentz* Altariſte altaris *S. Johannis Baptiſte* capelle in *Rodeswergk.*

An.

An. MDXIX. ad primiſſariam in *Katzwiler* preſentatus . . . per venerabiles Dominos Decanum & capitulum eccleſie *Lutrenſis.*

(i) An. MDXXII. ad parochialem eccleſiam in *Mauchenheim* preſentatus . . . per Dominam *Margaretam Rephanin* Abbatiſſam & totum conventum in *Syon.*

(k) An. MDXXV. ad parochialem eccleſiam in *Gilnheim* preſentatus . . . per Dominam *Barbaram Goelern* Abbatiſſam & conventum in *Roſentail,* ordinis Ciſtercienſis. Confer. *Origg. Bipont. Cl. Crollii* pag. 95.

(l) An. MDXXII. ad parochialem eccleſiam *Vallis Beate Marie Virginis* alias *Mergental* preſentatus . . . per Abbbatem monaſterii *Dreiſs.*

(m) An. MDXX. ad vicariam parochialem eccleſie ville *Sampach* preſentatus . . . per reverendum Patrem Dominum *Weygandum* Abbatum in *Otterbergk.*

(n) An. MDXVIII. ad altare ſive capellam *S. Gangolfi* ville *Heynwiler* preſentatus . . . per illuſtrem Principem & Dominum *Johannem* Dei gracia *Comitem Palatinum Rheni*, Bavarie Ducem ac Comitem in *Sponheim.*

(o) An. MDXXI. ad parochialem eccleſiam in *Ulvesheim* preſentatus . . . per Dominum *Hartlibum* ſacre theologie profeſſorem *Decanum S. Spiritûs* eccleſie *Heidelbergenſis.*

(p)

Digitized by Google

(p) An. MDXVIII. ad altare ſancte Catharine in *Daxwiler* preſentatus . . . per generoſum D. *Philippum* de *Dhun* D. in *Falckenſtein* & *Oberſtein.*

(q) An. MDXX. ad altare *S. Sebaſtiani* ſiti in caſtro *Falckenſtein* preſentatus . . . per generoſum & nobilem Dominum *de Dhun* Comitem in *Falckenſtein* & Dominum in *Oberſteyn.*

(r) *Johannes Krap* Decanus totumque Capitulum eccleſie *S. Pauli Wormatien.* honorabili viro Domino *Mathie Currificis* Altariſte & poſſeſſori altaris *ſancte Anne* ſiti in parochiali eccleſia ville *Stedden* Magunt. dioc. ſalutem. Ut idem altare, cujus collatio, proviſio, preſentatio ſeu quevis alia juris diſpoſitio ſeu jus preſentandi ad nos pleno jure ſpectare & pertinere dinoſcitur, cum quacunque perſona abili & ydonea pro quocumque beneficio eccleſiaſtico permutare poſſit & valeat eidem Domino *Mathie* damus & concedimus plenam & liberam facultatem ac tenore preſentium noſtrum tribuimus ad hoc conſenſum pariter & aſſenſum. In quorum omnium fidem & teſtimonium ſigillum noſtrum parvum preſentibus duximus appendendum. Datum anno Domini milleſimo quingenteſimo quinto, die verò Jovis penultima menſis Februarii.

An. MDXXII. ad altare *ſancte Anne* in parochiali eccleſia ville *Steten* preſentatus . . . per Dominos Decanum & Capitulum eccleſie *S. Pauli Wormatienſis.*

(s) An. MDXXV. ad altare ſancti Valentini in *Harxheim* preſentatus . . . per Decanum *Cellenſem* tanquam paſtorem in *Harxheim.*

Digitized by Google

Ducimus è re & loco eſſe, ea, quæ de eccleſia collegiata *S. Philippi* in *Zell* diu oblitterata occurrerunt, hìc inſerere documenta:

I.

Donationes Præpoſituræ Cellenſi factæ confirmantur.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, *Adelbertus* Moguntinus Archiepiſcopus & apoſtolice ſedis Legatus videns eccleſias Dei diſtractis rebus per manus impiorum circumquaque jam pene defeciſſe, conſideravi michi tandem apud Dei miſericordiam profuturum ſi adhuc habitas pro poſſe conſilio & auxilio confirmare ſtuderem. Eſt igitur in noſtra dioceſi in pago *Nachowe* prepoſitura, que vocatur *Cella,* que fidelium hominum conſiliis & elemoſinis creſcebat & *beato Philippo* ibidem procurante & apud Dei omnipotentiam obtinente magis magisque de die in diem proficiebat. Primus à principio prefate eccleſie beate memorie *Albertus Hornbachcenſis* cenobii *Abbas* fundator extitit, hicque fratribus ibidem Deo famulantibus liberâ tradicione ad omnem uſum ſine condictione donavit eccleſiam *Harewesſchem* cum decimacione & molendino, nec tamen inceptum hac donacione deducere potuit ad perfectum. *Erneſtus* eciam ſuccedens ei contulit eisdem fratribus eccleſiam *Buſenesheim* cum decimacione & teloneum in *Cella.* Videns ergo Succeſſor eorum *Ludolfus* illius loci fratres defectum hyemalis inveſtiture graviter ferentes, quod predeceſſores ſui non potuerunt, ipſe devotus pro oportunitate & rerum copia adimplevit, tradidit enim eis ad ſupplendum quod deerat villam ſcilicet

Ror-

Rorbach cum eccleſia & omnibus ejus appendiciis cultis & incultis & decurſibus aquarum nullo prorſus reclamante, ſed Dei gracia bona voluntate operam adminiſtrante. Prenominati vero Abbas & fratres non incaute ſubſequencium providenciam premeditantes noſtram adiere paternitatem humiliter & obnixe rogantes quatenus prefatas tradiciones ſigillo noſtro confirmaremus. Nos autem eorum peticionibus quum juſte erant, facile obtemperantes & utilitati eccleſie ſicut debuimus paterne communicantes preſens teſtamentum conſcribi fecimus & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, ſicque meliorum teſtimonio confirmavimus omneſque huic tradicioni injuſte quod abſit contraire volentes ut in ſubſequencia tempora rata permaneant, que fecimus auctoritate apoſtolica, anathematizamus. Teſtes ſunt *Henricus* majoris eccleſie & *ſancti Victoris* Prepoſitus. *Adelbertus* Prepoſitus *S. Petri. Henricus* Cuſtos. *Hartmannus* Decanus & Prepoſitus. *Goſsbertus Cantor* & *Prepoſitus. Godeſcalcus Prepoſitus* de *Campo. Henricus* Prepoſitus de *Pingwia.* Adelhardus Prepoſitus *S. Severi.* liberi: Comes civitatis *Adelhardus.* Comes *Emecho* de *Linigun.* Comes *Emmecho de Kyreberc* & frater ejus *Gerlacus.* Comes *Arnolffus* & frater ejus *Rypertus de Lurenburg.* Miniſteriales: *Meingoiff* camerarius, *Embricho* vicedominus. *Dudo Schultetus.* Acta ſunt anno dominice incarnationis milleſimo centeſimo XXXV° indiction. XIII. regnante *Lothario* pyſſimo Auguſto hujus nominis tertio anno regni ſui decimo, imperii vero tertio. Actum in *Moguncia.* Feliciter amen. Confer *cl. Crollius origin. Bipontin. part. I.* pag. 125.

An.

Digitized by Google

An. MCCCVI. Decanus eccleſiæ *Cellenſis* à ſede Apoſtolica delegatur judex ad inſtantiam dominarum *Aldenburgenſium.* vid. *Guden. eod. dipl. T. IV. pag. 1000.*

II.

Theodericus Sancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus &c. Honorabilibus Decano & Capitulo eccleſie *ſancti Philippi* in *Celle* noſtre dioceſis devotis nobis in Chriſto dilectis ſalutem in Domino ſempiternam. Nuper veſtra nobis oblata petitio continebat, qualiter ſanctiſſimus in Chriſto pater & Dominus noſter Dnus *Nicolaus* Divina providentia Papa *quintus* in Divini cultus augmentum & neceſſitatis & penurie veſtre aliquale relevamen eccleſiam parochialem ville *Wattenheim* noſtre dioc. vobis & eccleſie veſtre predicte miſericorditer indulſerit, decreverit atque commiſerit incorporandam annectendam & uniendam nobis humiliter ſupplicantes, quatenus metropolitica ordinaria noſtra auctoritate vobis conſenſum & aſſenſum noſtros ad hujusmodi incorporationem perficiendam & conſumandam impertire dignaremur. Nos itaque miſerie & penurie veſtris compatiendo ex intimis Divine laudis & altiſſimo gratum cupientes dilatari obſequium ad dictam faciendam incorporationem & unionem gratioſe noſtrum impartiti ſumus conſenſum & aſſenſum prout inpreſentiarum impartimur & adhibemus, ſic tamen quod vicarie perpetue eidem deputande de decenti portione & congrua provideatur competenti, unde pro tempore vicarius com-

competenter poterit ſuſtentari epiſcopalia & archidiaconalia jura perſolvere & alia ſibi de jure vel conſuetudine incumbentia onera ſupportare, ſalvis etiam nobis, eccleſie noſtre metropoli & noſtris in eadem ſucceſſoribus fructibus biennalibus ſubſidiis & aliis juribus nobis & eccleſie noſtre de jure gratia vel conſuetudine de dicta parochiali eccleſia debitis ſolvi conſuetis aut quoquo modo competentibus, que omnia per expreſſum & ſpecialiter nobis & eccleſie noſtre reſervamus per ipſos Decanum & Capitulum ac eorum ſucceſſores perpetuis futuris temporibus nobis & noſtris ſucceſſoribus Archiepiſcopis Moguntinis ſolvendis expediendis & de eisdem reſpondendis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Aſchaffenburg* die decima quinta menſis Septembris Anno Dni M° CCCC° quinquageſimo.

III.

Nos *Petrus* Decanus totumque capitulum eccleſie *ſancti Philippi* in *Celle* Magunt. dioc. tenore preſencium recognoſcimus pro nobis ſucceſſoribus noſtris & dicta noſtra eccleſia *ſancti Philippi*, publiceque fatemur, quod cum alias ſanctiſſimus in Chriſto pater & Dominus noſter Dnus *Nicolaus* Divina providentia Papa *quintus* pro aliquali neceſſitatum & penurie, quibus predicta eccleſia premebatur, relevamine divinique cultus augmento eccleſiam parochialem ville *Wattenheim* Mag. dioc. illuſtris principis quondam Dni *Ludovici* Comitis *Palatini* & *Bavarie* Ducis dive memorie veri patroni pretacte

eccleſie accedente conſenſu nobis & eccleſie noſtre miſericorditer indulſerit, ordinaverit & commiſerit incorporandam, annectendam & uniendam atque reverendiſſimus in Chriſto pater & Dominus noſter Dominus *Theodericus* ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius dominus noſter gratioſiſſimus humilium precum noſtrarum inſtantia devictus noſtre compatiens penurie ad eandem incorporationem & unionem faciendas uti metropolitanus & utriuſque eccleſie ordinarius gratioſe conſenſum ſuum adhibuerit, ſic tamen quod vicarie perpetue ibidem deputande de portione decenti & congrua provideatur competentia & ſalvis ſibi eccleſie ſue metropoli & ſuis ſucceſſoribus in eadem fructibus biennalibus ſubſidiis & aliis juribus archiepiſcopalibus ex jure gratia vel conſuetudine debitis aut ſolvi conſuetis, que omnia per expreſſum & ſpecialiter ſibi & eccleſie ſue reſervans & reſervari nec non per nos & omnes noſtros ſucceſſores ſibi & ſuis ſucceſſoribus Archiepiſcopis de eisdem reſponderi ac de hoc promiſſionibus noſtris & literis congrue certificari & ſibi caveri valens nos noſtro omnium ſucceſſorum noſtrorum & dicte noſtre eccleſie nominibus animo deliberato & ex certa ſcientia dicto Reverendiſſimo domino noſtro Archiepiſcopo Maguntino & ſuis in ipſa metropoli eccleſia ſucceſſoribus promiſiſſe pollicemur & promittimus per preſentes, quod quotienſcunque decanatum eccleſie noſtre predicte quocumque modo vacare contigerit, cum decanus pro tempore caput noſtre eccleſie cui dicta eccleſia in *Wattenheym* incorporabitur,

Digitized by Google

tur, exiſtat perpetuis futuris temporibus, redditus ſive fructus biennales de ipſa eccleſia parochiali eidem domino Archiepiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus infra conpetentem per eum faciendum terminum necnon caritativa ſubſidia quotienſcunque impoſita fuerint & alia jura de dicta eccleſia antea ſolvi conſueta realiter & cum effectu exſolvemus, miniſtrabimus & exſolvi procurabimus prorſus ſemoto obſtaculo & contradictione; Quodque perpetuo ejusdem eccleſie vicario portionem congruam & competentem, unde poterit ſuſtentari, epiſcopalia & archidiaconalia jura perſolvere & alia ſibi incumbentia onera commode ſupportare aſſignabimus & relinquemus. Inſuper etiam recognoſcimus promiſiſſe & preſentibus promittimus & nos obligamus pro nobis noſtris ſucceſſoribus & dicta eccleſia noſtra, quod premiſſa omnia & ſingula inconcuſſe & inviolabiliter obſervabimus neque contra ea aut aliqua premiſſorum quidquam à ſede Apoſtolica aut alio quocunque impetrabimus neque attemptabimus per nos aut per alios directe vel indirecte quovis queſito colore. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt impenſum. Datum &c.

IV.

Decanus Cellenſis bona mon. S. Albani diſtracta revocare jubetur.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Decano eccleſie *Cellenſis* Magunt. dioc. ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Dilectorum filiorum Abbatis & conventus monaſterii *ſancti Albani* prope muros *Magunt.* ordinis *ſancti Benedicti* precibus inclinati preſencium tibi au-

auctoritate mandamus, quatinus ea que de bonis ipſius monaſterii alienata inveneris illicite vel diſtracta, ad jus & proprietatem ejusdem monaſterii legitimè revocare procures, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo; teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gracia, odio vel timore ſubduxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum *Avinione* VI. Kal. Novembr. pontificatus noſtri anno ſecundo.

V.

Conſenſus pro permutando canonicatu eccleſiæ Cellenſis.

Venerabili ac circumſpecto viro domino *Georio Pfefferer* commiſſario reverendiſſimi in Chriſto Patris ac Domini *Bertholdi* Archiepiſcopi *Moguntinenſis* diocesis *Udalricus* Dei & Apoſtolice ſedis gracia Abbas monaſterii *ſancti Pirminii Hornbacenſis* ordinis *S. Benedicti* Metenſis dioc. debitam recommendationem cum orationibus in Chriſto devotis. Ut diſcretus vir dominus *Nicolaus Stobenrauch* canonicus eccleſie *Cellenſis* canoniam ſuam, cujus jus conferendi ad nos ratione abbatialis dignitatis noſtre pleno jure ſpectare dinoſcitur permutare poſſit cum diſcreto *Joanne Ulner* juniore pro aliquo beneficio eccleſiaſtico & ſi neceſſe fuerit per mediam perſonam, Nos tanquam verus patronus licentiam ei impartimur & facultatem premiſſis tamen ne in hujusmodi permutatione fraus, dolus aut quivis illicitus contractus interveniant, ſuper quibus noſtram deoneramus conſcientiam, tenore harum, quibus ſigillum noſtrum abbatiale impenſum eſt, teſtimonio litterarum. Datum

Digitized by Google

tum decima nona die menſis Februarii Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto.

VI.

An MCCCCXCVI. die XXIV, Februarii *Bertholdus Arch. Mog. Georgio Heylmann* in commiſſis dedit negotium permutationis beneficiorum *Nicolai Stubenrauch* canonici eccleſiæ collegiatæ *Philippi in Zelle* & *Martini Kappel* altariſte altaris *ſancte Crucis* in eccleſia *S. Gingolſſi* Mog. Datæ ſunt litteræ in arce *Steinheim*, tenor earum correſpondet ſequentibus.

VII.

Uriel Dei gratia *ſancte Moguntinenſis* ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius Princeps Elector honorabili *Caſpari Weſthauſen* doctori ſcholaſtico . . . Commiſſario ac ſigillifero noſtro *Moguntinenſi* devoto & fideli nobis in Chriſto dilecto ſalutem in Domino ſempiternam. In negotio permutationis quam honorabiles devoti noſtri dilecti *Henricus Becker* vicarius altaris *ſancte Crucis* eccleſie *ſancti Philippi* in *Cella* noſtre dioceſis ex una & *Henricus Rode* altariſta *ſancte Crucis* in eccleſia *ſancti Gingolſſi* civitatis noſtre *Moguntinenſis* partibus ex altera de jam dictis beneficiis ad invicem fieri deſiderant, dummodo ex juſtis & rationa bilibus cauſis id fiat nichilque ſimoniace pravitatis aut illicite pactionis interveniat nec aliud canonicum obſiſtat impedimentum, ſuper quo tuam oneramus conſcientiam, ac conſenſus patronorum & aliorum, quorum intereſt, ad id accedat, diſcretioni

Digitized by Google

tue in hac parte committimus vices noſtras, mandantes tibi ſub debito officii tui, quatenus in dicto permutationis negotio etiam uſque ad totalem ipſius conſumationem previa ratione procedas, faciendo quod decreveris auctoritate noſtra eccleſiaſticam per cenſuram firmiter obſervari. Date *apud arcem ſancti Martini* in civitate noſtra *Moguntina*, ſub ſecreto noſtro die viceſima nona menſis Octobris anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo tertio.

VIII.

An. Dni milleſimo quingenteſimo decimo nono die viceſima prima menſis februarii *Aſchaffenburgi* commiſſio data eſt *Caſpari Weſthauſen* pro permutatione beneficiorum *Petri Reinhardi* vicarii altaris *S. Urbani* in *Zella* & *Michaelis Greter* altariſte altaris *ſancte Crucis* in eccleſia *S. Gingolffi* Mog.

An. MDXXIII. ad miniſterium ſubdiaconatus eccleſie collegiate *ſancti Philippi Cellenſis* preſentatus. . . . per Decanum & Capitulum dicte eccleſie *Cellenſis*.

IX.

Albertus miſeratione Divina ſacroſancte Romane eccleſie *S. Petri ad vincula* presbyter Cardinalis, ſancte *Moguntinenſis* ſedis ac *Magdeburgenſis* eccleſie Archiepiſcopus, princeps Elector, ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius & primas, adminiſtrator *Halberſtadenſis*, Marchio *Brandenburgenſis*, *Stettinenſis*, *Pommeranie*, *Caſſuborum Sclavorumque* dux, Burggravius *Nurinbergenſis* ac

Rugie

Rugie princeps honorabili *Joanni Eler* doctori commiſſario ac ſigillifero noſtro *Moguntinenſi* devoto & fideli nobis in Chriſto dilecto ſalutem in Domino ſempiternam. In negotio permutationis, quam honorabiles, devoti noſtri dilecti, *Lampertus Noſsbaum* plebanus in *Eyſeltheim* ex una & Melchior de *Ladenbergk* vicarius perpetuus altaris *S. Catharine* in collegiata eccleſia *S. Philippi Zellenſi* ex altera & *Philippus* de *Alzeia* capellanus altaris *ſanctorum Joannis & Andree* in *Ruſſingen* partibus ex tertia de jam dictis ſuis beneficiis ad invicem fieri deſiderant, dummodo ex juſtis & rationabilibus cauſis fiat &c. *ut ſupra nro V.* Date noſtro ſub ſecreto die viceſima menſis Februarii Anno dni milleſimo quingenteſimo viceſimo quarto.

An. MDXXIV. ad vicariam altaris *undecim millium martyrum in Cellen* preſentatus . . . per dominum *Cantorem Cellenſem.*

An. MDXXVI. ad vicariam altaris *ſancte Catharine* in collegiata eccleſia *ſancti Philippi Cellenſi* preſentatus . . . per validum *Melchiorem de Rüdesheim.*

(t) An. MDXVIII. Ad altare *ſancti Johannis* apoſtoli & evangeliſte in *Gauersheim* inveſtitus dominus *Nicolaus Rauskolb* profeſſus monaſterii eccleſie *Rubenſis* Premonſtratenſis ordinis preſentatus per Abbatem *Conradum Marcolff* dicti monaſterii eccleſie *Rubenſis.*

(u) An. MDXXIX. Ad altare *ſancte Catharine* virginis in parochiali eccleſia ville *Ulvesheim* preſentatus . . . per Decanum eccleſie *S. Spiritus in Heidelberg.*

Digitized by Google

(x) An. MDXVIII. Ad altare *ſanℓte Verene* in parochiali eccleſia ville *Offenheim* preſentatus . . . per reverendum patrem dominum *Pirminium* Abbatem *Otterburgenſem.*

An. MDXXIII. Ad altare *ſanℓte Catharine* in *Offenheim* preſentatus . . . per R. dnum Abbatem in *Otterburgk.*

(y) Eod. An. ad capellam *S. Petri* in *Orbis* preſentatus . . . per dnum Abbatem in *Rodenkirchen.*

(z) An. MDXX. ad altare beate Marie virginis in parochiali eccleſia ville *Albsheim* preſentatus . . . per reverendum Abbatem monaſterii *Rubenſis* Premonſtratenſis ordinis.

An. MDXXIII. ad altare *S. Michaëlis* in *Albsheim* preſentatus , . . per D. Abbatem in *Rodenkirchen.* Quod An. MCCLVIII. Abbas & conventus in *Rodenkirchen* intuitu parochialis eccleſiæ *Albsheim* & ab hac dependentis capellæ *Gowersheim* ſeſe obligaverint, ad feſtum dedicationis metropolitanæ Mog. ſex libra ceræ dare, ad ſynodum Prepoſiti *S. Victoris* venire & mandata ejus archidiaconalia recipere &c. vid. apud *Guden T. I. p.* 657. ubi & notitiam hujus monaſterii uberiorem conſignavit.

(aa) An. MDXVIII. ad altare *ſanℓte Anne* in parochiali eccleſia ville *Kircheim* preſentatus . . . per dominam *Margaretam Blicken de Liechtenberg* relictam *Eberhardi de Mernburgk* dicti *Riebſaem.*

An. MDXIX. Ad primiſſariam altaris *ſanctorum Sebaſtiani & Fabiani* in oppido *Kyrcheim* propè *Bolanden* preſentatus . . . per reverendum & religioſos

ſos

Digitized by Google

ſos dominos Priorem & conventum domus ordinis Dominici ſepulchri.

Eod. An. Ad altare ſitum in *arce Kircheim* preſentatus . . . per generoſos dominos *Johannem Ludovicum* & *Ludovicum* Comites in *Naſſau* & *Sarbruck* tanquam patronos.

(bb) Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo die tertia menſis Junii *Bertholdus Arch. Mog.* in commiſſis dedit *Georgio Heylmann* negotium permutationis beneficiorum *Chriſtmanni Schetzel* altariſte altaris *ſancte Katherine* in *Frimersheim* & *Petri Partenheim* altariſte altaris *ſancte Katherine* in *Bleynich.*

An. MDXVIII. ad parochialem eccleſiam in *Friemersheim* prope *Alzejam* preſentatus . . . per venerabilem dominum *Jacobum Hartlibum* Decanum eccleſie Sancti *Spiritus Heidelbergenſis.*

An. MDXXI. Ad perpetuum beneficium *beate Marie virginis* primiſſaria nuncupata in parochiali eccleſia ville *Frymersheim* preſentatus . . . per venerabilem & circumſpectum virum dominum *Jacobum Hartlibum* dictum *Waltporn* de *Landawe* ſacre theologie profeſſorem regalis eccleſie *ſancti Spiritus Heidelbergenſis* Decanum.

(cc) Anno Dni milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo vigeſima ſexta Auguſti *Bertholdus Arch. Mog.* commiſit *Georgio Heylmann* permutationem beneficiorum *Petri Queich* altariſte altaris *ſancti Johannis Baptiſte* monaſterii monialium in *Syon* & *Johannis Stube* altariſte altaris *ſancte Crucis* in eccleſia *S. Gingolffi* Mog.

(dd) An. MDXVIII. Ad capellam *ſancte Catharine* in *Wartenburg* preſentatus . . . per validum *Conradum Kolb de Wartenburg* tanquam patronum.

Altaria aut eccleſias ſupra non recenſitas huc tamen pertinentes ex aliis regiſtris mox ſubjungimus.

An. MDXVIII. Ad capellam in *Steynbach* vacantem ex obitu domini *Johannis* profeſſi monaſterii in *Dreiſs* ordinis Præmonſtratenſis preſentatus . . . per Abbatem ejusdem monaſterii.

An. eodem ad parochialem eccleſiam *ſancti Georgii* in *Wiſen* preſentatus . . . per dominum Abbatem & conventum Monaſterii *Otterburgenſis.*

Ad capellam in *Hennwiler* . . . .

Ad altare *ſancti Bartholomei* in *Syon.* . . . .

Ad altare *SS. Trinitatis* in *Syon.*

Ad altare *ſancte Margarethe* in *Bruchwiler* . . . .

Ad altare *ſancti Nicolai* in *Gilnheim* . . . .

Ad altare *ſancti Michaelis* in *Harxheim* . . . .

Ad altare *ſancte Catharine* in *Stetten* . . . .

Ad altare *beate Virginis* in *Wynheim* . . . .

Ad altare *S. Johannis Evangeliſte* in *Kirchheim* . . . .

Ad altare ſeu capellam *S. Petri* in *Heringen* . . . .

Ad altare *ſancti Laurentii* in *Rodenberg* . . . .

An. MDXXIX ad altare *ſancte Margarethe* in parochiali eccleſia *Enſelthum* (inter *Primmam* & *Saluſiam*) . . . . preſentatus . . . per religioſam dominam *Urſulam de Weſterſletten* prioriſſam cenobii *S. Agnetis* in *Liebenau* extra muros *Wormatienſes.*

Item honorabilis dominus *Nicolaus Feyſt* altariſta in *Welſtein* dedit ad computum 2 flor. de retardatis.

An.

An. Dni MCCCCXCII. die decima ſeptima menſis Auguſti à *Bertholdo Arch. Mog.* commiſſio data eſt pro permutatione beneficiorum *Hermanni Greſemundt* plebani eccleſie parochialis in *Welſtein* & *Petri Truſener* plebani in *Göſelsheim* & *Remigii Hafferkorn* altariſte altaris *ſancte Crucis* in eccleſia *ſancti Gingolfi Mog.*

Idem *Bertholdus Arch. Mog.* anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio die viceſima ſeptima menſis Aprilis *Georgium Heylmann* commiſſarium nominavit pro permutatione beneficiorum *Adami de Rockenhuſen* altariſte altaris *beate Marie Virginis* ſiti in parochiali eccleſia ville *Heywersheim* & *Nicolai Rockenhuſen* de *Alzeya* altariſte altaris *ſancti Kiliani* martyris in armario eccleſie *S. Mauritii* Mog.

Neque omittimus eccleſias jam memoratis vicinas, ſed quasdam potius earum chartas perlubenter ſubminiſtramus.

I.

Permutatio altaris S. Michaelis in Geiſpitzheim cum altari S. Jacobi ad S. Albanum.

Johannes Scolaſticus eccleſie *ſancti Johannis* Magunt. executor in negotio permutationis infra ſcripto à reverendo in Chriſto patre ac domino dno *Gerlaco Archiepiſcopo Magunt.* ſpecialiter deputatus univerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſentes pervenerint ſalutem & ſinceram in domino caritatem. Noveritis quod cum diſcreti viri *Johannes* de *Beckelnheim* vicarius perpetuus altaris *ſancti Michaelis* in *Geispozheim* & *Johannes* dictus *Naſe* vicarius perpetuus altaris *ſancti Jacobi* quondam *Waltheri* de *Aſchafenburg* ultimi rectoris ejusdem in monaſterio

ſancti

ſancti Albani extra muros *Magunt.* eadem ſua beneficia que poſſidebant, ad invicem permutare deſiderantes, nos juxta formam commiſſionis à prefato domino *Gerlaco* Archiepiſcopo nobis deſuper facte ad inſtantiam dictarum partium legitime procedentes publicum proclamationis edictum ſecundum debitum juris ordinem emiſimus & publicari mandavimus in eccleſiis ſive locis antedictis citantes omnes & ſingulos qui ſua in hac parte crederent intereſſe ut certis loco & tempore in dicto citatorio expreſſatis videlicet in feriam ſextam poſt dominicam *invocavit* in curia habitationis noſtre comparerent coram nobis ad docendum nos de ſuo intereſſe & ad proponendum & allegandum legitime ſi qua poſſent, que prefatam permutationem poſſent vel deberent merito impedire, cum intimatione, quod nos alioquin in dicto permutationis negotio & ad ejus conſummationem totalem prout juſtum foret utique procederemus juxta traditam nobis formam ipſorum citatorum abſentia ſeu contumacia non obſtante. Advenientibus igitur loco & termino ſupradictis, nobisque in eisdem diutius pro tribunali preſidentibus nullus coram nobis comparuit oppoſitor ſeu contradictor, qui contra dictam permutationem aut permutantes quidquam proponeret aut eam aliqualiter impediret; unde nos ad requiſitionem & inſtantiam prelibati *Johannis* de *Beckelnheim* pro ſe ac perſonaliter necnon diſcreti viri *Johannis* Thodenhuſſen de *Wolffhain Maguntie* commorantis procuratoris ac procuratorio nomine prefati *Johannis Naſonis* prout etiam de ſue procurationis mandato nobis legitima fuit facta fides,

coram

Digitized by Google

coram nobis ac tabellione publico necnon teſtibus infraſcriptis comparentium omnibus & ſingulis ſe dicte permutationi opponere volentibus viam de cetero ſe opponendi precluſimus & precludimus in hiis ſcriptis, & de cauſis dictum permutationis negotium ſuadentibus inquiſivimus diligenter, quas etiam rationabiles invenimus atque juſtas, factiſque per eosdem certis reſignationibus dictorum beneficiorum permutandorum in manibus noſtris hinc inde ut eſt moris ſub ſpe permutationis de eisdem faciende, recepto quoque ab ipſis & eorum quolibet juramento ad ſancta Dei ewangelia coram nobis preſtito quod in dicta permutatione nil interceſſerit nec intercedat ſimoniace pravitatis aliudque canonicum non obſiſtat; Nos igitur auctoritate nobis in hac parte commiſſa in dicto permutationis negotio à nobis ulterius procedendum eſſe decrevimus & proceſſimus, predictum *Johannem de Beckelnheim* de prelibata vicaria altaris *ſancti Michahelis* in *Geiſpotzheim* ad ſupradictam vicariam altaris ſancti *Jacobi* in monaſterio *ſancti Albani* extra muros *Magunt.* quam prefatus *Johannes Naſe* tenuit & poſſedit, eundemque *Johannem Naſe* in perſonam prefati ſui procuratoris ac ipſum procuratorem in perſonam dicti *Johannis* de antedicta vicaria altaris *ſancti Jacobi* ad prelibatam vicariam altaris *ſancti Michahelis* in *Geiſpotzheim* Mag. dioc. quam prefatus *Johannes* de *Beckelnheim* tenuit & poſſedit tranſtulimus & in Dei nomine transferimus in hiis ſcriptis ipſorum alterum in locum alterius ſubrogando ipſoſque ut ſic translatos de jam dictis beneficiis ad que per nos translati ſunt ut premittitur per li-

Digitized by Google

brum quem manu tenebamus inveſtivimus ac tenore preſentium inveſtimus, quo circa vobis diſcretis viris
vid. pag. 32. *ſancti Nicolai in Stega* prope muros & in *Geiſpotzheim* eccleſiarum predictarum plebanis ceteriſque eccleſiarum & capellarum rectoribus ac clericis & notariis publicis per civitatem & dioceſin Maguntinam ubilibet conſtitutis ſub pena ſuſpenſionis & excommunicationis jam late ſententie canonica tamen trium dierum monitione premiſſa diſtricte precipimus & mandamus quatenus vos & quilibet veſtrum in ſolidum & prout requiſiti fueritis aut alter veſtrum fuerit requiſitus prefatos translatos ad prelibatas vicarias ſive beneficia ad quas ſeu que per nos translati ſunt ut prefertur ac eorundem poſſeſſionem corporalem vel quaſi ac jurium & pertinentiarum ipſorum mittatis & inducatis ipſiſque aut eorum procuratoribus ipſorum nomine ac pro ipſis de dictorum beneficiorum eccleſiaſticorum fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus univerſis ab omnibus & ſingulis ad quos hoc pertinet cum integritate debita reſponderi cum adhibitis in hiis & circa hec ſollempnitatibus debitis & conſuetis; Inſuper moneatis vice & auctoritate noſtra omnes & ſingulos ad quos predictorum beneficiorum ordinatio, collatio ſeu quevis alia diſpoſitio & promotorum ad eadem receptio & admiſſio pertinet communiter vel diviſim quos & nos preſentibus ammonemus ipſiſque in virtute ſancte obedientie & ſub penis preexpreſſis, quas etiam & eorum quemlibet predicta tamen canonica monitione premiſſa incurrere volumus ipſo facto, quo minus ipſi & eorum quilibet fecerint ſeu

ad

Digitized by Google

adimpleverint quod mandamus injungimus ac precipimus firmiter & diſtricte, quatenus prelibatos translatos & ad ipſorum beneficia, ad que per nos translati ſunt ut premittitur prout ad eos & eorum quemlibet pertinet communiter vel diviſim recipiant effectualiter abſque contradictione & ſublatis impedimentis quibuslibet & admittant ſibique de dictarum vicariarum ſive beneficiorum fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus univerſis reſpondeant & ab aliis reſponderi faciant integre & complete, alioquin omnes & ſigulos qui ſe in hac parte reddiderint contumaces & rebelles & mandatis noſtris ymo verius predicti domini noſtri *Gerlaci Archiepiſcopi* ſupradicti nobis in hac parte traditis, parere contumaciter non curarent, quos propter non comparitionem hujusmodi excommunicamus ex nunc prout ex tunc licet in genere in hiis ſcriptis ex communicatos & ab omnibus arcius evitandos eorum expreſſis nominibus publice nuntietis, prout eorum inobedientia & protervitas exegerit in hoc caſu. In quorum omnium premiſſorum teſtimonium preſentem noſtrum proceſſum per tabellionem publicum infra ſcriptum ſcribi & publicari mandavimus, noſtrique ſigilli fecimus appenſione muniri. Acta & geſta ſunt hec *Maguntie* in curia habitationis noſtre ſub anno à nativitate domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſexto, indictione quarta pontificatu ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri domini *Urbani* divina providentia Pape *quinti* anno quarto, die viceſima ſexta menſis februarii hora veſperarum vel quaſi preſentibus diſcretis viris dominis *Petro* rectore

Digitized by Google

eccleſie parochialis in *Udenheim* Mag. dioc. *Henrico* dicto *Zcur Mülen* vicario perpetuo in eccleſia *ſancti Johannis Magunt.* & *Johanne* de *Saſſenhuſen* alias dicto *Smaltz* notario jurato cauſarum ſancte *Maguntine* ſedis teſtibus ad ea vocatis & rogatis.

Et ego *Lambertus* dictus *Verne* de *Fritzlar* Mag. dioc. publicus imperiali auctoritate notarius predictorum permutantium comparitioni, ſupplicationi, preclusioni, inquiſitioni, juramentorum preſtationi, translationi, ſubrogationi, inveſtiture, mandatis, monitionibus, ſententiarum promulgationi, ceteriſque premiſſis dum ſic loco & tempore ſupradictis agerentur & fierent una cum prenotatis teſtibus preſens fui eaque cum eisdem ſic fieri vidi & audivi, preſentemque proceſſum de manu & auctoritate prefati domini executoris exinde ſcripſi & in hanc redegi formam publicam, ſignoque meo conſueto una cum appenſione ſigilli ejusdem domini executoris ſignavi requiſitus in fidem & teſtimonium omnium premiſſorum.

II.

Deſcriptio reddituum altaris S. Nicolai in Bermersheim.

In nomini Domini Amen. Cum conveniat in augmentum divini cultus redditus beneficiorum eccleſiaſticorum perpetua firmitate roborari, quod fieri commode non poteſt, niſi ſcripture teſtimonio mediante ſecundum canonicas & legitimas ſanctiones, hinc eſt quod nos Scultetus & Scabini & alii jus dicentes ſeu per quos regitur judicium ſeculare in villa *Bermersheim* ad univerſorum notitiam & ad perpetuam rei memoriam cupimus pervenire, quod nos ſub

ſub debito juramenti tanquam judices ſeculares ville *Bermersheim* predicte dicimus & pronuntiamus & recognoſcimus altare *ſancti Nicolai* in eccleſia parochiali ville noſtre predicte conſtitutum ſufficienter eſſe dotatum quoad redditus annuos & perpetuos viginti quatuor maldrorum ſiliginis menſure Wormatienſis & unius carrate vini communis ejusdem menſure pro ſuſtentatione ſacerdotis ipſum altare pro tempore regentis ſeu officiantis cum bonis & redditibus in terminis ville *Bermersheim* ſitis ad jus & proprietatem ipſius altaris pertinentibus quorum ſitus & ſpecificatio inferius annotatur. Primo cc. libras & xxvi. libr. hlls. bonorum & legalium. Item iiii. jugera agri, quorum duo ſunt ſita in *Strata Pinguenſi*, alia duo in via *Heimershen.* Item i. jugerum vinearum retro eccleſiam. Item iiii. dualia vinearum & agrorum ſita in monte. It. ii jugerum vinearum in terminis ville *Lonsheim.* It. ii. jugera pratorum ſita in terminis ville *Bermersheim.* It. xxx libr. hlls. pro domo ad ſuſtentationem ſacerdotis. Item ii. maldr. ſiliginis pinguenſis menſure perpetue penſionis que cedunt in villa *Armisheim.* In quorum omnium teſtimonium & perpetui roboris firmitatem, quia propriis ſigillis caremus, preſentes litteras ſigillis diſcretorum virorum *Heinrici* plebani in *Freimersheim* & *Heinrici* Cappellani altaris *ſancti Nicolai* in *Albechin* manufidelium dicti altaris ad preces noſtras preſentibus appenſis fecimus communiri; Et nos *Heinricus* & *Heinricus* preſcripti recognoſcimus ad preſentes Sculteti, ſcabinorum & judicum predictorum ſigilla noſtra preſentibus appendiſſe in teſtimonium om-

 nium

Digitized by Google

nium premiſſorum. Datum Anno Domini milleſimo CCCLIIII. IX. Kal. Februarii.

III.

Confirmatio trium beneficiorum in eccleſia villæ Albich.

Dietherus Dei gratia ſancte Maguntine ſedis electus S. R. I. per Germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector ad perpetuam rei memoriam. Humilibus & juſtis petentium deſideriis libenter annuimus, ut votis eorum que Divini honoris incrementum amplificant favorabiles atque benignos reddere nos ſolemus; exhibita ſiquidem nuper pro parte nobis in Chriſto dilectorum rectorum & magiſtrorum fabrice eccleſie parochialis ville *Albich* noſtre dioc. peticio continebat, quod olim cultus divini augendi gratia de certis bonis à quibusdam Chriſti fidelibus ad hoc collatis atque conceſſis tria beneficia eccleſiaſtica unum videlicet ſub *omnium Sanctorum*, alterum *S. Nicolai* & tertium *B. Marie Virginis* invocationibus atque vocabulis in dicta parrochiali eccleſia cum certis annuis fructibus, redditibus & proventibus fundata & inſtituta atque pro trium ſacerdotum ſuſtentatione competenter dotata fuerunt, quemadmodum in certis litteris autenticis ſigillis roboratis & deſuper confectis plenius continetur; quare pro parte rectoris & magiſtrorum fabrice prefatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut fundationi, inſtitutioni & dotationi hujusmodi robur confirmationis noſtre adjicere dignaremur. Nos igitur eorum in hac parte ſupplicationibus inclinati fundationem dotationem & inſtitutionem prefatas ratas & gratas habentes eas auctoritate noſtra ordinaria & tenore preſentium appro-

probamus & confirmamus & omnes & ſingulos defectus ſiqui forſan in premiſſis interveniſſent, prefata auctoritate noſtra ſupplemus, jus patronatus illis, quibus in dictis litteris reſervatum eſt, eadem auctoritate noſtra reſervantes; volumus autem & predicta auctoritate noſtra ſtatuimus & ordinamus, ut nullus in dictis beneficiis vel in eorum aliquo inſtituatur niſi ſciencia & moribus abilis & ydoneus fuerit repertus & in ſacerdocio conſtitutus ſit aut tante etatis, quod infra annum à die inſtitutionis computando ſacerdos ordinetur & perſonalem reſidentiam faciat, alioquin dicto beneficio privatus ſit ipſo facto; harum noſtrarum quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio litterarum. Datum *Aſchaffenburgi* die decima ſexta menſis julii Anno . . . LXXVII. 1477.

IV.

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo, decima nona julii *Bertholdus Arch. Mog. Georgio Heylmann* in commiſſis dedit negotium permutationis beneficiorum *Conradi* Piſtoris altariſte altaris *beate Virginis* in *Albich* & *Johannis Drutman* altariſte altaris *ſancte Crucis* eccleſie *ſancti Gingolffi* Mog.

V.

Nos *Otto* dei gratia abbas monaſterii *ſancti Maximini* prope & extra muros Treverens. ordinis *ſancti Benedicti* honorabili nobis in Chriſto dilecto *Laurentio Hyrcz* rectori altaris *beate Marie Virginis* in parochiali eccleſia ville *Albich* Mag. dioc. ſiti ſalutem in Domino. Ut dictum veſtrum altare, cujus

col-

Digitized by Google

collatio & preſentacio ad nos tanquam verum patronum & collatorem ſpectare dinoſcitur cum abili & ydonea perſona pro alio eccleſiaſtico beneficio permutare poſſitis & valeatis, dummodo hujusmodi permutatio ex rationabilibus & legitimis cauſis proceſſerit & aliud canonicum non obſiſtat impedimentum, plenam & liberam concedimus facultatem noſtrumque conſenſum pariter & aſſenſum permutationi, dummodo eandem celebrare contigerit, preſentibus indulgemus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt impenſum ſub Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo die vero Martis viceſima quarta menſis Maji.

VI.

Bona Monaſterii Himmelgarten incorporantur eccleſiæ parochiali in Alzey, quæ erigitur in collegiatam.

Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum dei ad perpetuam rei memoriam. In ſupreme Apoſtolice dignitatis ſpecula meritis licet inſufficientibus diſpoſitione Divina conſtituti circa eccleſiarum & eccleſiaſticorum locorum omnium cure mee commiſſorum commodum & honorem, prout ex commiſſi nobis paſtoralis officii debito aſtringimur, diligenter intendimus, ipſarumque eccleſiarum ſtatum & decus adaugemus maximè cum exinde Divini cultus incrementum & ſalus provenire ſperatur animarum, ac ad hoc catholicorum principum & aliorum fidelium vota intercedunt, idque conſpicimus in domino ſalubriter expedire; Sanè dudum pro parte quondam *Friderici Comitis Palatini Rheni* Romani imperii Electoris ac dilectorum filiorum univerſitatis hominum oppidi *Alzen* Moguntine dioc. nobis expoſito, quod

in

in ſuburbio dicti oppidi monaſterium monialium *beate Marie* & *undecim millium virginum* ac *ſancti Johannis* in *Himmelgart* Ciſterc. ord. dicte dioc. conſiſtebat, cujus fructus, redditus & proventus cauſantibus incuria & negligentia ac malo regimine abbatiſſe pro tempore exiſtentis & monialium ejusdem monaſterii adeo diminuti erant, quod in illo tunc tres aut quatuor moniales duntaxat degebant, que etiam eam, quam decuiſſet vitam regularem non ducebant, dictusque *Fridericus* Comes dominus dicti oppidi ſtructuras & edificia ſuburbii hujusmodi propter pericula, que exinde dilectis filiis incolis dicti oppidi tempore guerrarum in illius expugnatione imminere poterant, excepto dicto monaſterio, funditus demoliri fecerat & in eadem expoſitione ſubjuncto, quod ſtructure & edificia dicti monaſterii volentibus pro tempore oppidum ipſum expugnare & occupare magnum preſtitiſſent adjumentum; Nos tunc *Decano* eccleſie *beate Marie ad gradus* Mogunt. ejus proprio nomine non expreſſo, noſtris apoſtolicis litteris dedimus in mandatis, ut vocatis monialibus predictis & aliis qui forent vocandi, de premiſſis omnibus & ſingulis ac eorum circumſtantiis univerſis authoritate noſtra ſe diligenter informaret, & ſi per informationem ejusmodi reperiret ita eſſe, poſtquam *Fridericus* Comes & univerſitas predicti in loco eccleſie dicti monaſterii aliquam parvam capellam ex qua pericula hujusmodi non imminerent, edificari feciſſent, & moniales predictas ad alia monaſteria ejusdem ordinis, in quibus benevolas inveniſſent receptrices, transferret & abbatialem dignitatem & ordinem hu-

Digitized by Google

jusmodi authoritate apoſtolica penitus & omnino ſupprimeret & extingueret, ac ipſis comiti & univerſitati dictum monaſterium ſolo adequari faciendi licentiam concederet, necnon bona dicti monaſterii parochiali ecclesie *ſancti Nicolai* dicti oppidi perpetuo applicaret & illorum fructus, redditus & proventus monaſteriis, ad que dictas moniales transferri contingeret, quoad viverent ipſe moniales, reſervaret, volentes inter cetera, quodſi applicationem hujusmodi & alia premiſſa fieri contingeret, rector dicte parochialis ecclesie pro tempore exiſtens in ipſa edificanda capella aliquas miſſas certis temporibus, prout ipſi Decano rationabiliter videretur, celebrari facere teneretur, prout in eisdem litteris plenius continetur; Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis viri *Philippi* moderni *Comitis Palatini Rheni* Romani imperii Electoris *Bavarie* Ducis & predictorum univerſitatis petitio continebat, ipſe *Fridericus* Comes & univerſitas dudum provida conſideratione attendentes, quod ſi fructus bonorum dicti demoliendi monaſterii dictis monialibus numero tribus duntaxat exiſtentibus, aut monaſteriis ad que illas contingeret transferri, reſervarentur, id in nullam ipſius parochialis ecclesie utilitatem, ſed in maximum prejudicium & ſuſcitationes litium cederet, moniales prefatas alias juxta literarum prædictarum, que Decano predicto nondum preſentate fuerunt, formam & tenorem ad nonnulla alia monaſteria dicti ordinis, in quibus benevolas invenerint receptrices, ſincera inibi charitate in Domino tractandas cum oportuna & accepta pro qualibet congrua portione

pro

pro illarum decenti ſuſtentatione transferri & in eisdem monaſteriis benignè recipi procuraverint; Univerſitasque prefati cupientes cadavera defunctorum in cemiterio dicti demoliendi monaſterii repoſita ad cemiterium ipſius eccleſie transferri, loco fundationis capelle predicto in loco ipſius monaſterii demoliendi edificando quandam capellam cum altari ad quod certe miſſe ordinande pro ipſius demoliendi monaſterii fundatorum & inibi ſepultorum animarum requie atque ſalute celebrabuntur, ex nonnullis bonis reſpectibus & cauſis rationabilibus in dicta eccleſia erigi & edificari fecerint; pro parte *Philippi* Comitis, qui ut aſſerit, ipſius oppidi in temporalibus Dominus exiſtit, & univerſitatis predictorum, etiam aſſerentium, quod monaſterii tredecim, parochialis eccleſie vero predicte quatuor marcharum argenti fructus, redditus & proventus ſecundum communem extimationem, valorem annuum non excedunt, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quod *Philippus* Comes & univerſitas prefati ad ipſam eccleſiam parochialem pro tempore obtinentes de cetero ad fructuum, reddituum & proventuum ac aliorum bonorum dicti monaſterii prefatis tribus monialibus duntaxat reſtantibus aut monaſteriis in quibus degunt, exhibitionem ac ad capelle in perfato loco dicti monaſterii demoliendi juxta formam dictarum litterarum erectionem de cetero non teneantur, nec ad id earundem litterarum vigore per quoscunque valeant inviti coarctari; quodque dictus locus poſt translationem cadaverum hujusmodi profanus dici & remanere debeat & declarari ac fructus hujusmodi bono-

Digitized by Google

rum aliaque ipſius demoliendi monaſterii mobilia immobiliaque bona cum illorum juribus, actionibus & pertinentiis univerſis ac ſeptem perpetua beneficia ſine cura, altaria nuncupata, in eccleſia ipſius demoliendi monaſterii inſtituta dicte eccleſie parochiali perpetuo applicare, unire, annectere & incorporare, necnon poſſeſſiones, bona & cadavera hujusmodi ſive oſſa in ipſo demoliendo monaſterio recondita ac ſanctorum corpora & reliquias ibidem requieſcentia ac alia dicti demoliendi monaſterii bona & ornamenta eccleſiaſtica ad Divinum uſum deputata de eodem demoliendo monaſterio ad eccleſiam parochialem predictam transferendi & reponendi licentiam concedere, necnon ipſam parochialem eccleſiam in collegiatam erigere & in illa unum decanatum & octo canonicatus totidemque prebendas & cum illis novem vicarias pro totidem perſonis eccleſiaſticis creare & inſtituere ac alias in premiſſis opportunè providere de benignitate apoſtolica dignaremur; Nos igitur, qui dudum inter cetera voluimus, quod ſemper in unionibus commiſſio fieret, ad partes vocatis quorum intereſſet, cultum Divinum ubique vigere & augeri noſtris preſertim temporibus intenſis deſideriis affectantes, ejusmodi ſupplicationibus inclinati, quod *Philippus* Comes ac univerſitas prefati ac eccleſiam parochialem predictam pro tempore obtinentes de cetero ad fructuum, reddituum ac proventuum aliorumque bonorum dicti monaſterii, dictis tribus monialibus duntaxat reſtantibus aut monaſteriis in quibus degunt, cum ſit eis, ut prefertur, competenter proviſum, exhibitionem ac ad capelle in

pre-

Digitized by Google

prefato loco dicti monaſterii demoliendi juxta dictarum literarum tenorem erectionem non teneantur, nec ad id etiam vigore earundem litterarum per quoscunque valeant inviti coarctari, quodque dictus locus poſt tranſlationem cadaverum profanus dici & remanere debeat auctoritate apoſtolica tenore preſencium decernimus & declaramus, necnon fructus hujusmodi bonorum aliaque ipſius demoliendi monaſterii res ac mobilia & immobilia bona cum illorum juribus, actionibus & pertinentiis univerſis ac ſeptem perpetua beneficia ſupradicta, que ſine cura ſunt, in ipſo demoliendo monaſterio, ut prefertur, inſtituta, quorum omnium fructus, redditus & proventus novem markarum ſecundum extimationem predictam valorem annuum, ut aſſeritur, non excedunt, una cum eorum redditibus, proventibus & emolumentis quibuscunque dicte parochiali eccleſie eisdem authoritate & tenore perpetuo applicamus, unimus, annectimus & incorporamus ita quod cedentibus vel decedentibus ſimul vel ſucceſſivè dicta ſeptem beneficia ad preſens obtinentibus aut illa alias quomodolibet dimittentibus liceat ex tunc parochialem eccleſiam predictam pro tempore obtinenti per ſe vel alium ſeu alios corporalem beneficiorum juriumque & pertinentiarum predictorum poſſeſſionem auctoritate propria liberè apprehendere ac illorum fructus redditus & proventus in ſuos & eccleſie predicte uſus, utilitatemque convertere & perpetuo retinere ... cujusvis licentia ſuper hoc minime requiſita & inſuper *Philippo* Comiti & univerſitati prefatis poſſeſſiones & bona ac cadavera hujusmodi

ſive oſſa in ipſo demoliendo monaſterio ac ſanctorum corpora & reliquias recondita & requieſcentia cum debita ſolemnitate & honore una cum oneribus & ſingulis privilegiis, immunitatibus & indultis in ipſo monaſterio exiſtentibus necnon jocalia & quecunque alia ad eccleſie & ſacramentorum eccleſiaſticorum uſum deputata de dicto monaſterio demoliendo ad dictam parochialem eccleſiam transferendi & reponendi, ita quod inibi perpetuo cum ſuis preeminentiis remanere debeant, plenam & liberam auctoritate & tenore preſentium licentiam concedimus & etiam facultatem. Preterea ad laudem & gloriam omnipotentis Dei totiuſque curie celeſtis ac etiam pro ipſius eccleſie & oppidi predicti decore & venuſtate, illiusque incolarum conſolatione porochialem eccleſiam predictam in collegiatam eccleſiam cum burſa ſeu menſa communi, ſigillo, archa ac aliis collegialibus inſigniis ad inſtar aliarum collegiatarum eccleſiarum illarum partium erigimus & inibi unum decanatum dignitatem in illa principalem curatam & electivam pro uno Decano preſidente, qui curam animarum parochianorum ipſius parochialis eccleſie per ſe vel alium ſeu alios exercere habeat ac octo canonicatus & totidem prebendas pro totidem perſonis una cum dicto Decano capitulum facientibus & ultra decanatum & octo canonicatus & totidem prebendas novem vicarias perpetuas pro totidem perſonis, que in ipſa ſic erecta eccleſia divinis officiis diurnis & nocturnis intereſſe tenerentur unacum privilegiis, favoribus & veſtimentorum ad inſtar canonicorum & perſonarum aliarum collegiatarum ec-

cleſiarum partium earundem delationibus auctoritate & tenore predictis creamus & inſtituimus & nichilominus, quod proviſio dicti decanatus pro hac prima vice ad ſedem apoſtolicam & deinceps, quotiens illum vacare contigerit, decani electio ad dictos capitulum & electionis ejusdem confirmatio ad ſedem eandem, canonicatuum imo & prelaturarum ac vicariarum necnon quorumcunque aliorum beneficiorum inibi in futurum forſan erigendorum & inſtituendorum illorum occurrentibus vacationibus collatio & omnimoda diſpoſitio ad decanum ipſius ecclefie pro tempore exiſtentem & capitulum predictos absque tamen prejudicio collatorum & patronorum beneficiorum eccleſiaſticorum in dicta parochiali eccleſia hactenus inſtitutorum communiter perpetuo ſpectent & pertineant, ſtatuimus & etiam ordinamus, necnon eisdem Decano & capitulo, quod pro ipſius eccleſie felici regimine & ſtatus proſperi incremento ſtatuta & ordinationes, prout qualitates rerum pro tempore ingruentium exigerent, condere & facere libere & licite valeant, ſimilibus authoritate & tenore concedimus & indulgemus, non obſtantibus voluntate predicta & conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis necnon monaſterii & ordinis predictorum juramento, confirmatione apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuscunque, aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales prefate ſedis vel legatorum ejus litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervatio-

nem

nem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum; quas quidem litteras & proceſſus habitos per easdem & quecunque inde ſecuta ad beneficia unita hujusmodi volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari & quibuslibet aliis privilegiis; indulgentiis & litteris apoſtolicis ſpecialibus vel generalibus quorumcumque tenorum exiſtant per que preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, proviſo, quod propter unionem, annexionem & incorporationem predictas, ſi ille vigore preſentium effectum ſortiantur, unita beneficia predicta debitis non fraudentur obſequiis ſed illorum congruè ſupportentur onera conſueta, Nos enim exnunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conſtitutionis, declarationis, applicationis, unionis, annexionis, incorporationis, conceſſionis, erectionis, creationis, inſtitutionis, ſtatuti, ordinationis, indulti, voluntatis & decreti infringere vel ei auſu temerario contraire; ſiquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri & Pauli* apoſtolorum ejus ſe noverit incurſarum. Datum *Rome* apud *ſanctum Petrum* Anno incarnationis dominice milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono, undecimo januarii, pontificatus noſtri anno octavo.

Anno

Digitized by Google

Anno MCLXXV. *Fridericus Ludovici Thuringiae* Landgravii filius Præpoſitus *S. Stephani* collegio ſuo concedit jus conferendi parochialem *Alzejenſem: ut per eam fratres defectus ſuos poſſent ſupplere & cottidiane neceſſitatis ſue ſtipendia augmentare.* Litteræ conceſſionis hujus datæ ſunt *Papiae*, regnante *Friderico* Romanorum Imperatore. *Joann. Rer. Mog, Tom. II. p.* 522. Parochialis hæc Anno MCLXXXIX. communi conſenſu collegii *S. Stephani* tradita fuit *Conrado* Sabinenſi Epiſcopo S. Sedis Moguntinæ Archiepiſcopo, qui dictum collegium ut indempne redderet, eccleſiam in *Brezzenheim* ad eccleſiæ Moguntinæ cuſtodiam alias ſpectantem illi conceſſit, uti & eccleſiam in Münſter ad Navam cum pertinentiis ſuis. Cuſtos majoris ab hinc accepit præpoſituram *S. Johannis* & præbendam in eccleſia *S. Stephan* memorata, quam nec per ſe nec per vicarium deſervire tenetur.

§. 2.

REGISTRUM SEDIS NERSTHEYM IN OPPENHEIM.

Eccleſia parochialis cum canonicis dant decem fl. auri. (a)

Plebanus hoſpitalis *ibid. i. fl. auri. xxi. alb. vi. pf.* (b)

Capellanus S. Valentini *in eodem hoſpitali i. fl. auri viii. alb. iiii. hlr.* (c)

IN CENOBIO MARIE CORONE.

Capellanus altaris ſanctarum virginum *i. fl. auri. xiii. alb.* (d)
Capellanus S. Georii *i. fl. auri vi. alb.* (e)
Capellanus ſanctorum Johannis baptiſte & evangeliſte *i. fl. auri xxii. alb.* (f)
Capellanus decem millium martyrum *i. fl. auri. i. alb.* (g)

DEXHEIM.

Plebanus iii. fl. iiii. hlr. (h)
Capellanus beate virginis *i. fl. viii.*
Capellanus ſancte Katherine *i. fl. xxi. alb. x. hlr.* (i)

DALHEIM.

Paſtor i. fl. xviii. alb.
Plebanus i. fl. xvi. alb. (k)

BECHTELHEIM.

Paſtor iiii. fl. vi. alb.
Plebanus iii. fl. ix alb. iii. hlr.
Rector capelle ii. fl. vii. alb.
Capellanus S. Nazarii *xix alb. viii. hlr.*
Capellanus S. Nicolai *i. fl.* (l)
S. Margarethe *xxiiii. alb.* (m)
S. Johannis *i. fl. iiii. pf.* (n)
S. Katherine *xix alb. x. hlr.*
S. Anne *i. fl. xi. alb.* (o)
S. Theobaldi *i. fl. x. alb.*

FRIE-

Digitized by Google

FRIESENHEIM.

Paſtor i. fl. vii. alb. (p)
Plebanus i. fl. x. hlr.

KINGERNHEIM.

Paſtor i. fl. iiii. alb. iiii. hlr.
Plebanus xxiiii. alb. x hlr. (q)

HANHEIM.

Paſtor i. fl. viii. alb.
Plebanus i. fl. xi. alb.

BLEYDESHEIM.

Paſtor vii. fl. i. alb.
Plebanus xix. alb. x. hlr. domini Erbacences (r)

SELSEN.

Paſtores xv. fl.
Plebanus iiii. fl. xii. alb. ii. hlr.
Altariſta S. Egidii *i. fl. vii. alb. x. hlr.*
S. Michaelis *xxiiii. alb. x. hlr.*

MOMMENHEIM.

Paſtor iii. fl. viii. alb. (s)
Plebanus i. fl. xviii alb. x hlr.

ZORNHEIM.

Paſtor ii. fl. xxii. alb. iiii pf.
Plebanus i. fl. xix alb.
Idem i. fl. xvi. alb. x hlr.
Sanctorum Philippi & Jacobi *xiii. alb.*
Capellanus parochie xxiiii. alb. x. hlr.

Digitized by Google

SORGLOCH.

Plebanus i. fl. viii. alb. (t)

EBERSHEIM. (u)

Plebanus ii. fl. xiii. alb. viii. hlr.
Altariſta xxiiii. alb. viii. hlr.

HARXHEIM.

Paſtor i. fl. vii. alb. viii. hlr.
Plebanus i. fl. xvii. alb. (x)

BISSESHEYM.

Paſtor i. fl.
Plebanus i. fl. xi. alb. (y)

BODENHEIM.

Plebanus iiii. fl. xvi alb. vi. hlr.
Capellanus i. fl. xvi. alb. viii. hlr. (z)

LORTZWEILER.

Paſtor ii. fl. vii alb.
Plebanus iii. fl. viii. hlr.

NACKHEYM.

Plebanus iiii. fl. i. alb. (aa)
Premiſſarius i fl. xiii. alb.

NIERSTHEIM AD S. KILIANUM.

Paſtor ibid. iii. fl. vi. alb. vi. pf.
Plebanus iiii. fl. ix alb. (bb)
Beate Virginis *xxv. alb.*

Capel-

Digitized by Google

Capellanus ejusdem altaris i fl. xxi. alb. vii. hlr.
S. Georii *ii. fl. xxv. alb.*

ibid. ad S. MARTINUM.

Paſtor iii. fl. vi. alb. vi. pf.
Plebanus iiii. fl. xii. alb.
Sancte Katherine *i. fl. ii. alb.*
Beate Virginis *xx alb. vi hlr.*
Premiſſarius ii. fl. xi. alb. (cc)
Sancte Crucis *ii. fl. vi. hlr.*
Sancti Petri *xx. alb. viii. hlr.*

TODENBACH.

Capellanus xxi. alb. vi. hlr.

SCHWAIBSBERCK.

i. fl. viii. alb.

(a) An. MCCLVIII. juſſu *Richardi* Romanorum Regis ſolerter inquiſitum fuit in limites, qui *Moguntinam dioeceſin* à *Wormatienſi* diſtinguerent, tandemque liquido declaratum: quod nova civitas in *Oppenheim* in diœceſi *Moguntina* ſit conſtituta. Eo ipſo quoque tempore eccleſia *S. Catharinae* ibidem in parochialem erecta uſu baptiſterii, cœmiterii aliorumque jurium fuit inſignita. *Trithem. Chron. Sponheim p.* 283. *Guden. Tom. I. p.* 660. *Lünig ſpicil. eccleſ. fortſetz. I. th. p.* 38.

An. MCCCXX. *Wernherus* de Bolandia Præpoſitus eccleſiæ *S. Victoris,* in cujus præpoſituræ terminis eccleſia parochialis *S. Catharinae* in collegia-

Digitized by Google

tam noviter elevata conſiſtit, hæc ſibi ſuiſque ſucceſſoribus jura in eadem reſervavit, *quod videlicet ad praepoſituram eccleſiae S. Catharinae vacantem perſonam idoneam ſibi per Romanorum regem, qui pro tempore fuerit, praeſentandam, habebit inveſtire; cuſtodiam ſeu cuſtodiae officium, quotiens vacaverit, conferre; Decanum, Scolaſticum, Cantorem & ſingulos canonicos ritè electos confirmare, plebanum de capitulo praeſentandum inveſtire, qui & decenter & honeſte ſe regere ac ſanctam ſynodum viſitare tenebitur; inſuper cauſas ſeu lites, ſi quas ſuper canonicatibus & praebendis emergere contigerit, decidere per ſe vel officialem ſuum ſeu alium quem ad hoc duxerit deputandum; jurisdictionem ſuam ſicut ante in omnibus cauſis ſuper perſonas exercere, viſitare, & exceſſus corrigere &c.*

Haud diu ſubſtitit eccleſiæ hujus præpoſitura ſub *Gerlaco* Arch. Mog. Nam An. MCCCLVII. capitulo incorporata & unita, quod in ſignum conſenſus à Decano & capitulo *majoris eccleſiae Moguntinae* deſuper præſtiti appromiſit duas libras ceræ ad fabricam ſummi templi ſingulis annis in die *B. Martini* epiſcopi hyemali ſe daturum. *Joann. Rer. Mog. T. II. p.* 612.

An. MCCCLXXVIII. die decimâ octavâ Martii *Johannes de Bibelnheim* cum ejus conthorali vendidit Eberhardo de *Udenheim* annuum cenſum undecim maldrorum ſiliginis deinceps porrigendum altari *S. Nicolai* in collegiatâ *S. Catharinae*, prout charta ſequens pluribus edocet:

Ich *Henne* von *Byebelnheim* Edelknecht *Margareta* min eliche Husfrauwe viriehen und erkenne uns offenlichen in dieſem Brife vor uns und unſer erben

und

und dun kunt allen luden daz wir recht und redelichen han verkaufft *Ebirhart* von *Vdenheim* Edelknechte, und ſinen kinden, die den altar han zu geben zu *ſant Nyclas* gelegen in dem ſtiffte zu *ſte Katherine* zu *Oppenheim* Eulff malder korngeldes jerlicher und ewiger korngelde umb eyne ſomme gelts, die wir von dem egenanten *Ebirhart* und ſinen Kinden entphangen han gantz und garre und in unſern notz und fromen gewant und gekert haben. und ſullen wir und nach unſer unſer Erben die vorgeſchriben Korngulde geben reychen und antwerten eyme Prieſter dem der egenante *Ebirhart* ſine kint odir ir nachkomen den obgenanten altar gegeben hetten bit wirmeſter maſe an gudem gulde korn zwiſchen den zweyn unſern frawen dagen als ſie zu himel fur und geborn wart, und ſie yn alle jare antwerten zu *Oppenheim* in die ſtat vor ein huff, daz uns der egenanten *Ebirhart* ſine kint und nach yn ir erben oder ein prieſter dem ſie den vorgeſchriben altar geben heten bewyſent, und benennet of uns und unſer erben koſten forn arbeyt und vnkoſten ane alle geſchichte. Vnd dieſe vorgeſchriben korn gulde alle jerlichen und ebeclichen zu reichen und zu antwerten als da vorgeſchriben ſtet, ſo han wir dem egenanten *Ebirhart*, ſinen kinden, und nach yn irn Erben odir dem Prieſter dem ſie den vorgeſchriben altar geben hette zu undirpande geſatz und gelachet dieſe nachgeſchriben gůt gelegen zu *Vlversheim* und in der gemarcken des vorgenanten Dorfes zum erſten in der *hohen gewanden* ij. morgen gefor Ernſte Item ij. morgen in der *andern gewanden*, gefor

Digitized by Google

gefor den von *Erbach.* Item ein zweiteyl am *Oppenheimer wege* gefor kreys kinden. Item ij zwei teyl ſtoſent an *Dalheymer gemarcken* gefor Diele Nosborn. Item j morgen furter gefor den guden die da gehorent zu unſer frauwen altar Item einen morgen of *dem Cransberge* gefor Buben Item ij morgen of dem *Cransberge* gefor Clos ſmyde. Item einen morgen angewendens ſtoſet an *Guntersblumer gemarcken* Item vij. vierteyl bergwege gefor Ernſte. Item iij. morgen of dem holnwege gefor Kreyſes kinden. Item in dem andern velde naher *Ymesheym.* ij. morgen under dem berge gefor *Alheyt von Mentze* Item iiij zwei teyl am Dolgesheimer wege wege Lange Item einen morgen am *Ymesheimer* wege gefor Huge Item einen morgen naher *Dolgesheim* gefor *Claſs Ortliebe* Item iij morgen am *Alsheymer* wege gefor *Udenheymen* Item iij morgen ziehent in die dry Item j. morgen am alden *Vleberge* gefor *Huge* Item einen morgen in *Dalheymer Veldechin* gefor dem *Pherner zu S. Martin* It. v. vierteil am *Vleberge* gefor Johan *Veldeshan* Item ij zweyteil am Alsheymer wege gefor Heinmyring. Alſo were iz ſach daz wir odir nach uns unſer erben dem egenanten *Ebirhart* ſinen Kinden iren Erben, odir eyme priſter, den ſie bit dem vorgeſchriben altar begabet hetten die vorgenante Korngelde nit engeben reychten noch en entwerten zu aller der zyt als vorgeſchriben ſtet. ſo mag der egenante *Ebirhart* ſine Kint und nach yn yr erben odir der priſter dem ſie den vorgeſchriben altar geben hetten die vorgenante gut und undirpant dem vorgeſchriben altare zu ſtunt ofholen als da ſelbes zu *Vleersheim* da

die

die gut gelegen ſint, gerichtes recht und gewonheit iſt, und ſie zu yn nemen und des vorgeſchriben altars notz und frommen damyde ſchaffen ane wiederrede und hinderniſſe unſer und unſer erben und aller menliches. Auch iſt geret und gemacht, were iz ſache daz man keynen Brif nummerme funde der dem egenanten Ebirhart ſinen Kinden und nach yn yrn erben oder dem vorgeſchriben altar me underpender beſete. dan als hivor geſchriben ſtet ſo ſal dieſer geinwertige briff keine moge noch macht daraffer me habe noch beſagen. Vnd mag ſich dan bit demſelben briffe der alſo funden wirt, behelffen als er dan beſaget. Auch werez ſache daz derſelbe brife der alſo funden wirt, mynre undirpender beſete dan als vorgeſchriben ſtet ſo ſal mir *Hennen von Bibelnheim* egenant *Margareten* myn elichen Huſsfrauwe und nach uns unſern Erben auch abe gen nach dem anzal als ſich das geburt. Auch werez ſache dez keinerley gulde odir zinſe of den vorgeſchrieben guden ſtunde odir yeman anders verlacht weren dan den vorgeſchriben *Ebirhart*, ſinen Kinden und iren Erben odir eyme priſter dem ſie den altar geben hetten daz globen wir bit guden truwen, und bit rechter warheit vor uns und unſer erben dem egenanten Ebirhart ſinen Kinden und iren Erben odir dem Priſter dem ſie den altar geben hetten des zu vrſegen abezulegen und zu entheben in des neſten mandes friſt. iz ſy wenyg oder vil ane alle geuerde und argeliſt. Hieby ſint geweſt dieſe erbern lude die hernach geſchriben zur *Henne Veldeshalp* Scholtheiſe *Johan von Vdenheym*, *Ernſt von Worſelden*, *Diederich Veldeshalp*

deshalp, Henne Kobel Claſortlieb und *Henne Kryſel* ſcheffen und ander erber lude die diz haben helſen reden und machen, des zu urkunde und zu merer ſicherheyt ſo han wir die egenanten *Henne* von *Biebelnheim Margaretta* myn eliche huſsfrawe unſer ingeſigel gehangen an dieſen brief vor uns und unſer erben, und han dar zu gebeden den erbern man *Hennechin Yring* von *Vlversheim* edelknecht daz er durch unſer fliſſiger bede willen ſin inſigel auch gehengen hat an dieſen briff, uns und unſer erben zu beſagen allez daz vorgeſchriben ſtet. und ich *Hennechin Yring* egenante edelknecht von Vlversheim. erkennen mich an diſem briffe, daz ich durch bede willen der egenanten *Henne von Biebelnheim Margareten* ſiner huſsfrauwen myn ingeſigel by daz iren gehangen han an diſen briff. der gegeben wart do man ſchrib von Criſtus geburte, duſent jar druhundert jar und in dem echte. und ſiebenzigiſtem des Dornſtags vor unſer frawen dage den man nennet zu latine, Annuntiatio beate Marie Virg.

An. MDXXIII. ad altare *ſancti Valentini* in parochiali eccleſia in *Oppenheim* præſentatus . . . . . per *Hanſonem Camerarium de Wormatia* dicti *Dalberg*.

Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto die vigeſima decembris *Bertholdus* Archiepiſcopus Moguntinus *Georgio Heilmann* eccleſiæ *ſancti Bartholomaei Franckfurdenſis* canonico ac ſigillifero in commiſſis dedit negotium permutationis beneficiorum *Pauli Wolff* vicarii altaris beatæ *Mariae Magdalenae* eccleſiæ *ſanctae Katharinae* in *Oppenheym* & *Johannis Raſoris* altariſtæ altaris *ſancti Georgii*

in

in cœnobio *beate Mariae Coronae* extra muros dicti oppidi *Oppenheym* & *Jacobi Spiſsheymer* altaris *ſanctae Crucis* in eccleſia *ſancti Gingolffi.*

(b) An. MCCLXXX. hoſpitali novâ ordinatione conſulitur & jus patronatus ad plebaniam ejusdem determinatur.

I.

Wir Bruder *Johans* prior zu dene bruderen derr predigere und meinſter *D.* (*Daniel*) der kirchen *ſant Steffans* zu Mentz Senger, han des erenwurdigen Vatters hern *W.* (*Wernherus*) Ertzbishoffs, vnd des wirdigen manns here *Symons* probiſts zu *ſant Victors* kirchen by mentze gelegen, brieffe entpfangen, die in dieſzen worten alſo ludent.

Plebanus hoſpit. præſentatur ab abbatiſſâ Mariæ Coronæ.

W. von Gotis Gnaden des heiligen Stuls zu Mentze Ertzbishoff &c. *Symon* von Gotis gnaden Probiſt zu *ſant Victor* entbieten unſern lieben getruwen dem Prior prediger ordens und meinſter *D* zu *ſant Steffans* Kirchen zu Mentze Senger &c. alsdan yn dero obgemelten herren brieffe volkomlichen geſchreben inneheldet, hervmb ſo ſin wir von derſelben brieffe gewalt und crafft wegen in die Stadt *Oppenheim* perſonlichen kommen, und haben alda mit eynmutigem willen vnd verhengniſs des pfarherns der kirchen zu *ſant Catherinen*, auch des raits, burgere und plegere des Spietals daſelbſt gelegen, nach ſtate vnd weſen deſſelben Spietals, vnd eyns prieſters der zu zyten die gotlichen ampte daſelbiſt vollenbringen und halten ſal, In recht erkennet, und zu ewigen zyten alſo beſcheiden gehalten zu werden

 in

Digitized by Google

in ſollicher maiſſe, daſs ein pleger deſſelben ſpietals der zu zyten iſt, eym priſter der ſoliche gotliche ampte doſelbſt begert vnd heldet iglichs iars tryszig malter korns Mentzer maiſſs, vnd eyn futer wins von dene gutteren vnd wingarten, die derſelbe Spietal *zu Rodebach* hait, in der Stadt *Oppenheim* in allwege vff deſſelben ſpietals koſt vnd arbeit geben, vnd antwurten ſal. Item dartzu ſal er demſelben prieſter, bynnen deſſelben iars friſt eyn huſſzs vnd wonnunge darinne er ziemelichen inne wonen vnd bliben moge beſtellen, wellich huſſzs oder wonunge derſelbe pryſter keynen ſol mogen verranderen, noch veruſszeren ind keyne wiſſe; Es ſal auch derſelbe prieſter der zu zyten iſt, dene krangcken mentschen, die in demſelben Spietal krangk ligent, vnd auch dene geſonden mentshen, die ſich ewigclichen demſelben ſpietal zu dienende ergeben hant, uerſorgen; vnd yne vor ſie, yne alle Sacramentt der heiligen kirchen ane alle erſuchunge des pfarhers zu ſant Katherinen zu reichen vnd zu geben, vsgeſcheiden alleyne die begrepniſſe die ſie an ſich nemen ſollent in der obgemelten pfarkirchen, biſs ſo lange das yne von irem landis biſchoff eyn ſunderlich begrebende vnd kirchehoiff verluwen und gegeben wirdet. Es ſal auch derſelbe prieſter die meſſe in dem genanten Spietal zu eyner iglichen vren des tags, ſo das eyn noit, vnd yme die zu tun gelegen iſt, zu iglichen tagen halten, vnd leſſen: Vsgesheiden dieſſe tage: nemlich den *Criſtag*, *Oiſtertag*, *Pfingſtag*: *Vnſere lieben frawen tage*, nemelich *als ſie zu hiemele fure*, Als ſie *geboren wart*, Ire *Kirtzwihe tag*, *Irs engelishens*

ſhens gruſzes Verkundigunge tage, *Aller heiligen* vnd *aller Selen tage*, der Mutter kirchen *Kirchwyhe tag*, vnd *ſant Katherinen tag.* In dieſen nemlichen tagen ſal derſelbe priſter des gemelten ſpietals mit nichts ſin meſſe vor der fordern meſſe, die man in der Mutter kirchen heldet zu leſen anefahen, es geſchee dan mit orlaube des vorgemelten pfarhers. Aber ſoſt ſal er die andern gotliche getzyte, vnd allermeynſt metten vnd veſper vff die Sontage vnd fiertage ſingen vnd leſen durch die noten, abe ime andirſt daſs in dene buchere, die dartzu geshicket ſint, durch den Spietal meinſter beſtalt vnd damit furgeſehen iſt. Auch ſal derſelbe prieſter keyne krangken mentshen vswendig deſſelben ſpietals nit beſuchen, nach auch keynerleye ſacrament der heiligen kirchen nit reichen, er werds dan das gebetten von dem obgemelten pfarher; vnd auch was geſatzt dinge zu demſelbigen ſpietall von gleubigen chriſten luden offentlich beſcheiden vnd geſatzt, die ſollent auch zu demſelben ſpietail gehoren vnd behalten werden, an alle mynnerunge, vnd widderrede des pfarhers zu *ſant Katherinen* obgenant. Es ſal auch der egenante priſter kein opfer von denen pfarluden der egenanten kirchen zu *ſant Katherinen* in yren ſiebenden, triſſigen vnd jare getzyte damit zu begende wedder heymlich nach offentlichen nemen, es ſy dan, daſz yme ſoliche opfer vermittelſt rechte derſelben pfarkirchen gehantreichet vnd gegeben werden. Aber was opfers von gelde vff den altar deſſelben ſpietals vnder der meſſen hirlichen begengniſſe geopffert werden, die ſollent alle vnder den pfarhere derr

Digitized by Google

gemelten mutterkirchen vnd den prieſter der dem genanten ſpietall vorſyn wirdet, glich geteilet werden, vnd ſollent ſich die krangken luden nach auch der ſpietalmeinſter ſich ſolicher opfer alzumale nit vnderziehen, nach vnterwynden in keine wiſe; Aber alles das, was in den ſtock der vſzwendig oder innewendig deſſelben ſpietals geſatzet ſteent, oder uff den altar vnder der meſſe oder zu welicher ſtonde des tagis, das iſt von gelde, ader von andern dingen, wie man daſs nennen mag, geopfert wirt, das ſall alles zu nütze vnd gebruchung denen krangken ſiechen deſſelben ſpietals altzumale komen, vnd yne alleyne zugehoren; Aber uff daſs nu by dieſen ſtifftunge, ſatzunge vnd vnderwerffunge eyns prieſters der zu zyten in dem obgenanten ſpietall iſt, ader ſin werdet, etwas in zwifel dene hinderſten nichts widerruffen moge werden, ſo haben wir wiſſentlichen erkennet, vnd mit rechte vnderſcheiden in dieſſer wiſe vnd geſtalt zu ordinyeren vnd gehalten zu werden, daſs nach dote, ader von williger offſagunge hern *Henrichs* des priſters, der itzt die capellen des genannten ſpietals von vnſere preſentierunge vnd furſehunge innhait, vnd auch rechtlich gebruchet, die Eptiſſin zu Mergenkron by oppenheim gelegen, eyn werntlicken priſter, der algereids priſter iſt, dem archidiacono oder landis probiſt bynnen der rechten zyt, als von den heiligen rechten offgeſatzt iſt, als eine patrone furhin zu ewigen zyten, zu derſelben capellen preſentieren und bewieſen ſal; derſelbe priſter ſal auch demſelben probiſt ader lands biſchoff in allen dingen gehorſam vnd vnterworffen

ſin,

ſin, zu glicher wiſe, als die andere paſſheit derſelben probiſtien; dan wers ſache, das dieſelbe genant Eptiſſin darwidder dette, alſo, daſs ſie eyn andere, dan eynen der algereide eyn werntlicher priſter were, preſentieret und bewiſet, oder, das ſie ſoliche preſentierunge vnd bewiſunge ober die geſatzte und geborliche zyt verzogen. So ſal ſie vff das male, an, vnd zu dem landis probiſt alleyne gewendet werden, vnd zu lihen verfallen ſin, doch mit ſolichem gedynge vnd vnderſcheid, daſs derſelbe werntliche prieſter, von demſelben der das recht zu derſelben capellen zu preſentiren hait, vff dasmale preſentieret vnd bewiſet werde. Anderſt ſoliche preſentierunge die nit eynem werntlichen prieſter, oder von dem, der algereide nit priſter ſi, geſcheen were, ſal ym rechten altzumalen nüſt ſin. Vnd off das nu dieſe vnſere ordinyerunge vnzurſtoret vnd zu ewigen zyten vnverwendet verliebe. So haben wir ſie mit vnſeren ingeſiegelen tun verſiegelen vnd befeſtigen, die geſcheen vnd geben ſint in dem jar vnſers herren Tuſent zweye hundert achtzigten jare vff ſant *Symonis* vnd *Jude* tag der 2 heiligen apoſteln.

II.

Wir *Peter* von gots gnaden des heiligen Stuls zu Mentz Ertzbiſchof vnd des heiligen romiſchen Keyſertums in dutſchen landen Ertzcantzler &c. want wir dieſſe ordynyerunge in dieſſen brieſſen beſloſzen vnd innehaltende, welchen dieſer vnſer brief durchzogen vnd ingehencket iſt worden. So wollen wir das ſtets vnd veſte halten, und nach dem ſie

Confirmatio ordinationis præmiſſæ.

auch

auch von ynſere befele vnd macht wegen alſo furſichtiglichen gemacht ſint, ſo beſtetigen und befeſtigen wir auch die von vnſerer biſchofflicher gewalt. Geben zu *Oppenheim* in der dritten kalenden des mandis December genant, als man ſchriep vnſers hern geburt tuſent druhundert ſiebenzehen jare.

(c) An. MDXIX. ad altare *ſancti Valentini* in hoſpitali oppidi *Oppenheim* præſentatus . . . per validum *Hanſonem Kemmerer* de *Wormatia* dictum de *Dalburg*.

(d) An. MDXXVI. ad altare *S. S. Katharine, Barbare* & *Dorothee* in cenobio *Marie Corone* in *Oppenheim* preſentatus . . . . per *Philippum de Wirſtat*, Scultetum & magiſtros fabrice *S. Katharine in Oppenheim.*

(e) An. MDXIX. ad altare *ſancti Georii* martyris in cenobio ſancti monialium *Marie Corone* in *Oppenheim* preſentatus . . . per validum *Johannem Kemmerer* de *Wormatia* dictum de *Dalburg* tanquam patronum.

An. MDXXIX. ad idem altare preſentatus . . . per *Margaretham Hilchin* de *Lorch* abbatiſſam dicti cenobii.

Eod. an. preſentatus . . . per validum armigerum de *Lindenfels.*

(f) An. MDXXIX. ad altare ſanctorum *Johannis Evangeliſte* & *Babtiſte* in *cenobio Marie Corone* prope *Oppenheim* preſentatus . . . per abbatiſſam & conventum dicti cenobii.

An.

Digitized by Google

An. MDXXIV. ad altare *decem millium martyrum* in cenobio *Marie Corone* in *Oppenheim* preſentatus... per dominam *Margaretham Hilchin* de *Lorch* Abbatiſſam & conventum dicti cenobii.

I.

(h) *Inſtrumentum donationis juris patronatus eccleſie in Dexheim in eccleſiam ſancti Johannis.*

In nomine Domini amen. Notum ſit univerſis Chriſti fidelibus preſentibus & futuris hoc preſens inſtrumentum publicum lecturis ſive inſpecturis, quod ſub anno Domini MCCCXL. indictione VIII. pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini Domini *Benedicti* digna Dei providentia Pape XII anno VIto die ultima menſis Januarii, feria ſecunda proxima ante feſtum purificationis *Beate Marie Virginis* hora diei ejusdem tertia diſcreti viri *Petrus* dictus *Frunt de Nerſtein* & *Hermannus* dictus *Tring de Dexheim* armigeri patroni parochie in *Dexheim* Mog. dioc. ut dicebant cupientes animarum ſuarum ac progenitorum ſuorum ſaluti ſalubriter providere, jus patronatus ſeu preſentandi ad dictam parochialem eccleſiam in *Dexheim* prout & in quantum ipſis competiit & ad eos pertinuit ac ipſam eccleſiam quantum in eis fuit honorabilibus viris Dominis .. Decano & capitulo eccleſie *ſancti Johannis* Mogunt. preſentibus & recipientibus pro ſe & ſuis ſucceſſoribus ſponte & voluntarie & ex certa ſcientia contulerunt & donaverunt ſimpliciter propter Deum pro ſe ſuisque

heredibus univerſis ac ore & calamo poſſeſſionem ipſorum eis libere reſignarunt & in ipſos tranſtulerunt pleno jure omni jure modo & forma quibus melius poterunt & debebant & quibus modis melius valere poſſet de conſuetudine vel de jure, promittentes pro ſe ſuisque heredibus contra collacionem donacionem & translacionem hujus non venire vel facere de jure vel de facto per ipſos vel alios in judicio vel extra verbo vel facto publicè vel occultè, nec ipſas ex quacunque cauſa vel occaſione cujuscunque ingratitudinis revocare ſed ipſas firmas & ratas perpetuis temporibus inviolabiliter obſervare: acta ſunt hec in *civitate Moguntina* in curia dicta *zum Sinder* eccleſie Moguntine contigua in ſtuba ejusdem curie preſentibus diſcretis viris Domino *Jacobo* dicto *Kobil* plebano eccleſie in *Dexheim* predicte, *Herbordo* dicto zu *Strazburg* clerico Mog. & *Katherina Begina* teſtibus ad hoc vocatis ſpecialiter & rogatis.

Item poſt hoc anno & Pontificatu predictis indictione nona prima die menſis Decembris hoc fuit feria ſexta proxima ante diem *beati Nicolai* epiſcopi hora diei prima in ambitu eccleſie *ſancti Johannis* Mog. predicte conſtitutus in mei notarii publici ac teſtium ſubſcriptorum preſencia ſtrenuus vir Dominus *Hermannus* dictus *Hirte* miles *de Sauwilnheim* ſimiliter patronus dicte parochialis eccleſie in *Dexheim* ut dicebat pro ſe & domicello fratre ſuo armigero ſimiliter ejusdem eccleſie patrono propter Deum ſimpliciter ob ipſius *Hermanni* & dicti *Philippi* ac ſuorum animarum remedium & ſalutem jus patronatus ſeu preſentandi ad predictam eccleſiam in *Dexheim* prout

&

& in quantum ipſis jure feodali competiit & ad eos pertinuit de conſenſu etiam & voluntate ut dictus Dominus *Hermannus* dicebat Dominorum ſuorum à quibus ipſe & dictus *Philippus* hujusmodi jus patronatus habuiſſent in feodum memoratis Dominis Decano & capitulo dicte eccleſie *ſancti Johannis* preſentibus & recipientibus contulit & donavit ac ipſius poſſeſſionem ipſis ore & manu libere reſignavit & in ipſos omni modo forma & jure quibus melius poterat & debebat tranſtulit pleno jure & promiſit pro ſe & pro dicto fratre ſuo ac ipſorum heredibus univerſis, quod hujusmodi collacionem donacionem & translacionem firmam & ratam perpetuis temporibus obſervare & contra eam ex aliqua cauſa tam de jure vel de facto publice vel occulte vel alias quovis modo. Acta ſunt hec preſentibus diſcretis viris Dominis *Johanne de Udinheim* canonico, *Hertelino* vicario *ſancti Petri* Mogunt. & *Heinrico* rectore puerorum in *Sauwilnheim* teſtibus ad hoc vocatis & rogatis.

Item poſt hoc anno Domini MCCCXLI. indictione nona pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini Dni *Benedicti* Pape predicti anno *VIto* ſexta die menſis Januarii hoc fuit ipſa die Epiphanie Domini, hora diei in pulſu veſperarum in *civitate Moguntina* in curia habitationis honorabilis viri Domini *Hermanni* Scolaſtici eccleſie *ſancti Johannis* predicte in ſtuba, *Petrus Iring* dictus armiger de *Dexheim* frater Hermanni dicti *Iring* ſupradicti in mei notarii publici ac teſtium ſubſcriptorum preſencia preſencialiter conſtitutus propter Deum ſimpliciter ac anime ſue parentumque ſuorum remedium & ſalutem jus

patronatus ſeu preſentandi ad ſepe dictam eccleſiam in *Dexheim* prout & in quantum ſibi competiit & ad ipſum pertinuit ad ipſam eccleſiam quantum in eo fuit prelibatis Dominis Decano & capitulo dicte eccleſie ſancti Johannis pro ſe ſuiſque heredibus ſponte & voluntarie ac ex certa ſcientia contulit & donavit ac ore & calamo ipſorum poſſeſſionem eis libere reſignavit & omni modo forma & jure quibus melius poterat & debebat in eosdem tranſtulit pleno jure, promittens pro ſe & ſuis heredibus contra hujusmodi donacionem, collacionem reſignacionem & translacionem non venire vel facere per ſe vel per alium in judicio vel extra de jure vel de facto aut easdem ex quacumque cauſa vel occaſione cujuscunque ingratitudinis revocare. Acta ſunt hec preſentibus & aſtantibus diſcretis viris dominis magiſtro *Johanne* de *Ruſchinberg*, *Eberhardo Eſchenwege* plebano, *Heinrico de Studerheim* campanario eccleſie *ſancti Johannis* ſepe dicte necnon *Johanne* campanario in *Dexheim* teſtibus ad hoc vocatis & rogatis.

Item poſt hoc anno domini MCCCXLI. Indictione nona pontificatus predicti domini *Benedicti* Pape anno ſeptimo die tertia menſis Aprilis hoc fuit feria tertia proxima ante diem *beati Ambroſii* hora diei tertia in ambitu eccleſie *ſancti Johannis* ſupra dicte conſtitutus in mei notarii publici ac teſtium ſubſcriptorum preſencia domicellus *Philippus de Sauwilnheim* frater domini *Hermanni* dicti *Hirte* militis de *Sauwilnheim* dicte eccleſie in *Dexheim* ſimiliter ut dicebat patronus donacioni collacioni reſignacioni ac translacioni juris patronatus ſeu preſentandi dicte eccleſie

cleſie in *Dexheim* per prefatum dominum *Hermannum* pro ipſo *Philippo* & ejus nomine ſepe fatis dominis Decano & capitulo eccleſie *ſancti Johannis* predicte alias coram me notario publico ſubſcripto ut preſcribitur factis ſponte & voluntarie ac ex certa ſcientia conſenſit benevole & expreſſè, ipſaſque collationem donationem reſignacionem ac translationem per ipſum dominum *Hermannum* ipſius *Philippi* nomine ut predicitur factas in quantum potuit & debuit ratificavit & approbavit publicè & expreſſè per omnia quemadmodum dictus dominus *H.* memoratis dominis Decano & capitulo hujusmodi donacionem collacionem reſignacionem ac translacionem ſuo nomine & pro ipſo feciſſet, promittens nichilominus contra collacionem donacionem reſignacionem & translacionem hujusmodi non venire vel facere per ſe vel per alium directè vel indirectè, de jure vel de facto publice vel occulte ſed eas firmas & ratas perpetuis temporibus obſervare. Acta ſunt hec preſentibus magiſtro *Johanne* de *Ruſchinberg* & *Volcmaro vicariis* eccleſie *ſancti Johannis* antedicte, *Wernhero* dicto *Paſſer*, rectore eccleſie in *Nuenhan*, *Petro* dicto *Rumpil* & *Herbordo* dicto de *Salzpurg* clericis Mog. *Henkino* filio *Thome* militis de *Sauwilnheim* & *Henkino* filio *Petri* dicti *Elterſlozer* de *Schornsheim* teſtibus ad hoc vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Ulricus* quondam *Marquardi* de *Friſinga* commorans *Moguncie* publicus imperiali auctoritate notarius collacionibus donacionibus reſignacionibus ac translationibus ac aliis omnibus & ſingulis premiſſis una cum prenotatis teſtibus preſens interfui

Digitized by Google

& ſic fieri vidi & audivi, preſenſque inſtrumentum publicum inde confeci, manu mea ſcripſi ac ſolito meo ſigno ſignavi requiſitus & rogatus in teſtimonium evidens omnium & ſingulorum premiſſorum.

II.

Permutatio altaris ſancte Barbare cum eccleſia parochiali in Dexheim.

In nomine Domini Amen. Per hoc preſens inſtrumentum publicum univerſis & maximè hiis quorum intereſt ſeu qui ſua crediderint intereſſe, pateat evidenter, quod ſub anno nativitatis Domini milleſimo CCCXLI. Indictione nona pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini Domini *Benedicti* digna Dei providentia Pape *duodecimi* anno ſeptimo die viceſima menſis Maji hoc fuit feria ſecunda proxima ante diem *beati Urbani* hora diei tertia in *civitate Moguntina* in curia habitationis honorabilis viri Domini *Hermanni* Scolaſtici eccleſie *ſancti Johannis* Mogunt. conſtituti in mei notarii publici ac teſtium ad hoc vocatorum & rogatorum preſencia honorabiles viri domini *Echardus* Decanus & capitulum eccleſie *ſancti Johannis* Mogunt. predicte patroni vicarie perpetue altaris *ſancte Barbare*, quam diſcretus vir Dominus *Gerlacus de Battinberg* nunc obtinet in dicta eccleſia *ſancti Johannis* ſiti ex una parte & diſcretus vir *Petrus* dictus ad *amplam curiam* civis Moguntinus patronus eccleſie parochialis in *Dexheim* Mog. dioc. parte ex alia dicti Domini Decanus & capitulum pro ſe & ſuis ſucceſſoribus jus preſen-

ſen-

ſentandi quod ipſis ad dictam vicariam competiit pro jure patronatus ſeu preſentandi quod dicto *Petro ad amplam curiam* ad dictam eccleſiam in *Dexheim* competiit pro evidenti honore & utilitate dicte ſue eccleſie ut dicebant coram me notario publico ac infra ſcriptis teſtibus volentes permutare litteras auctoritatis & conſenſus reverendi in Chriſto patris ac Domini Domini *Heinrici* ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopi ad hoc adhibiti ejusdem Domini Archiepiſcopi ſigillo vero ſecreto pendenti ſigillatas in medium exhibuerunt & produxerunt ac easdem litteras per me notarium ſubſcriptum legere & publicare fecerunt, quarum litterarum tenor ſequitur in hec verba: *Heinricus* Dei gracia &c. &c. *finis*: Datum *Eltevil* in Craſtino aſcenſionis Domini anno ejusdem MCCCXLI. (*Joann. T.* 2. *p.* 702.) Quibus litteris ut ſic lectis & publicatis mox memorati Domini Decanus & capitulum jus preſentandi ſeu conferendi quod ipſis ad dictam vicariam quam nunc prefatus dominus *Gerlacus* ut predicitur obtinet competiit pro jure patronatus ſeu preſentandi quod prefato *Petro* ad dictam eccleſiam in *Dexheim* competiit cum ipſo *Petro* & idem *Petrus* jus patronatus ſeu preſentandi quod ſibi ad prefatam eccleſiam in *Dexheim* competiit cum eisdem dominis pro jure preſentandi quod ipſis dominis ad pretactam vicariam competiit permutarunt & omni modo forma & jure quibus melius poterant tranſtulerunt & per plicam hinc inde liberè reſignarunt. Acta ſunt hec preſentibus diſcretis viris dominis magiſtro *Engilberto de Diemerode* canonico *ſancte Marie ad gradus*, *Johanne de Lorche* canonico

ſancti

ſancti Stephani, *Johanne de Koburn* vicario *ſancte Marie* predicte *Heinrico* campanario *ſancti Johannis* eccleſiarum Mogunt. *Friderico* dicto *dyabulus* cappellano monaſterii *ſancte Marie Magdalene* in *foro gentili* Mogunt. *Johanne* de *Meiſinheim Henrico* de *Studernheim* presbiteris & *Culmanno* filio *Scherpelinn* judicis ſecularis Mogunt. teſtibus ad hoc vocatis & ſpecialiter rogatis. Et ego *Ulricus* quondam *Marquardi de Friſinga* commorans *Moguntie* publicus &c. &c.

III.

Confeſſio ſuper permutatione facta per decanum & capitulum predicta.

Officialis curie domini Archipresbyteri Moguntini recognoſcimus in hiis ſcriptis, quod conſtituti in judicio coram nobis honorabiles viri domini *Eckehardus* Decanus, *Hermannus* Scholaſticus totumque capitulum eccleſie *ſancti Johannis* Mog. publice pro ſe & ſuis ſucceſſoribus confeſſi fuerint quod jus preſentandi ad vicariam altaris *ſancte Barbare* ſiti in dicta eccleſia *ſancti Johannis*, quam vicariam nunc *Gerlacus de Battinberg* vicarius eccleſie jam dicte obtinet, ad *Petrum* dictum *zu dem Wydenhove* civem Mogunt. & ejus heredes poſt ejusdem *Petri* obitum ratione permutationis quam iidem Decanus Scholaſticus & capitulum cum eodem *Petro* pro jure preſentandi quod ipſi *Petro* in eccleſia ville *Dexheim* competiit unanimi conſenſu & maturo conſilio prehabito propter evidentem utilitatem dicte eccleſie ſancti Johannis de conſenſu Domini Mogunt. Archi-

epiſcopi

Digitized by Google

piſcopi legitimè fecerunt pertineat & debeat perpetuo pertinere quodque prefati Decanus Scolaſticus & capitulum nullum jus ad hujusmodi vicariam preſentandi ſeu ipſam conferendi vel de ea alias cum vacat diſponendi communiter vel diviſim habeant quovis modo, promiſeruntque iidem Decanus Scolaſticus & totum capitulum pro ſe & ſuis ſucceſſoribus predicto *Petro* ſuo & heredum ſuorum nomine ſtipulanti per fidem manualem loco juramenti preſtitam quod eundem *Petrum* vel heredes ipſius in jure ad preſcriptam vicariam quandocunque quotienſcunque vel qualitercunque vacantem preſentandi ſeu ab eodem *Petro* vel ejus ſeniori filio vel ſeniori filia ſi filii deceſſerint & deinceps perpetuo ſemper à ſuo herede ſeniore pro tempore exiſtente ad eandem vicariam preſentatos noluit per ſe vel per alios publice vel occulte in judicio vel extra judicium directe vel indirectè quocumque etiam queſito colore aliquatenus impedire ſeu impedientibus conſentire, ſed velint eidem *Petro* & ſucceſſoribus ſeu heredibus ſuis & perſonis ab eisdem in poſterum ad dictam vicariam preſentandis effectualiter & fideliter aſſiſtere & ad hoc cooperari quod preſentacio ipſius *Petri* vel heredum ſuorum effectum debitum ſortiatur, hoc tamen ſanè proviſo, quod ipſe preſentatus qui pro tempore fuerit horas canonicas frequenter & inveſtituram ſuam à Decano dicte eccleſie *S. Johannis* pro tempore exiſtenti recipiat ſibique obedientiam & reverentiam debitas exhibeat ſicut ceteri vicarii eccleſie ejusdem. Renuntiantesque Decanus & capitulum prelibati omnibus & ſingulis actionibus defenſionibus

juris & facti exceptionibus, in integrum reſtitutionibus, juri dicenti renunciationem non valere generalem, privilegiis libertatibus conſuetudinibus ac litteris impetratis ſive impetrandis quibus contra premiſſa vel premiſſorum quodlibet poſſent ſeu vellent quomodolibet ſe juvare ſponte pro ſe & ſuis ſucceſſoribus elegerunt quod eosdem Decanum & capitulum & eorum ſucceſſores ad omnium premiſſorum obſervantiam ſi opus fuerit abſque ſtrepitu & figura judicii nos ac etiam honorabiles viri domini judices ſancte Moguntine ſedis compellere debeamus eccleſiaſticam per cenſuram. In quorum omnium premiſſorum evidens teſtimonium preſentes litteras per *Ulricum de Friſinga* publicum imperiali auctoritate notarium ſcribi & in publicam formam redigi mandavimus & noſtre officialitatis ſigilli appenſione roboravimus ad preces dominorum Decani & capituli predictorum. Acta ſunt hec in *civitate Moguntina* in curia venerabilis viri domini *Conradi* de *Steckelnberg* canonici & Archipresbiteri Mogunt. Anno Domini MCCCXLI. Indictione nona pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini Domini *Benedicti* digna Dei providentia Pape *duodecimi* anno ſeptimo die viceſima prima menſis Maji hoc fuit feria tertia proxima ante diem beati Urbani hora diei in pulſu prime. Preſentibus diſcretis viris dominis magiſtro *Engilberto de Dimerode* canonico eccleſie *ſancte Marie ad gradus* Mogunt. *Volgmaro vicario* eccleſie *S. Johannis* ſepe dicte & *Johanne dicto de Hohenberg* clerico Metenſis dioc. &c. teſtibus ad hoc vocatis ſpecialiter & rogatis. Et nos Decanus & capitulum ſupradicti

omnia

Digitized by Google

omnia & ſingula preſcripta recognoſcimus preſentibus fore vera; & ideo has litteras noſtri & predicti domini officialis ſigillis in evidens teſtimonium premiſſorum fecimus communiri. Actum & datum ut ſupra. Et ego *Ulricus* quondam *Marquardi de Friſinga* commorans Moguntie publicus &c.

IV.

Translatio juris patronatus eccleſie parochialis in Dexheim in eccleſiam S. Johannis.

In nomine Domini Amen. Notum ſit univerſis Chriſti fidelibus preſentibus & futuris hoc preſens inſtrumentum publicum inſpecturis, quod ſub anno nativitatis Domini MCCCXL. Indictione octava pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini Domini *Benedicti* digna Dei providentia Pape *duodecimi* anno ſexto die ultima menſis Januarii hoc fuit feria ſecunda proxima ante feſtum purificationis *beate Marie Virginis* hora diei ejusdem tertia diſcreti viri *Petrus dictus frunt de Nerſtein* &c. &c. *Jam habetur ſupra ad hunc annum.* Nro I.

V.

Conſenſus Domini Gerlaci Comitis de Naſſauwia.

Noverint univerſi preſentes pariter & futuri quod nos *Gerlacus* comes de *Naſſauwia* dominus immediatus bonorum feudalium â nobis infeudatorum & poſſeſſorum per prudentes viros *Hermannum* dictum *Hirte* militem de *Sauwilnheim*, *Philippum* fratrem

ſuum *Petrum* dictum *Frunt* de *Nerſtein*, *Hermannum* dictum *Yring* armigeros & *Petrum* dictum *zum Wydenhoven* civem Mog. noſtros vaſallos in villa dicta *Dexheim* Mog. dioc ad quos etiam jure infeudationis premiſſo jus patronatus ac preſentationis eccleſie ejusdem ville pleno jure pertinere dinoſcitur omnipotentis *Dei* & glorioſe *virginis Marie* ac ſanctorum *Johannis Baptiſte* & *Johannis Ewangeliſte* ad quorum laudes & incrementum bonorum noſter animus ab etate tenera vehementer efferbuit excitati pia devocione dignis quoque precibus premiſſorum inclinati & ſpecialiter ſervicii dilectionis *Hermanni* militis intuitu, cum prefati ut nobis innotuit ſummo deſiderio eccleſiam *ſancti Johannis* in *Moguntia* ad preſens ſufficientibus redditibus deſtitutam per modum incorporationis juris premiſſi deſiderent in remedium animarum noſtrarum omnium ſublimari eccleſiam ville predicte in quantum in nobis eſt donavimus concedimus & preſentibus litteris plenarie *eccleſie ſancti Johannis* prelibate confirmamus, dantes ſupradictis omnibus & ſingulis plenam poteſtatem auctoritatem conſenſum ſimiliter & affectum quod predictam eccleſiam ville memorate cum omnibus juribus & pertinentiis juris patronatus & preſentationis ejusdam eccleſie tradere ac liberè concedere necnon inviolabiliter perdonare valeant eccleſie *ſancti Johannis* antedicte & confirmatione indiſſolubili confirmari, confirmantes quoque & approbantes in hiis ſcriptis donacionem ſi que à quibuslibet premiſſorum prefate eccleſie *ſancti Johannis* de prefata eccleſia ſepe dicte ville facte ſunt omni modo forma &

jure

jure quibus melius poſſumus & debemus, nolumus tamen nobis per donationem conceſſionem & confirmacionem prefatos in juramento ſeu homagio fidelitatis in quo nobis præſcripti noſtri feudatarii ſunt aſtricti prejudicium aliquod creari. In quorum robur & teſtimonium omnium premiſſorum hanc preſentem litteram noſtro ſigillo fecimus communiri. Datum & actum anno Domini MCCCXL ij°idus octobris.

VI.

Conſenſus Capituli Moguntini.

Nos Johannes Dei gratia Decanus totumque capitulum *eccleſie Moguntine* recognoſcimus & ad univerſorum Chriſti fidelium notitiam tenore preſencium cupimus pervenire, Quod cum reverendus in Chriſto pater ac Dominus noſter Dominus *Heinricus* ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius eccleſiam parochialem in *Dexheim* Mog. dioc. honorabilibus viris Decano & capitulo eccleſie *ſancti Johannis* Mogunt. ac eorum eccleſie auctoritate ſua ordinaria nunc nuper incorporaverit annexerit & univerit prout in ipſius Domini Archiepiſcopi litteris ſuper hoc confectis & ſuo ſigillo magno pendenti ſigillatis vidimus expreſſius contineri, nos ad inſtantem eorundem Decani & capituli ſupplicationem nobis deſuper factam eisdem incorporationi annexioni & unioni ipſis Decano & capitulo & eorum eccleſie predicte ut premittitur factis noſtrum conſenſum in aucmentum Divini cultus liberaliter adhibuimus & etiam adhibemus pre-

ſen tibus voluntarium & expreſſum ac easdem incorporationem annexionem & unionem in quantum in nobis eſt ratificavimus ac etiam ratificamus per preſentes; ita ſanè quod dicti Decanus & capitulum eccefie memorate fructus redditus & proventus ejusdem parochialis ecclefie in *Dexheim* poſt mortem vel liberam reſignacionem vel qualemcunque aliam ipſius ecclefie vacationem paſtoris ipſam nunc regentis ſuis & ecclefie ſue *ſancti Johannis* predicte poſſint uſibus applicare, aſſignata tamen vicario ſeu plebano qui pro tempore ex tunc eandem officiabit ecclefiam congrua & debita de ejusdem ecclefie in *Dexheim* proventibus portione, de qua in ipſa ecclefia ſuſtentari valeat congruenter; necnon jura papalia, epiſcopalia, ſynodalia, ac procurationes quaslibet de ipſa ecclefia debitas perſolvere, hoſpitalitatem tenere, & quelibet onera alia incumbentia ſubportare, Archiepiſcopi Moguntini nichilominus, ecclefie Moguntine, Archidiaconi loci & cujuslibet alterius jure ſalvo. In cujus noſtri conſenſus ac noſtre ratificationis evidens teſtimonium & perpetuam roboris firmitatem ſigillum capituli noſtri preſentibus eſt appenſum. Actum & datum anno nativitatis Domini MCCCXLI. Vto Kalendas ſeptembris.

VII.

Incorporatio ecclefie in Dexheim.

Heinricus Dei gratia ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius univerſis Chriſti fidelibus ad quos pre-

preſentes littere pervenerint ſalutem in Domino ſempiternam. Cum Decanus & capitulùm eccleſie *ſancti Johannis* Mogunt. de ſuis & ejusdem ſue eccleſie fructibus redditibus & proventibus propter ipſorum tenuitatem congruentem ſuſtentationem habere necnon hoſpitalitatem tenere, aliaque onera ſibi incumbentia ſufferre nequeant, unde nos ad inſtantem eorundem Decani & capituli ſupplicationem ob id eciam nobis factam ſibi & eccleſie ſue predicte, eccleſiam parochialem in *Dexheim* noſtre dyoc. per *Hermannum* dictum *Hirte* militem, Philippum ejus fratrem, *Petrum* dictum *frunt*, *Hermannum* dictum *Jring*, *Petrum* ejus fratrem armigeros & *Petrum dictum zum Wydenhoven* civem Mogunt. ejusdem eccleſie patronos cum jure patronatus hujus in dictos Decanum & capitulum ad eorum eccleſiam *ſancti Johannis* memoratam pure & ſimpliciter propter Deum translatam ut dicitur & ſibi donatam noſtra auctoritate ordinaria incorporamus annectimus & unimus per preſentes, decernentes nichilominus quod poſtquam dictam parochialem eccleſiam per mortem ſeu liberam reſignationem rectoris eam nunc obtinentis vacare contigerit, iidem Decanus & capitulum de omnibus & ſingulis fructibus redditibus proventibus obventionibus aliiſque juribus quibuſcunque pro omni ipſorum voluntate & utilitate liberè faciant, expediant, ordinent & diſponant debita tamen & competenti portione reſervata vicario ſeu plebano pro tempore per dictos Decanum & capitulum ad eandem parochialem eccleſiam quotiens ipſam vacare contigerit, preſentando & inſtituendo, aſſignanda, de

qua

Digitized by Google

qua in ipſa parochiali eccleſia ſuſtentari congruenter, necnon jura papalia, epiſcopalia, ſynodalia, necnon procurationes quaslibet de ipſa eccleſia debitas perſolvere, hoſpitalitatem tenere & quelibet alia onera ſibi incumbentia valeat commode ſupportare; cujus quidem portionis eidem vicario aſſignande taxationem nobis noſtriſque ſucceſſoribus hiis litteris reſervamus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Eltevil* ix kal. ſeptembris anno Domini MCCCXLI.

VIII.

Commiſſio taxationis Plebano faciende.

Heinricus Dei gracia ſancte Mogunt. ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius honorabilibus viris *Wickero* Scolaſtico eccleſie *ſancti Stephani* Mogunt & magiſtro *Hermanno de Merſeberg* ſedis noſtre predicte advocato ſalutem in Domino. Cum nos alias eccleſiam parochialem in *Dexheim* noſtre dyoc. honorabilibus viris Decano & capitulo eccleſie *ſancti Johannis* Mog. & eidem eccleſie auctoritate noſtra ordinaria decreverimus incorporandam & incorporaverimus nobiſque moderationem ſeu taxationem porcionis pro vicario ſeu plebano ad dictam parochialem eccleſiam inſtituto vel inſtituendo & ejus ſuſtentatione competente faciendam reſervaverimus prout hoc in noſtris litteris ſibi deſuper traditis plenius continetur, noſque perſonaliter certis noſtris & eccleſie noſtre Moguntine negociis magis arduis prepediti dictis moderationi

&

Digitized by Google

& taxationi vacare non poſſumus, quare de veſtra diſcretione confidentes vobis & cuilibet veſtrum in ſolidum committimus & mandamus in hiis ſcriptis quatenus vocatis ad veſtri ſeu alterius veſtrum preſencia evocandis & facta ſuper premiſſis inquiſitione debita portionem pro ſuſtentacione vicarii ſeu plebani ad ipſam eccleſiam inſtituti vel inſtituendi congruam & competentem ac de quibus hoſpitalitatem decentem tenere necnon alia onera ſibi incumbentia ſupportare valeat auctoritate noſtra moderetis & taxetis eandem ſibi deputando. Datum *Eltevil* pridie idus Januarii anno Dni MCCCXLII.

IX.

Taxatio plebano per Scolaſticum S. Stephani facta.

Scolaſticus eccleſie *ſancti Stephani* Mog. commiſſarius ſeu executor moderacionis ſeu taxationis prebende perpetui vicarii eccleſie parochialis in *Dexheim* honorabilibus viris Dominis Decano & capitulo eccleſie *ſancti Johannis* Mog. ac ipſi eccleſie *ſancti Johannis* Mog. ac ipſi eccleſie *ſancti Johannis* incorporate & annexe à reverendo in Chriſto patre ac Domino Domino *Heinrico* Archiepiſcopo Mog. deputatus Notum eſſe volumus univerſis & maximè hiis quorum intereſt ſeu intereſſe poterit in futurum quod cum Dominus noſter predictus taxationem & moderationem reddituum perpetue vicarie dicte parochialis eccleſie in *Dexheim* per Dominum Archiepiſcopum antedictum cum conſenſu ſui capituli ex certis & neceſſariis cauſis dicte eccleſie *ſancti Johannis* incor-

Digitized by Google

porate & unite non ſolum ſuis litteris ſed etiam viva voce commiſit, nos ſolerti inquiſitione precedente ſuper proventibus & redditibus predicte eccleſie in *Dexheim* conſideratis etiam laboribus & expenſis per vicarium ibidem neceſſario ſubeundis, freti etiam maturo conſilio aliorum ſive circumſtantiis quibuscunque tandem debite moderationis taxatione vicario qui in dicta eccleſia fuerit pro tempore inſtituendus pro ſua congrua ſuſtentatione ac preſtatione jurium quorumcumque de redditibus & proventibus memorate eccleſie in *Dexheim* quadraginta duo maldra ſiliginis, carratam *vini communis* crementi, quatuor libras H. minutam decimam cum oblationibus ejusdem eccleſie univerſis necnon curiam ad dictam eccleſiam pro ejus habitatione pertinentem, ita tamen ut capitulum prelibate eccleſie *ſancti Johannis* eadem curia una cum horreo & torculari preſertim vindemiarum & meſſium tempore pro ſuis neceſſitatibus & utilitatibus uti poſſit, aſſignavimus & effectualiter preſentibus aſſignamus. Verumtamen cum duodecim maldra de predictis xlii. maldris & predicte iiii^or libre H. juxta devociones fidelium ad predictam eccleſiam in *Dexheim* donata diverſis temporibus deſervienda & colligenda exiſtant, volumus & diſcernimus ut vicarius qui pro tempore fuerit ibidem eadem xii maldra & iiii^or libras Hall. deſerviat & per ſe ipſum colllgat prout ab ipſis fidelibus noſcitur inſtitutum; reſidua verò xxx maldra capitulum ſupra dictum abſque difficultate qualibet annis ſingulis perpetuo miniſtrabit, & cum beneficiis adjuvari nos oporteat & non decipi, ne premiſſe incorpo-

corporacioni gratioſa fruſtretur intentio nolumus capitulum *ſancti Johannis* ſupradicte per quemcunque ſeu quoſcunque cujuſcunque ſtatus ſeu conditionis exiſtant aliqualiter impediri quo minus reliquos fructus redditus & proventus omnes & ſigulos colligere & ſuis uſibus & utilitatibus applicare valeat cum effectu. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum, Datum & actum anno Domini MCCCXLII. XI. Kalendas Maji.

X.

Inhibitio ne quis ſe de redditibus ultra taxum intromittat.

Scolaſticus eccleſie *ſancti Stephani* Mog. executor moderacionis ſeu taxationis prebende vicarii perpetui eccleſie in *Dexheim* honorabilibus viris Decano & capitulo eccleſie *ſancti Johannis* Mog. ipſique eccleſie *ſancti Johannis* incorporate & annexe à reverendo Domino Domino *Heinrico* Archiepiſcopo Mag. deputatus diſcreto viro Archipresbitero ſedis in *Nerſtein* ſalutem in Domino ſempiternam. Nobis Decanus & capitulum eccleſie *ſancti Johannis* predicte inſinuacione monſtrarunt, quod licet eccleſia predicta in *Dexheim* ut predicitur per Dominum noſtrum Archiepiſcopum predictum capituli ſui nichilominus ad hoc accedente aſſenſu omnique quorum ad hoc requirebatur conniventia ipſis incorporata nunc nuper per obitum bone memorie *Kobelonis* veri ipſius eccleſie in *Dexheim* rectoris ipſam perſonaliter gu-

Digitized by Google

bernantis & regentis abſque quocunque vicario temporali vel perpetuo vacaverit de jure & de facto, ipſique Decanus & capitulum certos ſuos commiſſarios de gremio eccleſie ſue tranſmiſerint ad apprehendendum poſſeſſionem vel quaſi dicte eccleſie in *Dexheim* ſic vacantis corporalem, litteras quoque ſuas & inſtrumenta que à Domino noſtro predicto & capitulo Mog. & ab olim patronis dicte eccleſie ſuper incorporatione hujuſmodi habebant ibidem in eccleſia in *Dexheim* publicè & ſollempniter legi fecerunt & etiam publicari; quidam tamen hiis non obſtantibus de ipſius eccleſie in *Dexheim* poſſeſſione & fructibus ipſius auſu temerario ſe intromiſerunt, ipſos fructus ſibi imburſantes & imburſare conantes in grande dictorum Dominorum Decani & capituli prejudicium & gravamen; verum quia Dominus noſter Archiepiſcopus predictus moderacionem ſeu taxationem prebendule vicarii perpetui ibidem inſtituti vel inſtituendi ante obitum dicti paſtoris nobis tam verbotenus quam etiam ſcriptotenus commiſerat faciendam, noſque proceſſu temporis ſollerti & diligenti inquiſitione ſuper hoc prehabita juxta formam mandati Domini noſtri predicti eandem prebendulam omnibus que circa hoc conſideranda erant conſideratis xlii maldra annone Mogunt. menſure iiii^{or} libras H. annuorum reddituum una cum oblationibus, minutis decimis & una carrata *vini Hunici* taxandam duximus prout in noſtris litteris deſuper confectis hec omnia plenius continentur, quas & etiam litteras Domini Moguntini unà cum preſentibus vobis volumus exhiberi, vobis in virtute ſancte obedien-

Digitized by Google

diencie & ſub pena ſuſpenſionis officii veſtri diſtricte precipiendo mandamus, quatenus mox viſis preſentibus villam *Dexheim* predictam perſonaliter accedentes convocato ibidem populo per ſonitum campane inhibeatis publicè omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus tam clericis quam laycis ne aliqui de poſſeſſione ipſius eccleſie ſepe dicte ſeu dotis ipſius fructibus redditibus proventibus ſeu juribus aliis quibuscunque ultra taxum ſeu moderacionem noſtram predictam ſe aliqualiter intromittant ſeu etiam Decanum & capitulum predictos circa ipſorum ordinacionem collacionem & quamcunque diſpoſitionem publice vel occulte decetero impediant vel impedire preſumant, injungatis quoque colonis agrorum & vinearum ipſius eccleſie ut Decano & capitulo predictis de medietate fructuum & nulli alteri de cetero reſpondeant obediant & intendant; alioquin omnes & ſingulos contrarium facientes quos ob hoc ex tunc ut ex nunc in nomine Domini in hiis ſcriptis trium tamen dierum monicione premiſſa excommunicatos ex tunc ut ex nunc & ab omnibus artius evitandos nullo alio expectato mandato publice nuntietis, redditis litteris in ſignum executi mandati. Datum anno Domini MCCCXLII. VI. Kalend. Junii.

XI.

Reſignatio eccleſie in Dexheim.

Noverint univerſi preſencium inſpectores & maximè hii quorum intereſt vel intereſſe poterit in futurum, quod ego *Jacobus* dictus *Kobele* paſtor

Digitized by Google

ecclesie parochialis in *Dexheim* Mog. dioc. ſite infra terminos prepoſiture eccleſie *ſancti Victoris* extra muros Mog. tota deliberatione & matura prehabita, quod vi nec metu coactus nec dolo aliquo circumventus in ſuperioris ſeu Archidiaconi aut illorum ſive illius in quorum vel cujus infra ſcripta reſignacio facienda fuerit prefatam meam eccleſiam parochialem in villa predicta ſponte reſignandam duxi & reſigno liberaliter per preſentes preſentibus diſcretis viris *Petro* de *Ebernsheim* patre meo, *Wernhero* dicto *Rube de Melisheim*, *Johanne* dicto *Swarze* de *Nerſtein* Conrado de *Dexheim* armigeris & aliis fide dignis ad hoc pro teſtibus vocatis ſpecialiter & rogatis. In cujus reſignationis teſtimonium evidens hanc preſentem literam meo proprio ſigillo dedi communitam. Actum & datum anno Domini MCCCXLII. X. Kal. Marcii.

XII.

Confirmatio Imperatoris Caroli IV. ſuper eccleſia parochiali in Dexheim &c.

Carolus Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Boemie Rex honorabilibus viris Decano & capitulo eccleſie *ſancti Johannis* Mogunt. devotis noſtris dilatis gratiam regiam & omne bonum. Ex parte veſtra & eccleſie veſtre predicte oblata noſtre regie celſitutini peticio continebat, quod pridem *Petro* dicto *Frundethin* ac *Petro* & *Hermanno* fratribus dictis de *Yringen* armigeris & Petro dicto *zume Widenhove* civi Mogunt. jus patronatus parochia-

rochia-

rochialis ecclesie in *Dexheim* titulo feodali tantum poſſidentibus & in ſolidum detinentibus, idem Petrus civis jus patronatus quod ſibi in dicta ecclesia competiebat per modum permutationis pro jure preſentationis ad vicariam altaris *ſancte Barbare* ecclesie veſtre per ipſum & ſuos heredes de cetero perpetuo retinendo loco juris quod ſibi in dicta ecclesia competiit in vos & veſtram eccleſiam predictam tranſtuliſſet, ceteri verò patroni ſupra dicti jus eorum pia devotione ob laudem Dei *beati Johannis Baptiſte* & in remedium animarum ſuarum & progenitorum ſuorum vobis donaverint & in vos ac eccleſiam predictam ſimiliter tranſtuliſſent, accidente & interveniente vera & certa ſcientia voluntate approbatione & auctoritate nobilium *Gerlaci* Comitis *de Naſſaw* & *Adolfi* ac *Johannis* filiorum ſuorum necnon quorundam aliorum qui ſua intereſſe & plurimum aſſerebant noſtreque regie majeſtati humiliter ſupplicarunt ut predictas permutationem donationem & translationem de predicto jure patronatus in vos & eccleſiam veſtram factas confirmare approbare & auctorizare favorabiliter dignaremur; nos igitur piis ſupplicationibus veſtris inclinati cupienteſque veſtram aliorumque miniſtrorum Dei jura manutenere & favorabiliter conſervare, ad augmentum cultus Divini nominis, ſuſtentationem quoque miniſtrorum ipſius cordialiter aſpirantes predictam permutationem donationem & translationem predicti juris patronatus in vos & veſtram eccleſiam factam & quidquid ex eis vel ob id provide & rationabiliter factum vel ſecutum eſt aut fuerit & prout juribus non derogant

alie-

Digitized by Google

alienis de liberalitate regia ex certa noſtra ſcientia approbamus & innovamus, ratificamus & preſentis ſcripti patrocinio confirmamus, ſupplentes in predictis omnibus & ſingulis omnem defectum & quamcunque juris ſollempnitatem obmiſſam & adpropriandum predictum jus patronatus vobis & veſtre eccleſie donatione perpetua, premiſſa omnia & ſingula prout predicitur de plenitudine poteſtatis noſtre regie perpetuam habere volumus roboris firmitatem. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras conſcribi & noſtre majeſtatis ſigilli munimine fecimus communiri. Datum *Moguntie* anno Domini MCCCLIII. indictione ſexta. Idus Decembris regnorum noſtrorum anno octavo.

(i) An. MDXX. ad altare *ſancte Katharine* in parochiali eccleſia ville *Dexheim* preſentatus . . . per honorabilem & honeſtos Dominum plebanum & juratos dicte eccleſie in *Dexheim.*

(k) An. MDXXIII. ad parochialem eccleſiam in *Dalheim* preſentatus . . . . per paſtorem de ibidem.

(l) An. MDXVIII. ad altare ſancti Nicolai in *Bechtelsheim* preſentatus . . . . per validum *Hanſonem Kemmerer* de *Wormatia* dict. de *Dalburgk* armigerum.

(m) An. MDXX. ad altare *ſancte Margarethe* in parochiali eccleſia ville *Bechtelsheim* preſentatus . . . per validos armigeros de *Ockenheim* & *Cruoſſen Winheimer.*

(n) An. MDXXI. ad altare *ſancti Johannis* in *Bechtelsheim* preſentatus per validos *Erneſtum* dictum *Weynheymer* & *Philippum Ockenheimer* armigeros.

(o)

Digitized by Google

(o) An. MDXIX. ad altare *ſancte Anne* in *Bechtelsheim* preſentatus . . . . per validum *Hanſonem Kemmerer* de *Wormatia* dict. de *Dalburg.*

(p) An. MDXIX. MDXXIV. ad paſtoriam parochialis eccleſie in *Fryſenheim* preſentatus . . . . per validum *Gerhardum de Dynheim.*

(q) An. MDXXIV. ad parochialem eccleſiam in *Küngernheim* preſentatus . . . per illuſtrem Principem & Dominum *Comitem Palatinum Rheni.*

(r) *Recompenſum feudi in Walheim, quod Ebirhardus miles de Ingelnheim & ſui heredes vendiderunt Eberbacenſibus, jure patronatus eccleſie in Blidensheim excepto.*

Univerſis preſens inſtrumentum viſuris vel audituris tam preſentibus quam futuris nos *Eberhardus* miles de *Superiori Ingelnheim* dictus de *Geyspodesheim*, *Petrus* & *Rudolphus* armigeri filii ac heredes ejus legitimi, conſtare volumus, quod cum nos bona noſtra tam decimalia quam alia in terminis curie *Walheim* ſita una cum jure patronatus eccleſie in *Blidensheim* que nos & progenitores noſtri a Domino noſtro venerabili Domino Abbate eccleſie *ſancti Albani* extra muros Magunt. nomine ejusdem eccleſie tenebamus hactenus & poſſidebamus jure ac titulo feudali, religioſis viris Domino *Abbati* & conventui *Eberbacenſis Monaſterii,* urgente nos ad hoc neceſſitate ardua, vendidiſſemus pro certa pecunie quantitate, accedente ad hoc reverendi patris Domini noſtri Abbatis *Cunradi*, ac tocius conventus eccleſie

ſancti Albani predicte expreſſa voluntate, licentia & conſenſu, ne memorata eccleſia *ſancti Albani*, à qua ut dictum eſt eadem bona in feudo tenebamus, aliquam ex hujusmodi noſtra vendicione demembracionem vel aliquod bonorum ſuorum ſentiret ſeu incurreret detrimentum, nos maturo conſilio & deliberacione ſuper hoc habita diligenti, allodialia bona noſtra ſeu propria videlicet ſeptuaginta duo jugera terre arabilis dimidio quartali minus inferius annotata in terminis ville *Geyspodesheim* ſita, certis terminis limitata, certisque limitibus terminata, in reconpenſum & in reſtaurum prefatorum bonorum feudalium ſic venditorum eidem Domino noſtro *Cunrado* Abbati, ejusque ſucceſſoribus in perpetuum nomine ſue eccleſie, communicata manu libere reſignavimus jus proprietarium, in eisdem bonis ipſo Domino Abbati ac ejus eccleſie preſentibus aſſignando, omni penitus condicione excluſa, renunciantes ex nunc in hiis ſcriptis pro nobis ac noſtris heredibus tam preſentibus quam futuris omni juri proprietatis, quod nobis in ipſis bonis hactenus competere videbatur ſimpliciter & preciſe hac ſane condicione incluſa, quod nos ac noſtri heredes in poſterum per memorata bona, que ut pretactum eſt, prius tamquam propria poſſedimus Domino noſtro Abbati jam reſignata, ab ipſo ejusque ſucceſſoribus, nos & noſtri heredes teneamus deinceps, jure ac nomine feudali, recognoſcimus igitur et per preſentes publice confitemur, bona pretacta per nos ſic reſignata ex cauſa premiſſa, eccleſie *ſancti Albani* jure proprietatis omnimode attinere, noſque ac noſtros poſteros heredes habere ea,

ac

Digitized by Google

ac poſſidere, habituros ac poſſeſſuros eſſe in futurum a ſepe memorata ecclesia *ſancti Albani* loco bonorum venditorum titulo feudorum, noſque & noſtros heredes, pro ipſis bonis ad jus & fidem homagii eſſe aſtrictos Abbati & ecclesie *ſancti Albani* ſepius nominate promittentes bona fide, omni dolo & fraude excluſis, quod contra preſcripta omnia & ſingula nihil umquam attemptabimus nec umquam aliquid faciemus, reſignacionem ipſorum bonorum coram univerſitate ac juratis ville *Geyspodesheim* factam coram venerabilibus Dominis ſancte Maguntine ſedis judicibus innovamus, ſupplicantes eisdem obnixe, quatenus ſigillum ſedis una cum ſigillo *Gerhardi de Rauenſpurg* militis preſentibus velint appendere in robur & teſtimonium ejusdem evidens omnium premiſſorum. Et nos judices ſedis predicte recognoſcimus una cum *Gerhardo* milite prenominato, quod nos ad inſtanciam & rogatum prefatorum *Eberhardi* militis, *Petri* & *Rudolphi*, filiorum ejus, ſigilla noſtra preſentibus appendimus in evidenciam & memoriam rei geſte. Datum undecimo Kalendas Junii anno Domini milleſimo trecenteſimo quarto. Hec autem ſunt jugera an *Menzer wege* prope Dominos *ſancti Petri* duo jugera Item ſeptem quartalia in eadem via neben ſteren Item alterum dimidium jugeri zichet in die ſelben ſieben vierteil von der oſterwieſen Item alterum dimid. jugerum in der ſelben gewanden Item alterum dimid. juger. zu *wilre* Item unum juger an *Schornsheimer wege* in dem Dale, Item tria jugera an dem *Dale pade* Item quatuor jugera an der *Bunden* Item novem quartalia zu *Hohenzeyne*

Digitized by Google

neben herrn *Hermans Kinden von Dune* Item duo jugera an *Spisheimer Schornsheimer wege* Item dimidium duale zcu *Gruesbornen* Item quinque quartalia ſtoſſent in *Hen zarchen Kinden bunde* Item octo jugera cum dimidio zu *Püze* Item alterum dimidium juger. an der *Herſtraſſen* juxta arborem Item duo jugera in *Werſteden* marcken Item unum juger juxta *Jacobum* militem de *Bechtelnsheim.*

In ſecundo campo quatuor jugera zu *Lauzenreyne* Item duo jugera offwerter in derſelben gewanden Item tria jugera in derſelben gewanden der ein zühet an *Bechtelnsheimer marcken* Item duale in derſelben gewanden Item alterum dimidium an meſtet dale zuhet heroff nach dem *Holtzwege* Item ſeptem quartalia an der *Oſterwieſen* Item duale zuhet ober den *Holtzweg* Item duale neben hern *Rudolff* Ginſiite des ſtet dales Item quintum dimidium juger. in uno ſulco an dem *Odernheimern wege* Item novem quartalia ſtoſſent off den *Holzweg* prope Dominos *ſancti Petri* Item alterum dimidium juger. an *Biebelnheimer marcken* Gefor Hennen *Marquarde* Item octo jugera in via Albichen Item alterum dimidium juger. zu *Winkele* Item dimidium juger juxta Heynonem dictum *Kornkeuffe* Item alterum dimidium juger. in via piſarum Item duo jugera cum dimidio zu *Sewe.*

(s) An. MCXCIV. *Conradus Arch. Mog.* donationem eccleſiæ *S. Nazarii* in *Mummenheim* in monte ſitæ à *Rutgero* majoris eccleſiæ *Cuſtode* collegiatæ *S. Johannis* factam confirmat eà ſub forma, ut conventus fratrum ſacerdotem, qui populo ibidem præſit, eligat

Digitized by Google

eligat & Decanus inveſtiat, eidem ſacerdoti vitæ neceſſaria competenter de ipſis proventibus adminiſtret, quidquid vero reſiduum fuerit, ad ſublevandam fratrum inopiam accedat. *Joann. T. II. p.* 695. *Guden. T.* 3. *p.* 856. Donatio hæc conſenſu capituli majoris Moguntini roborata fuit:

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Prelati & univerſum capitulum majoris eccleſie Mog. ſicut predeceſſorum noſtrorum opera caritatis decore fulgentia ob ipſorum piam recordacionem vivali memorie nos decet commendare ſic modernorum piè facta defendentes oblivionis ab interitu poſteris quidem in exemplum, ipſis verò beneficiorum auctoribus in perpetuam benedictionem conſervare debemus. Univerſorum itaque fidelium ad cognicionem tranſire deſideramus quod cum frater noſter eccleſie *noſtre* major *Cuſtos* & *ſancti Johannis Prepoſitus* Dominus *Rutgerus* quoddam predium in *Muminheim* cui attinebat eccleſia *ſancti Nazarii* ibidem in monte ſita juſto poſſedit emptionis titulo & liberam de ipſo faciendi quicquid volebat habeat poteſtatem, recolens verò Divinam illam ammonitionem, qua dicitur, qui habet ſubſtantiam hujus mundi & fratrem ſuum neceſſitatem viderit patientem &c. fratres ſuos eccleſie ſancti Johannis Canonicos oculis reſpexit miſericordie conſiderans eos labore multo ſed paucis ſtipendiis militare; ad conſilium namque & favorabilem aſcenſum Domini noſtri venerabilis Archiepiſcopi *Conradi* nobis quoque ſuadentibus & auctorem omnium bonorum Deum pro tali facto laudantibus dicte *ſancti Johannis* eccleſie cujus erat Prepo-

Digitized by Google

ſitus dictam *ſancti Nazarii* eccleſiam cum ſuis proventibus pro ipſius parentumque ſuorum redemptione peccatorum libere dedit & contradidit, quatenus ipſorum perpetua ibidem à Domino ſervientibus habeatur memoria; huic quoque traditioni talem annexuit formam ut *Emmichone* ſacerdote tunc ejusdem eccleſie paſtore vel mortis interventu vel alio caſu aliquo ipſam eccleſiam relinquente conventus ſancti Johannis communi conſilio eligat ſacerdotem illi ſubſtituendum, quem Decanus ejusdem conventus inveſtiat & Archidyacono ad eccleſiam modo dictam conducendum preſentet vite neceſſaria prout competere videatur de ipſius eccleſie proventibus ei adminiſtretis, de reſiduis prout quemque fratrem eque lancis diviſione contingat inopie ipſorum pondus alleviantes, hoc opus autem pietatis ut noſtra proviſione robur valeat habere perpetuo jubente ſupradicto Domino noſtro Archiepiſcopo ipſo vero Cuſtode cum capitulo *ſancti Johannis* devociùs petente, Utque malignantium cavillationes ſi qui quod abſit in contrarium venire attemptaverint, penitus recondamus, conſcribi fecimus & impreſſione ſigilli eccleſie noſtre roborari advocantes teſtes quorum nomina ſubſcripta videntur. *Henricus* Abbas S. *Albani*, *Hezechinus* Abbas *S. Jacobi*, *Bertoldus* Decanus *S. Petri*, *Theodericus* Cantor, *Baldemarus* & ceteri ejusdem eccleſie Canonici, *Heinricus* eccleſie *S. Stephani* Decanus, *Wernherus* Scholaſticus & *Waltherus* Cantor, *Amelius* eccleſie ſancti Victoris Decanus, *Michahel* Scholaſticus, *Ulricus* Cantor, *Giſilbertus* Cantor *ſancte Marie* ad gradus cum Canonicis *Swikero Erneſto* & *Rudol-*

Rudolfo, Laici: *Hartmannus* Comes de *Werthinberg*, *Emmicho* Vice Dominus, *Dudo* Camerarius, *Reinboto* de *Pingwia*, *Arnoldus* Rufus, *Dieterus* Sculterus & frater ipſius, *Godefridus*, *Diedo* & frater ejus, *Emmicho* de *Sielhoven*, *Conradus* de *Sielhoven* & frater ejus, *Dieterus* filius *Conradi Winzonis*, *Emmicho*, *Arnoldus* & *Conradus Schado* & fratres ejus, *Arnoldus* & frater ejus *Herbordus*, *Theodericus* de *Hettindal.* Cum ceteris civitatis officiatis.

Acta anno incarnationis Dominice MCXCIIII. Indictione XII. preſidente ſedi Apoſtolice beatiſſimo univerſali Patre *Celeſtino*, regnante glorioſo Romanorum Imperatore *Heinrico*, ſancte Moguntine ſedi preſidente venerabili Archiepiſcopo Domino *Conrado* Pontificatus ſui anno XXXIIII. poſt reditum ſuum ab exilio anno XI.

An. MDXIX. ad paſtoriam in villa *Momernheim* preſentatus .... per validum *Weis* de *Fuerbach.*

(t) An. MDXVIII. ad parochialem eccleſiam in *Sorgenloch* preſentatus .... per Dominum *Melchiorem Pfinzing* Prepoſitum *S. Albani.*

(u) *Incorporaciones eccleſiarum Ebernsheim & Leheim factae per Dominum Bonifacium Papam IX. nec non Dornfelden, Acrufftel & Dotesheim & quod poſſent regi per ipſorum conventus monachos.*

I.

Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sacre religionis ſub qua dilecti filii Abbas & conventus monaſterii *ſancti*

Albani

Albani extra muros Magunt. ordinis *ſancti Benedicti* promeretur honeſtas, ut illa eis favorabiliter concedamus que eorum & dicti Monaſterii commoditatibus fore conſpicimus oportuna exhibita nobis nuper pro parte dictorum Abbatis & conventus peticio continebat quod olim in *Ebernsheim* & in *Leheim* Magunt. dioceſ. parochiales eccleſie ex certis rationabilibus cauſis & potiſſime in relevamen onerum dicto monaſterio pro tempore incumbentium eidem monaſterio auctoritate ordinaria in perpetuum unite fuerint & incorporate ac in eis perpetuo vicario inſtituto, quodque ipſi Abbas & conventus eccleſias predictas, vigore unionum & incorporacionum hujusmodi per nonnulla tempora tenuerunt & poſſiderunt prout tenent & poſſident de preſenti. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, ipſi Abbas & conventus dubitent, uniones & incorporaciones hujusmodi ex certis cauſis juribus non ſubſiſtere pro parte eorundem Abbatis & conventus nobis ſint humiliter ſupplicatum ut unioni & incorporacioni predictis robur apoſtolice confirmacionis adycere, ac easdem eccleſias in quantum expedit de novo, & ipſarum vicarias perpetuas nec non in *Dorfelden* in *Acrufftel* & in *Dotesheim* dicte dioceſ. eccleſias parochiales, de jure patronatus eorundem Abbatis & conventus exiſtentes, eidem monaſterio in ſupportacionem onerum predictorum ipſis & dicto monaſterio pro tempore incumbentium unire annectere & incorporare de benignitate apoſtolica dignaremur Nos igitur hujusmodi ſupplicationibus inclinati uniones & incorporaciones easdem & quecumque inde facta rata habentes

bentes & grata illa auctoritate apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus ſupplentes omnes defectus ſi qui forſan intervenerint in eisdem & nihilominus in *Ebirnsheim* & in *Leheim* eccleſias de novo ac vicarias predictas nec non in *Dorfelden* in *Acrufftel* & in *Dotesheim* dicte dioceſ. eccleſias parochiales que de jure patronatus dicti monaſterii ut prefertur exiſtunt, Quarum omnes triginta marcharum cum omnibus ſuis juribus & pertinenciis prefato monaſterio, cujus quingentarum marcharum argenti fructus redditus & proventus ſecundum communem extimationem valorem annuum ut aſſeritur non excedunt, in relevamen onerum predictorum auctoritate predicta tenore preſencium inperpetuum unimus annectimus & incorporamus ita quod in *Ebirnsheim* & in *Leheim* perpetuis vicariis ac in *Dorfelden* in *Acrufftel* & in *Dotesheim* eccleſiarum predictarum rectoribus qui nunc ſunt cedentibus vel decedentibus vel vicarias in *Ebirnsheim* & in *Leheim* & in *Dorfelden* in *Acrufftel* & in *Dotesheim* eccleſias prefatas quomodolibet dimittentibus liceat ipſis Abbati & conventui in *Ebirnsheim* & in *Leheim* de novo nec non in *Dorfelden* in *Acrufftel* & in *Dotesheim* eccleſiarum ac vicariarum predictarum jurium quoque & pertinentiarum hujusmodi corporalem poſſeſſionem per ſe vel alium ſeu alios libere apprehendere & perpetuo licite retinere ipſasque eccleſias & vicarias per dicti monaſterii monachos aut presbiteros ſeculares ydoneos ad nutum Abbatis monaſterii pro tempore exiſtentis ponendos & amovendos, ad monachos ipſos ad clau-

ſtrum ejusdem monaſterii revocandas, qui parochianorum earundem eccleſiarum animarum curam gerant & domino inibi deſerviant laudabiliter in divinis regi facere omnesque hujusmodi fructus redditus & proventus dictarum eccleſiarum in proprios & dicti monaſterii uſus convertere, & eciam deputare, diocesani loci vel cujuscunque alterius licentia ſuper hoc minime requiſita non obſtantibus conſecutionibus Apoſtolicis contrariis quibuscunque Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales apoſtolice ſedis vel legatorum ejus litteras impetrarunt etiam ſi per eas ad inhibitionem reſervationem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum quas quidem litteras & proceſſus habitos & habendos & quecumque inde ſecuta & ſecutura ad prefatas eccleſias volumus non extendi ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari & quibuslibet litteris privilegiis & indulgentiis apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, perque preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differre & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit de verbo ad verbum in noſtris litteris mencio ſpecialis, volumus autem quod dicte eccleſie debitis non fraudentur obſequiis, & animarum cura in eis nullatenus negligatur Quodque ipſi Abbas & conventus epiſcopalia jura ſolvere & alia eisdem eccleſiis onera conſueta, teneantur in omnibus ſupportare Et inſuper ex nunc irritum

decer-

decernimus & inane ſi ſecus ſuper hiis à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis communicionis, ſupplecionis unionis & annexionis incorporacionis voluntatis & conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum Datum *Rome* apud ſanctum Petrum VIII Idus Februarii pontificatus noſtri anno tercio decimo.

II.

Confirmatio Archidyaconi ſuper incorporacione ecclesie parochialis in Ebernsheim.

Nos *Johannes* Dei gratia prepoſitus *ſancti Victoris* extra muros & Decanus majoris eccleſiarum *Magunt.* ad univerſorum tam preſentium quam futurorum noticiam cupimus pervenire quod nos deliberacione prehabita diligenti ad devotam ſupplicationem religioſorum virorum Dominorum *Gyſilberti* Abbatis totiuſque conventus monaſterii *ſancti Albani* extra muros Maguntinos incorporacioni eccleſie parochialis in *Ebernsheim* in archidiaconatus noſtri terminis conſtitute, per reverendum in xſto Dominum ac patrem Dominum *Matthiam* ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopum, eidem monaſterio factam favorabiliter & unitam pro Abbatis menſe conſolacione ſpeciali preſentibus approbamus eamque perpetuo valituram ex officii noſtri debito ratificamus ratamque

& gratam habemus pro nobis noſtrisque ſucceſſoribus in perpetuum ſub preſencium teſtimonio litterarum ita tamen quod eadem eccleſia per ſacerdotem ydoneum cui competens pro ſuſtentacione prebenda deputabitur de redditibus eccleſie memorate, gubernabitur in futurum dyoceſani & Archidyaconi in omnibus & per omnia jure ſalvo in cujus facti evidenciam & perpetuam firmitatem preſentes literas ſigilli noſtri fecimus impreſſione muniri. Datum anno Domini M° CCC° XLV° IIII. non Marcii.

Eccleſie parochialis in *Ebersheim* cum pluribus aliis à *Sigeſrido II. Arch. Mog.* monaſterio *S. Albani* incorporata fuit *vid. Joann. T. 2. p.* 757.

(x) An. MDXXVIII. ad parochialem eccleſiam in *Harxheim* preſentatus . . . . per generoſum Dominum *Philippum* de *Dhun* Comitem in *Falckenſtein* & Dominum in *Oberſtein.*

(y) An. MDXXII. ad parochialem eccleſiam in *Gawbisheim* preſentatus . . . per paſtorem de ibidem.

(z) Declaratio ſuſtentacionis Vicarii plebanie in Bodenheim.

S*imon* Dei gratia Decanus *majoris eccleſie Maguntinenſis* Prepoſitus eccleſie *ſancti Victoris* ordinacionem de prebenda ſacerdotis in villa *Bodenheim* pro tempore celebrantis factam per Dominum *Rudolffum* Abbatem *ſancti Albani* & ſuum conventum mediantibus Archipresbitero noſtro in *Nerſtein* ſculteto & juratis predicte ville *Bodenheim* ratam habemus, & ipſam

ipſam in hiis ſcriptis ad futura tempora confirmamus, que talis eſt Dominus Abbas ſupradictus de curia ſua ibidem dabit ſingulis annis eidem ſacerdoti quadraginta maltra ſiliginis, ſi ea ſimul vel proporcionabiliter per quotuor tempora anni dare voluerit, in ipſius Abbatis arbitrio relinquetur. Item dabit ſibi carratam vini communis in vaſe ipſius ſacerdotis in authumno Item decimam de hominibus qui dicunur *einluteg*, quos ita ſpecificamus, videlicet qui nulla bona in agris vel vineis pratis, nec aliquid in terminis illius ville, vel in villa habentes, de ſuo labore vivunt, qui ſi aliquid in ortis vel areis aliorum laboraverint, de ſua parte ſacerdoti decimam ſolvent, domini vero fundi decimam de ſua parte abbati ſolvent, Item dos eccleſie ſive in agris vineis, vel pratis, domibus ſeu quibuſcumque fundis conſiſtat ad Abbatem integro pertinebit, & ipſe abbas de ipſa dote ordinabit pro ſuo arbitrio & voluntate Item ſi aliqui agri vinee prata, ſeu domus pro anniverſariis cenſuales ſacerdoti pro devocione fidelium conſtituti propter neglectum cenſum, per ſententiam ſcabinorum & ſacerdotis in jus & dominium parochie uſque ad hec tempora tranſiverunt ſimul cum dote ad Abbatem pertinebunt, Illi vero agri qui uſque modo hujusmodi cenſum perſolvunt vel deinceps ſolvere contigerit, hujusmodi cenſus ſacerdoti cedet, ſi vero propter negligenciam ſolvencium cenſum inpoſterum ipſa bona in jus & dominium eccleſie pervenerint, iidem agri ſive bona duobus juratis, quos univerſitas elegerit in ſuam curam recipient & cenſum ſolvent ſacerdoti conſtitutum. De reliquo

Digitized by Google

neceſſitatem & utilitatem eccleſie procurabunt Item duo prata data ſunt ad uſum ſacerdotis, que eſtimata ſunt ad duo plauſtra feni Item ipſe ſacerdos qui pro tempore fuerit pro celebracione Divinorum ſcolarem habebit, ſcientem legere & cantare, nec aliquam feminam ad altare admittet, ut ibidem miniſtret in Divinis. Item à curia Domini Abbatis vel a colono ipſius nullas decimas requiret Item ipſe ſacerdos celebrabit miſſam in capella *beate Virginis* in *ſuperiori villa* ſecundum conſuetudinem antiquitus obſervatam. Hec ordinacio facta eſt anno Domini milleſimo CCLXXVI° III° Idus Januarii.

An. MCCLXXI. Conradus Abbas *S. Albani* capellam in terminis villæ *Bodenheim* ſitam ita reſtauravit, ut ſacerdos exin competenter ſuſtentari valeret. Ordinationes reliquas capellam hanc concernentes exhibet charta apud *Joann. T.* 3. *p.* 763.

Qualiter paræciam in *Weiſſenau* & ſacellum in *Laubenheim Wernerus Bolandus* attribuerit collegio *S. Victoris* An. 1322. vid. *apud Joann. T. II. p.* 604.

(aa) An. MCCXXXIV. *Sifridus Arch. Mog.* Decano & capitulo *ſancti Gereonis Coloniae* conceſſit fructus & redditus eccleſiarum in *Nackenheim* & *Bubenheim* ultra præbendam competentem ſacerdotibus in utraque eccleſiâ aſſignatam reſiduos *Gud. T. I. p.* 532.

Digitized by Google

I.

Conſenſus Praepoſiti S. Gereonis in venditionem bonorum in Nackenheim.

Wernerus Dei gratia Prepoſitus *S. Gereonis* in *Colonia* dilectis in Chriſto Decano & capitulo *S. Stephani* in Maguntia ſalutem & omne bonum. Venditionem quam Decanus, Scolaſticus & capitulum *S. Gereonis* in *Colonia* vobis fecerunt de bonis in *Nachenn*, *Buvenheim*, *Lorzwilre* & attinentiis ratam habemus & venditioni conſentimus. Datum anno Dni M° CC° LVIII° menſe Decembri.

II.

Conſenſus Archiepiſcopi Colonienſis ſuper eadem venditione.

Conradus Dei gratia *ſancte Colonienſis* eccleſie *Archiepiſcopus Italie* Archicancellarius dilectis in Chriſto Decano & capitulo *S. Stephani* in *Maguntia* ſalutem & omne bonum. Venditionem quam Decanus, Scolaſticus & capitulum *S. Gereonis* in *Colonia* vobis fecerunt de bonis in *Nachenn*, *Buvenheim*, *Lorzwilre* & attinentiis ratam habemus & venditioni conſentimus. Datum anno Dni M° CC° LVIII. menſe Decembri.

III.

Conſenſus capituli S. Gereonis in Colonia ſuper eadem venditione.

H Scolaſticus totumque capitulum *beati Gereonis* in *Colonia*. Noverint univerſi quod nos bona eccleſie noſtre in *Bubenheim Nacheim Lorzwilre* Mogunt.

gunt. dioc. ſita cum omnibus attinentiis ſuis vendidimus & confitemur vendidiſſe Decano & capitulo *S. Stephani* Mogunt. pro ſeptingentis & quinquaginta marcis den. Colon. Confitemur etiam nos recepiſſe in ſolutum de hiis ſexcentas & decem marcas den. Colon. centum vero & quadraginta marcas reſiduas nobis *Colonie* perſolvent quandocunque requiſiverimus à fratribus domus Erbacens. in *Colonia.* Infra feſtum vero purificationis beate Virginis procurabimus & dabimus ipſi Decano & capitulo *beati Stephani* Mogunt. litteras Dni noſtri Archiepiſcopi Colon. de conſenſu. Item prepoſiti noſtri & capituli noſtri. Nuntium etiam mittemus ad placita eorundem bonorum reſignaturum nomine noſtro bona ſupradicta cum mandato ſpeciali prout exigit natura contractus venditionis hujuſmodi & alia inſtrumenta eorundem bonorum ſi que habemus eis preſentabimus bona fide. Anno Dni M° CC° LVIII. craſtino *beate Katherine.*

IV.

Honorandis viris Decano & capitulo *S. Gereonis* Colon. *Ludewicus* Dei gratia Prepoſitus eccleſie *ſancti Victoris* Magunt. paratam ad obſequia voluntatem. Ut capitulo veſtro & ſingulis vobis poſſim aliqualiter declarare, quod ad omnia que ad comodum vel honorem veſtrum poterunt provenire, ſemper volo pro poſſe devotionem meam & operam adhibere, ſicut Dominus meus Archiepiſcopus eccleſiam veſtram *Nacheim* in qua jus patronatus hactenus habuiſtis vobis dinoſcitur indulſiſſe & pleno jure habendam liberaliter tradidiſſe; ſic & ego qui ſum loci

Archi-

Digitized by Google

Archidiaconus meum ad id conſenſum vobis adhibeo jure meo & ſucceſſorum meorum per omnia nobis ſalvo, ut etiam poſtquam eccleſia eadem ab *W.* Scolaſtico eccleſie mee, qui nunc tenet ipſam, vacaverit, libere convertatis ad augmentum prebendarum veſtrarum competentem prebendam ydoneo vicario perpetuo ſervituro ibidem de conſilio Archidiaconi deputantes. Datum *Maguntie* anno Dni M° CC° LV° VI^{to} Idus Junii.

Eandem parochiam *Wernherus* Arch. Mog. capitulo *S. Stephani* incorporavit Anno MCCLXII. Id. Auguſti. Litteras unionis lege apud *Joann. T.* 2. *pag.* 538.

An. MDXX. ad parochialem eccleſiam in *Náckheim* preſentatus .... per venerabilem Dominum *Johannem Gans* canonicum eccleſie *ſancti Johannis* ac venerabilem & circumſpectum virum Dominum *Theodoricum Spar* Decanum eccleſie *ſancti Stephani* Moguntinenſis.

An. MDXXIV. ad altare beate Marie Virginis alias primiſſaria nuncupata in *Nackheim* preſentatus .... per Dominam Margaretham Abbatiſſam & conventum *Marie Corone* in *Oppenheim.*

(bb) Ad parochialem eccleſiam in *Nyrſtein* An. MDXXV. preſentatus .... per validum *Hanſonem* de *Freſenheim.*

Ad altare *beate Marie Virginis* in parochiali eccleſia *ſancti Kiliani* in *Nyrſtein* preſentatus .... per *Henricum* & *Gerhardum* de *Dynheim* An. MDXVIII.

Digitized by Google

(cc) An. MDXXIII. ad altare ſive primiſſariam *ſancti Nicolai* in *Nyrſtein* preſentatus.... per validos *Caſprum Erlenhaupt* & *Hanſonem Schlüchterer* de *Erpſſenſtein*.

Addimus ex aliis chartis.

An. MDXXI. ad altare *beate Marie Virginis* in parochiali eccleſia ville *Eimsheim* preſentatus... per plebanum & juratos dicte eccleſie.

An. MDXXIV. paſtoriam in *Lavesweiler* preſentatus... per *Eberhardum Seltz* & Dominum in *Hundt*.

§. 3.

REGISTRUM SEDIS BENSHEIM. (a)

Sequentes preſentantur in ſcriptis in ſede Bensheym *per Archipresbyterum & Camerarium ejusdem ſedis An. LV^{c}. XI^{mo}.*

Paſtores in Ludenbach *ii gulden* (b)

Plebanus in Loirs *i. libr. dat prepoſitus.*

Paſtor cum plebano in Schweinheim *ii. gulden. dat prepoſitus* Loriſſenſis.

Paſtores in Hoiſſen *propè Warmaciam viii. gulden dant canonici in* Nuhuſen.

Paſtores in Wattenheim *iii. gulden dant canonici* Zellenſes.

Paſtor in Birſtait *ii gulden dat Dominus Nicolaus canonicus* Nove Civitatis *olim capellanus Palatini.*

Paſtores in Bibeliſs *iii. gulden dant canonici ad gradus.* (c)

Paſtor in Bibeſem *iii. gulden. eſt in biennalibus.* (d)

Paſtor in Stockſtait *i gulden x.* ß. (e)

Paſtor

Paſtor in Hoiſen *x gulden dat prepoſitus majoris eccleſie.* (f)

Paſtor in Puncſtait *ii gulden dat antiquus plebanus in* Michelſtait. (g)

Paſtrices in villa Bickenbach (h) *ii. gulden dat Abbatiſſa in* Padeshueſſen.

Regiſtrum ab an. MDXVIII. continuatum adhuc alia hujus ſedis recenſet beneficia.

Ad altare ſancte Catherine *in* Ludenbach *obtinuit commendam Dominus* Ewaldus . . .

Ad altare S. Sebaſtiani *in* Zwingenberg. (i)

Ad altare ſancti Nicolai *in* Seheim. (k)

Ad altare S. Catherine *in* Pungſtat . . .

Ad altare S. Sebaſtiani *in* Eberſtat . . . (l)

Ad altare S. Annæ *in* Granaw . . .

Ad parochialem eccleſiam in Heppenheim . . . (m)

Ad parochialem eccleſiam in Birſtat . . .

Ad capellam zu der noit gots *dictam* . . . (n)

Ad filialem eccleſiam in Reichenbach . . . (o)

Ad altare S. Bartholomei *in* Bickenbach . . (p)

Ad altare S. Nicolai *in* Heppenheim . . . (q)

(a) Oppidum Bensheim ad ſtratam montanam diu jam ſedem Archipresbyteralem obtinet. Anno MCCCLXXX. judices ſancte Maguntine ſedis *Archipresbytero* & camerario *ſedis* in *Bensheim* reſcribunt: *Conradum Schencke* ad eccleſiam in *Pungſtat* preſentatum inveſtiendum eſſe. vid. infra not. g.

Lapſo abhinc ſæculo integro occurrit inibi Archipresbyter: Wir *Philips* &c. (Pfaltzgrav) bekennen &c. als unſer lieber getreüer *Simon von*

Digitized by Google

Balshofen Ritter für ſich und ſein erben uf einen wiederkauff hat ſolche güter verkaufft . . zu *Heppenheim* in der Mark gelegen dem erſamen unſerm lieben beſunderen herrn *Johann Marxen* Ertzprieſter zu *Bensheim* ſeinen erben und nachkommen nach ſag der kauffbrief, das wir demſelben Johann, ſin erben und nachkommen ſo lang ſie die güter innhan, die freyheit zugelaſſen han zu haben zu brauchen und zu genieſen, wie bisher dieſelbe von dem obgenanten Swenden und auch den Swenden die ſie von alters beſeſſen, gehalten, gebrucht und genoſſen ſint, daran ſie unſer ambtleüthe, burgermeiſter, rath und gemeine deſſelben ambts und ſtadt noch niemand anders irren oder hinderen ſolle geverde und arge liſte uſſgeſcheidten, urkund diſs brieſſs verſieglet mit unſerm anhangenden ſecret. Datum *Landenburg* uff wittwoch nach Ægidi anno Domini MCCCCXCIV. vid. *Würtemberg. gravamina contra die Ritterſchaft. Sect.* 2. c. 2. p. 76.

An. MCCXLIX. *Sifridus* Archiepiſcopus Mog. litteris non. Martii *Pinguiae* datis in capitulum Moguntinum transtulit eccleſias in *Hendtſchuhesheim* & *Bensheim.* Donationem hanc *Innocentius* PP. eodem anno *Lugduni* confirmavit XII. cal. Maji. *Eberhardus* quoque Epiſcopns Wormatienſis intuitu eccleſiæ in *Hendtſchuhesheim* confimationis robur addidit ſexto calendas Aprilis, uti & *capitulum Wormatienſe* ſuper eâdem donatione litteras dedit quarto kal. Apr. Conſenſit tandem hâc ſuper re Præpoſitus Wormatienſis, uti legere eſt in diplomate in die B. *Laurentii*

ejus-

Digitized by Google

ejusdem anni exarato. *Archiv. Mog.* Conſenſus *Ludovici* Archidiaconi Præpoſiti ad *S. Victorem* ſubſecutus eſt anno MCCLI. *vigilium omnium ſanctorum. Gud. T. I. p.* 620. Eccleſia parochialis modò fata haud paucos numerat beneficiatos, qui ſua officiant altaria, nempe: altare *S. Spiritus*, altare *S. Johannis Baptiſtae*, altare *S. Barbarae*, altare *S. Laurentii & Leonardi*, altare *S. M. Magdalenae*, altare *S. Catharinae*, altare *Omnium ſanctorum*, altare *S. Martini.* &c.

An. MDXXI. ad altare *S. Johannis Baptiſte* in parochiali eccleſia oppidi *Bensheym* preſentatus... per validum *Alexandrum Helmſtat* armigerum.

An. MDXXIII. ad altare divorum *trium Regum* in parochiali eccleſia *Bensheim* preſentatus . . . per illuſtrem principem & Dominum *Ludovicum* Comitem Palatinum Rheni.

Eodem anno ad altare *ſancte Catharine* in parochiali eccleſia oppidi *Bensheim* preſentatus nobilis Dominus *Philippus Echter* per validum *Philippum Echter* de *Meſpelborn.*

An. MDXX. ad altare *beate Marie Virginis* in hoſpitali oppidi *Bensheym* preſentatus... per validum armigerum *Alexandrum Helmſtat.*

An. MDXXI. ad altare *ſancte Anne* in hoſpitali oppidi *Bensheym* preſentatus ... per providos viros Burgimagiſtros necnon totum conſulatum ibidem.

An. MDXXIII. ad altare omnium ſanctorum in hoſpitali oppidi *Bensheym* preſentatus . . . per validum armigerum *Johannem* . . & *Kunigundem Kolbin* ejus legitimam.

 An.

Digitized by Google

An. MDXXIX. ad altare *ſancte Crucis* in *Bensheym* preſentatus . . . per validum *Alexandrum de Helmſtat.*

Ad altare *ſancti Nicolai* in *Bensheym* . . . .

Ad altare *S. Leonardi* in *Bensheim* . . . quod forte cum altari *S. Laurentii* unitum fuit.

Officialis venerabilis & nobilis viri Domini Prepoſiti eccleſie *ſancti Victoris* extra muros Maguntin. univerſis & ſingulis preſentes noſtras litteras ſive preſens publicum inſtrumentum inſpecturis lecturis ſeu legi audituris pateat evidenter & ſit notum, quod orta dudum coram nobis inter honorabiles viros Dominos magiſtrum *Johannem Scholle* presbiterum Magunt. dioc. ex una & quendam *Johannem Renner* de *Bensheym* dicte dioc. dum viveret clericum de & ſuper beneficio altaris *ſancti Johannis Baptiſte* in eccleſia parochiali opidi *Bensheym* dicte Magunt. dioc. ſito & illius occaſione partibus ex altera lite & materia queſtionis cauſaque hujusmodi coram nobis partes inter predictas rite introducta tandem comparuit coram nobis judicialiter providus vir magiſter *Johannes Schmick* in ſancta Magunt. ſede cauſarum & prenominati Domini magiſtri *Johannis Scholle* principalis procurator prout de ſue procurationis mandato in actis cauſe hujusmodi legitimis dignoſcitur conſtare prout conſtat documentis & eo nomine quandam proclamacionem à nobis decretam & in parochiali eccleſia loci ſub qua dictum beneficium queſtionis ſituatum exiſtit de mandato noſtro legitime ut apparuit executam facto reproduxit & inſuper partem ſuam principalem jam dictam tunc preſentem & ſibi aſtantem ad dictum beneficium una

cum

cum juribus & pertinentiis ſuis univerſis inſtitui & de eodem inveſtiri per nos debita cum inſtantia poſtulavit; ex adverſo vero comparuit coram nobis in eodem judicio diſcretus vir *Marquardus Marquardi* de *Göttingen* clericus Mag. dioc. ſupra dicti *Johannis Renner* principalis procurator prout de ſue procurationis mandato apud hujusmodi cauſe acta ſimiliter conſtat & eo nomine procuratorio animo ut aſſeruit prefati Domini *Johannis Scholl* ex adverſo principalis deſideratam inveſtituram impediendi quandam preſentationem ſibi *Johanni Renner* parti ſue predicte factam & conceſſam facto realiter & in ſcriptis exhibuit atque preſentavit, & nihilominus eandem partem ſuam ibidem tunc eciam preſentem & aſtantem ejusdem preſentacionis pretextu in & ad predictum altare queſtionis cum omnibus juribus & pertinenciis ſuis inſtitui ac de eodem inveſtiri per nos ſimili cum inſtancia poſtulavit. Nos vero nemini cito manus imponere ſed unicuique jus ſuum ſalvum & illeſum conſervare volentes dictis magiſtris *Johanni Schmick* & *Marquardo Marquardi* ex adverſo procuratoribus hujusmodi partibusque ſuis ibidem adhuc preſentibus, aſtantibus & intelligentibus ad dandum & recipiendum, darique & recipi videndum libellum ſive ſummariam in hujuſmodi cauſa peticionem certum peremptorium terminum prefiximus, ſtatuimus & aſſignavimus competentem, quo adveniente per prefatum *magiſtrum Johannem Schmick* procuratorem nomine quo ſupra procuratorio coram nobis judicialiter comparentem prefati magiſtri *Marquardi Marquardi* ex adverſo procuratoris non comparentis

con-

Digitized by Google

contumacia accuſata ipſumque contumacem reputari petito & in ejus contumaciam preſentacione de perſona dicti Domini magiſti *Johannis Scholl* principalis ſui facta necnon proclamacione earundem vigore decreta & executa & coram nobis judicialiter reproductis, in quantum tamen pro ſe & parte ſua prefata ac contra dictam partem ſibi in hac cauſa adverſam faciant & non alias nec quovis alio modo loco libelli repetitis, illiſque de novo verbo ſolum & duntaxat judicialiter reproductis; quare dicto magiſtro *Marquardo Marquardi* ex adverſo procuratore non comparente reputato per nos merito prout erat id exigente juſticia, contumace & in ejus contumaciam ad prefati magiſtri *Johannis Schmick* procuratoris nomine quo ſupra procuratorio inſtanciam providum virum magiſtrum *Nicolaum Lapiſcide* in dicta ſancta Magunt. ſede cauſarum juratum & prenominati *Johannis Renner* principalis ad hanc cauſam eciam procuratorem, de cujus quidem procuracionis mandato in & apud hujuſmodi cauſe acta legitime conſtat, ad dicendum & excipiendum quidquid verbo vel in ſcriptis contra preſentacionem & proclamacionem hujuſmodi loco libelli ut premittitur repetitas ac verbo dumtaxat reproductas dicere ſive excipere vellet per certum ſancte Maguntin. ſedis curſorem juratum citari mandavimus & fecimus in & ad certum peremptorium terminum competentem, in quo quidem termino comparuit in judicio legitime coram nobis magiſter *Johannes Schmick* procurator predictus nomine quo ſupra procuratorio & prelibati magiſtri *Nicolai Lapiſcide* ax adverſo

pro-

procuratoris licet ibidem preſentis non tamen quicquam verbo vel in ſcriptis contra jura ſuperius per eum in hujuſmodi cauſa pro parte ſua loco libelli ut prefertur repetita ac verbo ſolum reproducta dicere ſive excipere ut aſſeruit curantis contumaciam accuſavit ipſumque contumacem reputari & in ejus contumaciam eidem ulterius ad jurandum & deliberandum jurarique & deliberari videndum de calumpnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & ſingulis clauſulis & capitulis in & ſub calumpnie juramento contentis aliquem certum peremptorium competentem, quem eciam ſibi partique ſue ad conſimilem actum faciendum prefigi ſtatui & aſſignari per nos inſtanter poſtulavit, deinde tamen mox & in continenti per eundem magiſtrum *Nicolaum Lapiſcide* ex adverſo procuratorem ibidem adhuc preſentem contra prelibata jura libelli loco ut prefertur repetita generaliter verbo ſolum & dumtaxat exceptis nos ad dicti magiſtri *Johannis Schmick* procuratoris inſtanciam prememorato magiſtro *Nicolao Lapiſcide* ex adverſo procuratori, ibidem adhuc ut predicitur, preſenti, audienti & ut apparuit, intelligenti, terminum proxime prepetitum ad eundem actum faciendum videlicet ad jurandum jurarique videndum de calumpnia prefiximus ſtatuimus & aſſignavimus, eodem eciam termino dicto magiſtro *Johanni Schmick* procuratori inſtanti atque petenti partique ſue ad idem nichilominus ſtatuto & aſſignato. Quo adveniente magiſtri *Johannes Schmick* & *Marquardus Marquardi* ex adverſo hinc inde procuratores predicti nominibus eorum quibus ſupra

procuratoriis coram nobis judicialiter comparentes, poſtquam per nos ad hoc admiſſi fuerant, de calumpnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & ſingulis clauſulis & capitulis in & ſub calumpnie juramento contentis & compreſenſis ſolita ad mandatum noſtrum preſtiterint calumpnie juramenta, quibus quidem calumpnie juramentis preſtitis nos dictis hinc inde procuratoribus inſtantibus & petentibus partibusque ſuis ad ponendum & articulandum ponique & articulari videndum in hujuſmodi cauſa certum alium prefiximus & ſtatuimus terminum peremptorium competentem, quem etiam terminum deinde alia quadam die ad ſupradicti magiſtri *Nicolai Lapiſcide* procuratoris quo ſupra nomine inſtanciam provido viro magiſtro *Johanni Haſelbaum* in predicta ſancta Maguntin. ſede eciam cauſarum jurato & prenominati magiſtri *Johannis Scholle* ex adverſo principalis procuratori, de cujus procuracionis mandato in actis cauſe hujuſmodi legitimis dinoſcitur conſtare atque conſtat documentis ibidem preſenti & audienti eundem eciam terminum ad actum conſimilem faciendum ſibi magiſtro *Nicolao Lapiſcide* procuratori quo ſupra nomine inſtanti & petenti partibuſque ſuis prefiximus, ſtatuimus & aſſignavimus, in quo termino per prefatum magiſtrum *Nicolaum Lapiſcide* procuratorem nomine quo ſupra procuratorio coram nobis judicialiter comparente prelibati magiſtri *Johannis Haſelbaum* ex adverſo procuratoris non comparentis contumacia accuſata ipſumque contumacem reputari petito & in ejus contumaciam nonnullis poſicionibus & articulis de jure partis ſue facto realiter

&

& in ſcriptis datis & oblatis; quare nos dictum magiſtrum *Johannem Haſelbaum* ex adverſo procuratorem non comparentem reputavimus merito, prout erat id exigente juſticia, contumacem & in ejus contumaciam ad prefati magiſtri *Nicolai Lapiſcide* procuratoris & eo nomine inſtanciam eundem magiſtrum *Johannem Haſelbaum* ex adverſo procuratorem ulterius ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in ſcriptis contra poſiciones & articulos hujusmodi dicere ſive excipere vellet in quantum articuli, necnon ad reſpondendum eisdem in quantum poſiciones exiſtebant ſive eſſe cenſebantur per certum ſancte Maguntin. ſedis predicte curſorem juratum citari mandavimus & fecimus in & ad certum peremptorium terminum competentem, in hujuſmodi ſiquidem termino comparuit in judicio legitimo coram nobis prefatus magiſter *Nicolaus Lapiſcide* procurator nomine quo ſupra procuratorio & prenominati magiſtri *Johannis Haſelbaum* ex adverſo procuratoris ibidem licet preſentis non tamen quicquam verbo vel in ſcriptis contra ſupra dictos poſiciones & articulos dicere ſive excipere in quantum articuli, neque eisdem, in quantum poſiciones exiſtebant ſive eſſe cenſebantur, reſpondere, ut aſſeruit, curantis contumaciam accuſavit; ex adverſo dictus magiſter *Johannes Haſelbaum* procurator ibidem adhuc, ut premittitur preſens & eo quo ſupra nomine procuratorio coram nobis judicialiter comparens ac contra & adverſus hujuſmodi articulos generaliter verbo dumtaxat excepit cum proteſtatione tamen de dicendo & excipiendo contra eosdem latius facto & in

ſcriptis ſuis loco & tempore congruis & oportunis; nos tunc ulterius ad antedicti magiſtri *Nicolai Lapiſcide* procuratoris eo quo ſupra nomine procuratorio inſtanciam prelibato magiſtro *Johanni Haſelbaum* ex adverſo procuratori ibidem preſenti ad producendum & produci videndum omnia & ſingula acta & actitata literas, ſcripturas, inſtrumenta, jura & munimenta quibus partes hinc inde in hujuſmodi cauſa uti & ſe juvare volebant certum alium peremptorium terminum aſſignavimus competentem, eundem eciam dicto magiſtro *Nicolao Lapiſcide* procuratori inſtanti & petenti partique ſue ad idem nichilominus prefigendo ſtatuendo & aſſignando, in eo quoque occurrente termino per prefatum magiſtrum *Nicolaum Lapiſcide* procuratorem judicialiter coram nobis comparentem prememorati magiſtri *Johannis Haſelbaum* ex adverſo procuratoris preſentis non tamen hujusmodi diei termino juxta ipſius exigenciam & prefixionem in aliquo ſatisfacere curantis contumacia accuſata & pro contumace reputari petito & in ejus contumaciam omnibus juribus & munimentis in hac cauſa hinc inde habitis & productis in quantum faciebant pro ſe atque ſua & contra partem adverſam & non alias, aliter nec quovis alio modo repetitis & de novo verbo dumtaxat loco omnium jurium & munimentorum reproductis, & preterea ad dicti magiſtri *Nicolai Lapiſcide* procuratoris inſtanciam eidem magiſtro *Johanni Haſelbaum* ex averſo procuratori preſenti & audienti partique ſue ulterius ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in ſcriptis contra hujuſmodi jura & munimenta loco omnium,

ut

ut premittitur, repetitis, dicere ſive excipere volebat certo alio per nos ſtatuto & aſſignato termino peremptorio congruente, in quo occurrente cum prefatus magiſter *Johannes Haſelbaum* procurator ex adverſo non comparuiſſet nec quicquam verbo vel inſcriptis contra pretacta jura & munimenta loco omnium ut prefertur repetita & de novo verbo tantum reproducta excepiſſet ipſum ad prenominati magiſtri *Nicolai Lapiſcide* procuratoris quo ſupra nomine inſtanciam reputavimus merito prout erat id exigente juſticia contumacem, interea igitur ſupradicto *Johanne Renner* uno in hac cauſa ex principalibus prout altiſſimo placuit de medio ſublato & in ejus locum Honorabili viro Domino *Bertholdo Muſer* de *Trarbach* presbitero Treverenſ. dioc. nobis per validum *Burckhardum de Riſchach* armigerum & honeſtam ac nobilem Dominam *Getzam de Helmſtat* ejus conthoralem legitimam ſupradicti altaris *ſancti Johannis* quondam veros ut pretendebatur patronos & collatores eorundem patentes certi tenoris pergameni litteras per ipſorum ſigillis communitas & ſigillatas rite & legitime ad idem altare preſentato ipſo quoque Domino *Bertoldo* ſimul ac *Burckardo* armigero nomine *Getze* legitime uxoris ſue prefatis ſucceſſive (vocatis primitus ad id vocandis cum certificacione videlicet quod ſive comparerent ſive non nichilominus ad ulteriora prout juſtum foret & ordo racionis dictaret, procedere curaremus ipſorum contumacia non obſtante ipſiſque de cetero non niſi in tabulis eccleſie Maguntin. ut moris eſſet dumtaxat citatis) pro eorum jure & intereſſe ad hanc cauſam in eo ſtatu

Digitized by Google

in quo tunc pendebat anteaque & eciam poſtmodum omnibus & ſingulis poſitionibus & articulis ſive materiis articulatis pro parte dicti magiſtri *Nicolai Lapiſcide* in hujuſmodi cauſa quomodolibet datis & oblatis per nos ad probandum admiſſis, nonnullis eciam teſtibus juribuſque & munimentis pro verificatione eorundem ſive earundem productis, receptis, admiſſis juratis & diligenter examinatis ac ipſorum teſtium dictis & depoſicionibus in debitam formam redactis deinde eciam aliis quibusdam materiis pro parte prenominati *Burckardi de Riſchach* armigeri oblatis eisdemque una cum omnibus & ſingulis actis actitatis juribuſque & munimentis quibuscumque in hujusmodi cauſa quomodolibet habitis exhibitis atque productis per magiſtrum *Nicolaum Lapiſcide* procuratoris & eo nomine quo ſupra procuratorio in quantum tamen pro ſe partibuſque ſuis predictis ac contra partem ſibi in hujuſmodi cauſa adverſam faciebant ſeu intelligi & interpretari poterant & non alias aliter nec quovis alio modo loco probacionis ultimarum materiarum per eum pro parte *Burckardi* ut premittitur datarum repetitis & verbo tantummodo judicialiter reproductis nil tamen per partem ſibi in hujuſmodi cauſa ex adverſo principalem licet ad hoc legitime citati contra eosdem ſive eadem exceptis nos tunc ulterius ſervatis ſervandis ad predicti magiſtri *Nicolai Lapiſcide* procuratoris quo ſupra nomine inſtanciam & peticionem ſupranominatum Dominum *Johannem Scholle* ex adverſo principalem ejusque in hac cauſa procuratores ſi qui eſſent in civitate Maguntin. pro eodem ad concludendum & concludi viden-

dendum necnon audiendum noſtram diffinitivam in ſcriptis ferri & promulgari ſententiam, vel cauſam ſi quam haberent rationabilem, quare premiſſa fieri minime deberent, allegandum per certum ſancte Maguntin. ſedis curſorem ſive bedellum juratum in tabulis eccleſie Maguntin. vigore clauſule certificationis predicte citari fecimus & mandavimus ad certum alium peremptorium terminum competentem eodem prefato magiſtro *Nicolao Lapiſcide* procuratori inſtanti & petenti ad idem aſſignato & prefixo, in quo quidem termino comparuit judicialiter coram nobis magiſter *Nicolaus Lapiſcide* procurator predictus nomine quo ſupra procuratorio & provido viro magiſtro *Valentino Recker* in dicta ſede Magunt. eciam cauſarum jurato & prenominati Domini magiſtri *Johannis Scholle* ex adverſo principalis procuratore aſſerto preſente audiente & replicante ſecum concludi & pro concluſo haberi necnon diffinitivam in ſcriptis ferri & promulgari ſentenciam per nos inſtanter poſtulavit; Nos vero ad predicti magiſtri *Valentini Recker* ex adverſo aſſerti procuratoris & eo nomine procuratorio inſtanciam hujuſmodi diei terminum ad certum alium peremptorium terminum competentem videlicet hinc ad octavam diem juridicam ex tunc immediate ſequentem noſtro ex officio prorogavimus & continuavimus, quo quidem termino adveniente die videlicet & hora infra ſcriptis nos cum prefato magiſtro *Nicolao Lapiſcide* procuratore coram nobis judicialiter comparente & eo quo ſupra nomine procuratorio in hujuſmodi cauſa concludente ſecumque concludi petente Dei in nomine concludendum duximus

Digitized by Google

mus atque concluſimus habuimuſque habere volumus prout habemus in eadem pro concluſo, necnon viſis per nos primitus & diligenter inſpectis omnibus & ſingulis actis, actitatis, litteris, ſcripturis, inſtrumentis, juribus & munimentis in hujuſmodi cauſa quomodolibet hinc inde habitis factis exhibitis atque productis, ipſiſque cum diligencia & maturitate debite recenſitis de juriſperitorum conſilio & aſſenſu ad noſtram diffinitivam in hujuſmodi cauſa in ſcriptis ferendam & promulgandam ſententiam procedendum duximus atque proceſſimus eamque per ea que vidimus & cognovimus ac de preſenti videmus & cognoſcimus in ſcriptis tulimus & promulgavimus ac preſentibus ferimus & promulgamus in hunc qui ſequitur modum: Chriſti nomine invocato pro tribunali ſedentes & ſolum Deum pre oculis habentes in cauſa coram nobis inter honorabilem magiſtrum *Johannem Scholl* presbiterum ex una & quondam Dominum *Johannem Renner* occaſione beneficii altaris *ſancti Johannis Baptiſte* in eccleſia parochiali oppidi *Bensheym* ſiti & poſt obitum ejusdem Dni *Johannis Validum Burckhardum de Riſchach* armigerum honeſte Domine *Getze* de *Helmſtat* maritum legitimum & pro intereſſe ejusdem *Getze* ad preſentem litem & cauſam admiſſum partibus ex altera introducta per hanc noſtram diffinitivam ſententiam quam de jurisperitorum conſilio pariter & aſſenſu in hiis ſcriptis ferimus pronunciamus & decernimus ac declaramus prenominatam Dominam *Getzam* de *Helmſtat* tempore vacationis dicti beneficii per obitum quondam Dni *Martini Winſperger* fuiſſe & eſſe in poſ-

poſſeſſione juris preſentandi ad hoc ipſum beneficium jus preſentandique ad illud ad eandem ſpectaſſe & pertinuiſſe ac ſpectare & pertinere, preſentacionem quoque ejusdem Domine *Getze*, de perſona prefati quondam Dni *Johannis Renners* ad idem beneficium factam fuiſſe canonicam & talem que ſuum ſortiri debebat effectum preſignatoque magiſtro *Johanni Scholl* in ſeu ad dictum beneficium nullum jus compeciiſſe aut competere eidemque ſuper dicto beneficio perpetuum ſilencium inponendum fore & imponimus necnon eundem magiſtrum *Johannem Scholl* dicto *Burckardo* nomine prefate Domine *Getze* uxoris ſue legitime in expenſas litis coram nobis factas & habitas condemnandum & condemnamus earundem taxationem nobis impoſterum reſervantes. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes noſtras litteras ſive preſens publicum inſtrumentum exinde fieri & per notarium publicum atque ſcribam noſtrum infra ſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus noſtrique officiatus ſigillo juſſimus & fecimus appenſione communiri. Lecta lata & in ſcriptis promulgata fuit & eſt hec preſens noſtra diffinitiva ſententia per nos officialem ante dictum *Moguncie* in curia habitacionis noſtre ſolite reſidencie vulgariter *zur Kothen* dicta nobis tunc inibi hora poſt meridiem prima vel quaſi ad jura reddendum & cauſas audiendum pro tribunali ſedentes, ſub anno à nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo indictione quinta decima die vero Mercurii decima nona menſis Aprilis pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris &

Domini noſtri Domini *Alexandri* Divina providencia Pape *ſexti* anno quinto preſentibus ibidem diſcretis viris *Heinrico Hock de Selgenſtadt* & *Anthonio Baue de Meynungen* clericis Magunt. & Herbipolens. dioc. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Et ego *Johannes Frys de Herborn* clericus Treverens. dioc. publicus ſacra imperiali auctoritate notarius cauſarumque ſancte Magunt. ſedis & hujusmodi cauſe coram memorato Dno officiali ſcriba, quia premiſſe ſententie diffinitive prolationi & pronunciationi omnibuſque aliis & ſingulis premiſſis dum ſic ut premittitur fierent & agerentur una cum prenominatis teſtibus preſens interſui eaque ſic fieri vidi & audivi ideoque preſens publicum inſtrumentum manu alterius me jubente fideliter ſcriptum exinde confeci ſubſcripſi publicavi & in hanc publicam formam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum ſepefati ven. Dni officialis officialatus ſigilli appenſione ſubſignavi in fidem & evidens teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum rogatus pariter atque requiſitus.

Officialis venerabilis & nobilis Domini Prepoſiti eccleſie *ſancti Victoris* extra muros Mogunt. omnibus & ſingulis preſentium inſpectoribus notum facimus, quod orta dudum coram nobis inter honorabilem & honeſtum *Petrum Ritzhuben* incolam oppidi Bensheim collatorem altaris *ſancti Laurentii* Martyris in dicto oppido *Bensheim* ſiti actorem ex una & *Valentinum Gambel* clericum Moguntinenſis dioceſis poſſeſſorem dicti altaris *ſancti Laurentii* de & ſuper

reſi-

reſidentia perſonali rebuſque aliis in actis cauſæ hujuſmodi latius expreſſis & deſignatis reum partibus ex altera lite & queſtionis materia cauſaque hujusmodi coram nobis ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & figura judicii, ſed per viam ſimplicis querele introducta, fundationis ac litteris dotationis & aliis juribus & momentis coram nobis exhibitis & productis & per nos bene, mature, deliberate per lectis, viſis & recenſitis, tandem comparente coram nobis dicto *Petro Ritzhuben* actore & magiſtro *Johanne Geymbach* ſancte Moguntine ſedis cauſarum & dicti Domini *Valentini Gampel* rei principalis procurator conſtitutus mentem ſeu ordinationem noſtras cauſâ in hujuſmodi petito; nos tunc ad dicti actoris & ex adverſo procuratoris juſtam petitionem mentem ſeu ordinationem noſtras hujuſmodi declarandas duximus & declaramus & declaratione tenoris ſubſequentis: in cauſa inter honorabilem & honeſtum *Petrum Rytzhuben* collatorem altaris *ſancti Laurentii* in *Bensheim* actorem ex una & Dominum *Valentinum Gampel* reum ex altera partibus de & ſuper reſidentia dicti altaris rebuſque aliis in actis cauſe hujuſmodi latius expreſſis volumus, declaramus & decernimus dictum *Valentinum Gambel* reum compellendum fore & eſſe & compellimus ad faciendam reſidentiam perſonalem infra unius menſis ſpatium à die dato preſentium computando in loco dicti beneficii & eodem in Divinis interſit juxta tenorem fundationis, alioquin dicto termino lapſo jam dictum beneficium ad manus actoris tanquam collatoris abſque contradictione reſignabit. Lecta lata & in ſcriptis promul-

Digitized by Google

gata eſt hec noſtra ſummaria ſententia anno Domini milleſimo quingenteſimo duodecimo indictione decima quinta die verò jovis octava menſis Decembris, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Dni *Julii* Divina providentia Pape *ſecundi* anno decimo preſentibus ibidem honeſtis & diſcretis *Johanne Hirshorn* plebano eccleſie *ſancti Johannis* Mogunt. & *Ewaldo Ratgebe* clerico Mogunt. dioc. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

(b) An. MDXXIII. ad altare *beate Marie Virginis* & *ſancte Catherine* in parochiali eccleſia *Ludenbach* preſentatus ... per Dominum *Petrum* Prepoſitum in *Lorſch*. Abbatiæ hujus olim illuſtriſſimæ origines, in crementa & fata chartis authenticis illuſtravit Helwichius vid. *Johannis Scriptor. Rer. Mog.* T. III.

I.

(c) *Paſtoria in Bybeloſs incorporatur Fabricae eccleſiae B. M. V. ad gradus.*

Theodericus Dei gratia electus & confirmatus Maguntinenſis ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius ad perpetuam rei memoriam. Ex injuncto nobis deſuper paſtoralis ſervitutis officio ſedula perurgemur inſtancia ut ad ea per operoſe diligencie ſtudium favoroſis remediis intendamus, per que eccleſiarum eccleſiaſticarumque perſonarum noſtro regimini commiſſarum ſtatus & decor feliciter propagari earumque oportunitatibus & incommodis valeat ſalubriter provideri. Sane pro parte honorabilium Decani & capituli eccleſie beate Marie ad

gra-

gradus Magunt. devotorum nobis in Chriſto & ſincere dilectorum nobis nuper exhibita peticio continebat, quod licet dicta eccleſia in conſervandis ſuis edificiis & ſtructuris opere quidem magnifico & ſumptuoſo ut oculatim cernitur comprehenſis necnon in ordinandis variis luminaribus & ornamentis ad omnipotentis Dei ſueque genitricis glorioſe laudem & gloriam, ac eciam eminencia loci dicte eccleſie ob populi in & per illam crebro confluentis multitudinem exigente miniſtrari tenerique ſolitis gravibus & magnis annuatim indigeat expenſarum profluviis, fabrica tamen ipſius eccleſie nullis aut pauciſſimis ad hoc redditibus eſt ſuffulta; Unde cum dicti Decanus & capitulum fidelium devocione plus ſolito tepeſcente eorumque piis ſuffragiis non adjuti de ſue capitularis menſe fructibus redditibus & proventibus ob continuatas prôh dolor ſiniſtras temporum condiciones, annorum ſterilitates, decreſcencias inſolitas variaque alia incommoda quibus hactenus afflicti fuere & affliguntur in dies non modicum attenuatis premiſſis neque aut prout erpediret & optant intendere eccleſia predicta in ſtructuris & edificiis hujuſmodi paſſim ruinarum opprobriis ſubjici ſolitiſque ornatu & decore deſtitui veriſimiliter formidatur; Verum ſicut ejuſdem peticionis ſeries ſubjungebat, ſi parochialis eccleſia in *Bibelois* noſtre dioceſis cujus collacio proviſio & omnimoda diſpoſicio ad Archiepiſcopum Maguntinum pro tempore exiſtentem quotiens ejus vacacionis caſus emerſerit pleno jure pertinere dinoſcitur, cujuſque cura per perpetuum vicarium per obtinentem eccleſiam ipſam pro tempore inſtitutum exerceri

conſuevit, fabrice prefate uniretur, incorporaretur & annecteretur, ex hoc edificia & ſtructure melius conſervari luminariaque & ornamenta hujuſmodi commodius ordinari & miniſtrari valerent; Quare pro parte Decani & capituli predictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eccleſiam parochialem predictam prefate fabrice ad uſum premiſſum incorporare annectere & unire aliaſque in & ſuper premiſſis paterne providere de noſtri favoris gracia ſpeciali dignaremur; Nos igitur qui & ſuper premiſſis omnibus & ſingulis eorumque circumſtantiis univerſis diligentem informacionem recipi fecimus, quique poſt fidelem nobis deſuper factam relacionem per informacionem ipſam ea vera fore comperimus & agnovimus, cupientes ex debito ſuſcepti regiminis dictorum Decani & capituli ſueque eccleſie ſtatui & decori, quantum cum Deo poſſumus, paterne providere, hujuſmodi ſupplicacionibus inclinati eccleſiam parochialem predictam cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis fabrice prefate auctoritate noſtra ordinaria ad id honorabilium Dominorum Decani & capituli noſtre majoris eccleſie fidelium & devotorum noſtrorum nobiſque in Chriſto ſincere dilectorum expreſſo accedente conſenſu omnibus melioribus quibus de jure poſſumus & debemus modis atque formis in perpetuum incorporavimus annexuimus & univimus ac incorporamus annectimus & unimus per preſentes ita quod cedente ſeu decedente moderno rectore ſeu paſtore dicte eccleſie in Bibelois vel eam alias quomodolibet dimittente liceat prefatis Decano & capitulo eccleſie beate Marie ad gradus corporalem

rea-

realem & actualem poſſeſſionem eccleſie in *Bibelois* jurium & pertinentiarum predictorum per ſe vel alium vel alios auctoritate preſencium libere apprehendere & perpetuo retinere ejuſque fructus redditus & proventus in ſuos ac dicte fabrice uſus & utilitatem convertere, perpetuumque vicarium in ea quotiens opus fuerit ponere inſtituere & locare alicujus ſuper hoc licencia minimè requiſita, reſervata tamen & aſſignata pro perpetuo vicario per eos ut premittitur inſtituendo de ipſius eccleſie in *Biblois* fructibus, redditibus & proventibus congrua porcione de qua competenter ſuſtentari, Epiſcopalia jura ſolvere & alia ſibi incumbencia onera valeat commode ſupportare. In quorum fidem & teſtimonium noſtrum ac eciam dictorum Decani & capituli eccleſie noſtre majoris ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Datum *Biſchoffesheim* viceſima die menſis Januarii anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſexto.

II.

Reſignatio eccleſiae parochialis in Bybelois.

In nomine Domini Amen. Anno à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſexto, indictione quarta decima, die vero viceſima ſecunda menſis Septembris hora terciarum vel quaſi, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Eugenii* Divina providentia Pape *quarti* anno ſexto in ſtuba capitulari eccleſie *beate Marie ad gradus* Maguntinenſis in mei notarii publici & teſtium infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum

Digitized by Google

rum preſencia perſonaliter conſtitutus honorabilis & circumſpectus vir Dominus *Wygandus Stalberg* Decanus dicte eccleſie *beate Marie ad gradus* omnibus melioribus modo cauſa via jure ſtilo & forma quibus melius & efficacius potuit & debuit eccleſiam parochialem in *Bibeloys* dioceſ. Magunt. cujus poſſeſſionem pacificam idem Dominus *Wygandus* dudum aſſecutus ad quam plures annos rexit ac tenuit, in & ad manus Rmmi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Theoderici* ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopi ad quem collacio, proviſio ſeu quevis alia diſpoſicio ejusdem eccleſie in *Bibelois* ſpectare & pertinere aſſeruit, ſeu cujuſcunque alterius ſuperioris poteſtatem habentis & reſignationem hujuſmodi admittere valentis pure & ſimpliciter reſignavit & dimiſit poſſeſſionique ejus quantum in ipſo fuit, ceſſit, omnique juri ſibi in & ad dictam eccleſiam queſito ſeu quomodolibet competenti modo & forma premiſſis renuntiavit, reſignationemque & renuntiationem hujuſmodi ut ſupra dictus reverendiſſimus Dominus noſter ſeu alius, cujus intereſt, admittat & ratam atque gratam habeat, quantum eſſet in ipſo Domino renuntiante & cedente velle procurare dixit & aſſeruit; Super quibus omnibus & ſingulis dictus Dominus *Wygandus* Decanus pro ſe necnon venerabiles & circumſpecti viri Domini *Henricus Erenfels* Scolaſticus, *Marquardus Prumheim*, *Hermannus Stummel*, *Petrus Echter*, *Jacobus Steynhuſer*, *Henricus Pulliſicis*, *Hermannus Bensheim*, *Conradus Etſteyn*, *Bertoldus Cantrifuſoris* & *Nicolaus Kolbe* canonici capitulares dicte eccleſie beate Marie ad gradus capitula-

tulariter ibidem preſentes & congregati ſuis ac totius capituli ejusdem eccleſie nominibus me notarium publicum infra ſcriptum requiſiverunt, quatenus eis unum vel plura publicum ſeu publica conficerem inſtrumentum ſeu inſtrumenta.

Acta ſunt hec anno, indictione, die, menſe, hora, loco & pontificatu quibus ſupra preſentibus ibidem diſcretis viris Dominis *Nicolao Prumheim* & *Johanne de Wormacia* vicariis in dicta eccleſia *beate Marie ad gradus* teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Theroderieus Meynhardi de Aſſendelff* clericus Trajectenſis dioc. publicus imperiali auctoritate notarius, quia reſignationi, ceſſioni, renuntiationi omnibuſque aliis & ſingulis premiſſis dum ſic ut premittitur, fierent &c. &c.

III.

Mandatum pro recipienda poſſeſſione eccleſiae praeſatae.

In nomine Domini Amen. Anno à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſexto, indictione quarta decima, die vero viceſima ſecunda menſis Septembris hora ſextarum vel quaſi pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Eugenii* Divina providentia Pape *quarti* anno ſexto in mei notarii publici ac teſtium infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum preſencia perſonaliter conſtituti venerabiles & circumſpecti viri Domini *Wygandus Stalberg* Decanus *Henricus Erenfels* Scolaſticus, *Marquardus Prumheim*,

Digitized by Google

Hermannus Stummel, *Petrus Echter*, *Jacobus Steinhuſer*, *Henricus Pulliſicis*, *Hermannus Bensheim*, *Conradus Etſteyn*, *Bertoldus Cantriſuſoris* & *Nicolaus Kolbe* canonici capitulares eccleſie beate Marie ad gradus Maguntin. in ſtuba capitulari ejusdem eccleſie capitulariter congregati ut aſſeruerunt atque capitulum ejusdem eccleſie facientes & repreſentantes ſuis atque tocius capituli fabriceque ejusdem eccleſie nominibus omnibus melioribus modo via jure cauſa & forma quibus melius & efficacius potuerunt & debuerunt fecerunt conſtituerunt creaverunt & ſolempniter ordinarunt ſuum verum certum legitimum & indubitatum procuratorem actorem factorem negotiorumque ſuorum geſtorem ac nuncium ſpecialem & generalem atque ſindicum Dominum *Henricum Haen* vicarium dicte eccleſie *beate Marie* ad publicandum intimandum inſinuandum & notificandum pro ipſis Dominis conſtituentibus & fabrica ſupradicta quasdam litteras & proceſſus incorporacionis & unionis eccleſie parochialis in *Bybeloiſs* Magunt. dioc. ipſis Dominis conſtituentibus & fabrice dicte eccleſie per reverendum in Chriſto patrem & Dominum Dnum *Theodericum* ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopum graciose factas & conceſſas, poſſeſſionemque dicte eccleſie parochialis per liberam reſignacionem dicti Domini *Wygandi* Decani ejusdem eccleſie noviſſimi rectoris vacantis, juriumque & pertinenciarum ipſius quo ſupra nomine apprehendendum nanciſcendum tenendum & poſſidendum & generaliter omnia & ſingula faciendum dicendum gerendum & exercendum que in premiſſis fuerint quomodolibet neceſſa-

ceſſaria ſeu oportuna etiamſi talia forent que mandatum exigant magis ſpeciale; Promiſeruntque iidem Domini conſtituentes michi notario publico ſollempniter ſtipulantes & recipientes vice & nomine omnium & ſingulorum quorum intereſt intererit ſeu intereſſe poterit quomodolibet in futurum ſe ratum & gratum perpetuo habituros quicquid per dictum ſuum ſindicum & procuratorem actum dictum geſtum procuratumve fuerit in premiſſis ſeu aliquo premiſſorum relevantes & relevare volentes dictum ſuum procuratorem & ſindicum ab omni onere ſatisdandi judicio ſiſti & judicatum ſolvi cum aliis clauſulis neceſſariis & conſuetis ſub obligacione & ypotheca omnium bonorum ſuorum preſencium & futurorum; ſuper quibus omnibus & ſingulis premiſſis dicti Domini conſtituentes & dictus Dominus *Henricus Haen* conſtitutus me notarium publicum infra ſcriptum requiſiverunt, quatenus eis unum vel plura publicum ſeu publica conficerem inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Acta ſunt hec anno, indictione, die, menſe, hora, loco & pontificatu quibus ſupra preſentibus ibidem honeſtis viris Dominis *Nicolao Prumheim* & *Johanne de Wormacia* vicariis in dicta eccleſia beate Marie teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Theodericus Meynhardi de Aſſendelff* clericus Traject. dioc. publicus auctoritate imperiali notarius quia dicti procuratoris conſtitutioni &c. &c.

Digitized by Google

IV.

Receptio poſſeſſionis eccleſiae parochialis in Bybelois.

In nomine Domini Amen. Anno à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſexto, indictione quarta decima die vero lune viceſima quarta menſis ſeptembris hora primarum vel quaſi pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Dni *Eugenii* Divina providencia Pape *quarti* anno ſexto, in mei notarii publici & teſtium infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum preſencia perſonaliter conſtitutus honorabilis vir Dominus *Henricus Haen* vicarius in eccleſia beate Marie ad gradus Magunt. habens in ſuis manibus preſentes retro ſcriptas litteras juxta oſtium eccleſie parochialis in *Bibeloiſs* Mag. dioc. ut & tanquam procurator & ſindicus venerabilium Dominorum Decani & capituli eccleſie beate Marie predicte atque fabrice ejusdem de cujus procuracionis mandato michi legitime conſtabat, me notarium publicum infra ſcriptum requiſivit quatenus easdem litteras ibidem coram populi multitudine congregata legerem publicarem & inſinuarem, eumque quo ſupra nomine in corporalem realem & actualem poſſeſſionem eccleſie ejusdem juriumque & pertinenciarum ipſius ut moris eſt, inducerem, tunc ego *Theodericus Meynhardi* clericus Trajecten. dioc. publicus imperiali auctoritate notarius litteras ſupradictas ad me recepi eaſque ibidem publicavi legi & inſinuavi ac populo expoſui in vulgari, dictumque Dominum *Henricum* procuratorem quo ſupra nomine claves eccleſie predicte quibus

eciam

Digitized by Google

eciam ipſe dictam eccleſiam reſeravit, tradidi, ipſumque ad cornu dextrum illius eccleſie altaris ſummi perduxi eodem Domino Henrico procuratore quo ſupra nomine dictum cornu altaris manibus ſuis apprehendente & dicente hunc pſalmi verſiculum: *Hec requies mea* &c. campanas quoque pulſari, ornamenta, calicem libros & cetera clenodia ejusdem eccleſie ſibi exhibui & exhiberi feci, inſuper ac eundem Dominum *Henricum* ad curiam & domum dotis ejusdem eccleſie perduxi & in poſſeſſionem corporalem realem & actualem dicte eccleſie juriumque & pertinentiarum ipſius induxi & inſtitui aliaque omnia & ſingula circa hec neceſſaria feci & explevi; preſentibus ibidem honorabilibus viris Domino *Nycolao Rotenborg* plebano, *Petro Johannis* campanatore ibidem & *Conrado Hartmanni* clerico Mag. dioc. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium hoc publicum inſtrumentum exinde confeci, in dorſo preſencium literarum unionis & incorporacionis Rmi Dni Archiepiſcopi Maguntini manu propria conſcripſi & publicavi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum.

V.

Confirmatio incorporationis eccleſie parochialis in Bybelos.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſilienſis in ſpiritu ſancto legitime congregata univerſalem eccleſiam repreſentans dilecto eccleſie filio *Decano* eccleſie *ſancti*

Digitized by Google

Stephani Magunt. ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Suſcepte ſervitutis officium ſedula nos perurget inſtancia eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum jugiter intendere profectibus & ut eliſis ab eis cujusvis note diſpendiis votive directionis ope fruantur, illarumque propagetur decus & honor prout expedire conſpicimus ſalubriter providere, unde ea que propterea provide emanaſſe comperimus ut illibata permaneant & votiva firmitate ſubſiſtant libenter cum à nobis petitur, noſtro munimine roboramus; Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum eccleſie filiorum *Decani* & capituli eccleſie *beate Marie ad gradus* Magunt. peticio continebat, quod olim venerabili *Theoderico* Archiepiſcopo Maguntin. pro ipſorum parte expoſito: quod licet dicta eccleſia in conſervandis ſuis edificiis & ſtructuris opere quidem magnifico & ſumptuoſo comprehenſis necnon in ordinandis variis luminaribus & ornamentis ad omnipotentis Dei ejuſque genitricisglorioſe virginis Marie laudem & gloriam ac etiam eminentia loci dicte eccleſie exigente inibi miniſtrari tenerique ſolitis gravibus atque magnis annuatim indigeret expenſarum profluviis, fabrica tamen ipſius eccleſie nullis aut pauciſſimis ad hoc redditibus eſſet ſuffulta, unde cum dicti Decanus & capitulum fidelium devotione plus ſolito tepeſcente eorumque piis ſuffragiis non adjuti de ſue capitularis menſe fructibus redditibus & proventibus ob continuatas proch dolor, ſiniſtras temporum conditiones annorum ſterilitates, decreſcentias inſolitas, variaque alia incommoda quibus ipſi eatenus afflicti fuerant & affligebantur in dies,

non

non modicum attenuatis premiſſis nequirent prout expediret & optabant intendere eccleſia predicta in ſtructuris & edificiis hujuſmodi paſſim ruinarum opprobriis ſubjici, ſolitiſque ornatu & decore deſtitui veriſimiliter formidabatur; Quodque ſi parochialis eccleſia in *Bibelois* Mag. dioc. cujus collacio proviſio & omnimoda diſpoſicio ad Archiepiſcopum Maguntinum pro tempore exiſtentem pertinere dinoſcebatur, cujuſque cura per perpetuum vicarium exercebatur prefate fabrice uniretur ex hoc edificia & ſtructure melius conſervari ac luminaria & ornamenta hujusmodi commodius ordinari miniſtrarique valerent, prefatus Archiepiſcopus premiſſis omnibus & ſingulis ac eorum circumſtantiis diligenti informatione recepta, quia per informacionem hujuſmodi ea vera fore comperit cupiens dicte eccleſie beate Marie & ejus fabrice paterne proviſionis amminiculo ſuccurrere parochialem eccleſiam predictam cujus decem, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis prefate fabrice cujus duarum marcharum argenti fructus, redditus & proventus ſecundum communem extimationem valoris annui non excedunt auctoritate ordinaria ad id eciam dilectorum eccleſie filiorum Decani & capituli eccleſie majoris Magunt. expreſſo accedente conſenſu in perpetuum incorporavit annexuit & univit, ita quod cedente vel decedente moderno rectore dicte parochialis eccleſie ſeu eam alias quomodolibet dimittente, liceret prefatis Decano & capitulo eccleſie beate Marie corporalem poſſeſſionem parochialis eccleſie juriumque & pertinentiarum predictorum auctoritate propria libere apprehendere &

per-

Digitized by Google

perpetuo retinere ejusdemque fructus, redditus & proventus hujuſmodi in ſuos & dicte fabrice uſus & utilitatem convertere congrua tamen porcione pro perpetuo vicario per eos in dicta parochiali eccleſia inſtituendo reſervata prout in ipſius Archiepiſcopi litteris deſuper confectis ejuſque ac dictorum Decani & capituli eccleſie majoris ſigillis munitis dicitur plenius contineri; Cum autem ſicut eadem peticio ſubjungebat poſtmodum dicta parochiali eccleſia per liberam reſignationem dilecti eccleſie filii *Wigandi Stalberg* olim ipſius eccleſie rectoris per eum de illa, quam tunc obtinebat coram certis notario publico & teſtibus fide dignis extra Romanam curiam ſponte factam vacante prefati Decanus & capitulum eccleſie beate Marie parochialis eccleſie ſic vacantis juriumque & pertinentiarum hujuſmodi corporalem poſſeſſionem literarum ac unionis incorporationis & annexionis predictarum vigore apprehenderint & aſſecuti fuerint eamque tenuerint & teneant pacifice de preſenti, pro parte Decani & capituli eccleſie beate Marie predictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum ut incorporationi unioni annexioni & literis predictis pro illarum ſubſiſtencia firmiori robur noſtre confirmacionis adjicere dignaremur; Nos igitur qui de premiſſis certam notitiam non habemus hujusmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni tue per hec ſcripta committimus & mandamus quatenus de premiſſis omnibus & ſingulis auctoritate univerſalis eccleſie te informes & ſi per informationem hujusmodi ea vera eſſe reppereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, incorporationem unionem an-

nexio-

Digitized by Google

nexionem & literas prediĉtas omniaque alia & ſingula in eis contenta & inde ſecuta eadem auĉtoritate approbes & confirmes ac ſuppleas quoſcunque defeĉtus ſi qui forſan intervenerint quomodolibet in eisdem non obſtantibus conſtitutionibus apoſtolicis contrariis quibuscunque, aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales apoſtolice ſedis vel legatorum ejus literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras & proceſſus habitos per eosdem ad diĉtam parochialem eccleſiam volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quo ad aſſecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari & quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis & literis apoſtolicis ſpecialibus vel generalibus quorumcumque tenorum exiſtant per que preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effeĉtus eorum impediri valeat quomodolibet vel differri & de qua cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Datum *Baſilee* iiii. nonas Junii anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſeptimo.

VI.

Proceſſus confirmationis incorporationis eccleſiae in Bybeloiſs.

Johannes Guldenſchaff Decanus eccleſie *ſanĉti Stephani* Maguntin. commiſſarius unicus ad infra ſcripta à ſacroſanĉta generali ſinodo Baſilienſi in

Digitized by Google

ſpiritu ſancto legitime congregata univerſalem eccleſiam repreſentante ſpecialiter deputatus univerſis & ſingulis preſentes noſtras litteras inſpecturis ac illi vel illis quem vel quos preſens tangit negotium aut tangere poterit quomodolibet in futurum ſalutem in Domino cum certa noticia ſubſcriptorum. Litteras ſupradicte ſacroſancte generalis ſynodi Baſilienſis ejus vera bulla plumbea in cordula canapis more ejusdem ſinodi generalis impendente bullatas ſanas & integras non viciatas non cancellatas neque in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed omni prorſus vicio ſuſpicioneque carentes nobis pro parte venerabilium & circumſpectorum virorum Dominorum Decani & capituli eccleſie beate Marie ad gradus Magunt. & ipſius fabrice preſentatas, nos cum ea qua decuit, reverencia noveritis recepiſſe. Quarum quidem litterarum tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis: *Sacroſancta generalis ſynodus Baſilienſis in ſpiritu ſancto legitime congregata* &c. &c. Bulla ſynodi immediatè præcedens inſerta eſt integra. Poſt quarum quidem litterarum dicte ſacroſancte ſynodi Baſilienſis preſentacionem & recepcionem nobis & per nos ut premittitur factas honorabilis vir Dominus *Nicolaus Kolbe* canonicus eccleſie beate Marie ſupradicte ſindicus & procurator eorundem Dominorum Decani capituli & fabrice ad hoc ſpecialiter conſtitutus, de cujus procuracionis mandato nobis legitimis conſtabat documentis nobis humiliter ſupplicavit ac debita nos cum inſtancia requiſivit quatenus ad executionem earundem litterarum & contentorum in eisdem juxta traditam ſeu directam a dicta ſacroſancta ſynodo

nobis

nobis formam procedere atque unionem incorporacionem & annexionem dicte eccleſie parochialis in *Bibeloyſs* dicte fabrice per Rmum in Chriſto patrem & Dnum noſtrum *Theodericum* Archiep. Mag. factam, prout in ipſius Rmi Dni Archiepiſcopi litteris deſuper editis nobis exhibitis continetur, ipſaſque litteras ejusdem Rmi Dni Archiepiſcopi Magunt. approbare & confirmare omniaque alia & ſingula juxta dictarum ſacroſancte ſynodi Baſilienſis litterarum vim, formam, continenciam & tenorem plenarie exequi dignaremur; Nos igitur *Johannes* Decanus commiſſarius memoratus attendentes quod juſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus, volenteſque mandatum dicte ſacroſancte ſynodi Baſilienſis nobis in hac parte directum reverenter exequi ut tenemur de omnibus & ſingulis in dictis litteris ſacroſancte ſynodi Baſilienſis nobis directis narratis & contentis inquiſivimus & nos informavimus diligenter, & quia per diligentem inquiſitionem & informationem deſuper per nos factam & habitam hujuſmodi ex literis inſtrumentis juribus & munimentis per dictum Dnum *Nicolaum Kolbe* ſindicum & procuratorem quo ſupra nomine coram nobis exhibitis & productis ex facti notoreitate & aliis ex probacionibus evidentibus atque legitimis comperimus ſupradictum Rmum Dnum Archiepiſcopum Mag. ex cauſis rationabilibus veris exiſtentibus ſuperius deſcriptis atque expreſſatis in dictis litteris dictam eccleſiam parochialem in *Bybelois* ſupradicte fabrice univiſſe annexuiſſe & incorporaſſe atque Dnum *Wygandum Stalberg* noviſſimum ejusdem eccleſie rectorem poſſeſſioni dicte eccleſie ceſſiſſe

Digitized by Google

atque ſponte renuntiâſſe & dimiſiſſe necnon dictos Dominos Decanum & capitulum poſſeſſionem dicte eccleſie rite apprehendiſſe eamque de preſenti pacifice poſſidere, omniaque alia & ſingula in dictis litteris narrata & contenta fore vera; Id circo auctoritate ſacroſancte ſynodi generalis predicte nobis in hac parte conceſſa incorporationem annexionem & unionem eccleſie parochialis in *Bibelois* dictis Dnis Decano & capitulo ut premittitur factas, literaſque deſuper editas & conceſſas omniaque & ſingula in eis contenta & inde ſecuta juxta earundem litterarum ſacroſancte ſynodi nobis directarum vim formam continentiam & tenorem in Dei nomine approbavimus & confirmavimus atque tenore preſencium approbamus & confirmamus, omneſque & ſingulos defectus eadem auctoritate ſupplevimus atque ſupplemus per preſentes; Que omnia & ſingula vobis omnibus & ſingulis ſupradictis inſinuamus, intimamus & notificamus atque ad veſtram & cujuslibet veſtrum notitiam deducimus & deduci volumus per preſentes. In quorum omnium & ſingulorum fidem & evidens teſtimonium premiſſorum ad perpetuam rei memoriam preſentes noſtras literas ſeu hoc publicum inſtrumentum hujuſmodi noſtrum proceſſum in ſe continens exinde fieri & per notarium publicum infra ſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus noſtrique ſigilli juſſimus appenſione communiri. Datum & actum *Maguncie* in ſtuba capitulari dicte eccleſie beate Marie ad gradus ſub anno a Nativitate Dni milleſimo quadringenteſimo triceſimo nono, indictione ſecunda die vero veneris viceſima menſis Martii

hora

hora quarta poſt meridiem vel quaſi, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini Eugenii Divina providencia Pape quarti anno nono, preſentibus ibidem honeſtis viris Dnis *Nicolao Ciſtificis* & *Henrico Medebach* vicariis in dicta eccleſia beate Marie teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Theodericus Meynhardi* de *Aſſendelff* clericus Trajecten. dioc. publicus imperiali auctoritate notarius quia predictarum litterarum preſentacioni, recepcioni, informationi, approbacioni confirmationi &c. &c.

VII.

Collacio & proviſio & preſentatio perpetue vicarie eccleſie parochialis in Bibelos.

Jacobus Welder Decanus totumque capitulum eccleſie beate Marie ad gradus Maguntinenſis diſcreto *Johanni Kiſgin* de *Sobernheim* clerico Maguntine dieceſis ſalutem in Domino. Vite ac morum honeſtas aliaque virtutum merita ſuper quibus te didicimus commendatum, nos inducunt ut te gratioſis impendiis proſequamur; Cum itaque ſicut accepimus perpetua vicaria parochialis eccleſie in *Bibelos* Magunt. dioc. cujus collatio, proviſio, inſtitutio & quevis alia diſpoſitio ad nos pertinere dinoſcitur per obitum quondam *Nicolai Urbach* ultimi ipſius eccleſie perpetui vicarii extra Romanam curiam noviſſimè defuncti vacaverit & vacet ad preſens; Nos volentes te premiſſorum meritorum tuorum in-

Digitized by Google

tuitu favoribus proſequi gratioſis, vicariam predictam ſive ut premittitur ſive alias quovis modo vacet, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis tibi conferimus & de illa etiam providemus, inveſtientes te de eadem & inducentes in corporalem poſſeſſionem vicarie juriumque & pertinentiarum earundem preſentium per tenorem mandantes ex nunc univerſis & ſingulis presbiteris beneficiatis clericis & notariis publicis ac omnibus aliis ad quos id de jure vel conſuetudine pertinet nobis ſubjectis, ceteros verò exhortantes in Domino & rogantes, quatenus ſtatim viſis preſentibus te vel procuratorem tuum in corporalem poſſeſſionem hujuſmodi inducant & inductum defendant, tibique de ipſius vicarie fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus univerſis integrè reſpondeant & reſponderi faciant cum effectu & inſuper pro habundanti cautela & in quantum de jure opus eſt te venerabili Domino Prepoſito eccleſie *ſancti Victoris* extra muros Magunt. vel ejus officiali ad dictam vicariam pro cura animarum & aliis que ad ejus pertinent officium tibi committendis & impendendis in Dei nomine preſentamus. In cujus rei teſtimonium preſentes literas exinde fieri & per notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi ſigillique capituli noſtri fecimus appenſione communiri. Datum *Maguncie* ipſa die ſanctorum martyrum *Kiliani* & ſociarum ejus anno Dni MCCCCXL ſexto.

(d) An. MDXX. ad parochialem eccleſiam in *Biebesheim* preſentatus . . . per Dominum *Jacobum Piſtoris* de *Altzeia* paſtorem in *Biebesheim.*

(e)

Digitized by Google

(e) An. MDXXVIII. ad paſtoriam in *Stockſtadt* preſentatus . . . . per venerabilem Dominum *Melchiorem Pfinzing* Prepoſitum *S. Albani.*

(f) Controverſia ſuper jure patronatus eccleſiæ in *Hoffheim* & in Godela necnon capellæ in caſtro *Bickenbach*, quæ inter Conradum Dominum in *Erbach* ex una & *Ulricum* ac *Conradum* Dominos de *Bickenbach* ex altera partibus adhuc vertebatur, Anno MCCCCXXVIII. in die aſſumptionis *B. Marie Virginis* per compoſitionem ſic ſopita. fuit: „ Nemlichen:
„ Das wir vorgenant teyle die lyhunge der ege-
„ ſchriben paſtorien und capellen in kunftigen zyten
„ hien vore thun ſollen und wollen anderhehplich
„ oder ober das andere male under uns, das iſt
„ underſcheydelichen alſo wann und zu erſte ſo die
„ paſtorie zu *Hoffheim* und Godela ledig wirdet, ſo
„ ſollen und mogen wir vorgenant von *Bickenbach*
„ der elſt oder unſer Erben der dan der elſt iſt die
„ lyhen und daran ſal uns oder unſer Erben unſer
„ Schwager Schenck *Conrat* vorgenant oder ſin
„ Erben oder nymants von yren wegen nit hinderen
„ irren oder drangen auch nichts darynne legen.
„ Und wann dann dieſelbe paſtorie nach unſers
„ ſtammes von *Bickenbach* lyhunge aber ledig wirdet
„ ſo ſol und mag ich Schenck *Conrat* vorgeſchriben
„ oder myne Erben der dann der elſt die lyhen und
„ daran ſollen mich oder myne erben die vorgenant
„ myne Schweger von *Bickenbach* oder yre Erben
„ oder nymants von yren wegen auch nit hindern
„ irren oder drangen und auch nichts darinne legen,

und

Digitized by Google

„ und wann ſie nach ſolicher lyhunge myn Schenk „ *Conrats* oder mynes ſtams aber ledig wirdet, ſo „ ſollen wir vorgenant von *Bickenbach* oder unſer „ Erben die aber in vorgeſezter maſſe lyhen und „ darnach aber wann ſie ledig wirdet ſo ſol ich „ Schenck *Conrat* die in vorgeſchribener maſſe lyhen „ und alſo ſal es furter zu ewigen zyten mit der „ lyhunge der paſtorie gehalten werden, ye wan „ ein parthye oder ſtamme die gelyhen hait, ſo ſal „ ſie die ander parthie oder ſtamme des nechſten „ darnach als ſy ledig wirdet in vorgeſchribener „ maſſe lyhen als dick das noit geſcheen wirdet in „ glicher wyſe und aller vorgeſchriben maſſe ſal es „ zwyſſen uns von beyden parthyen und ſtemmen „ und unſern Erben gehalten werden mit der ly„ hunge der capellen zu *Bickenbach*, alſo wann die „ zu nechſte ledig wirdet, ſo ſollen und mogen wier „ von *Bickenbach* der elſt oder unſer Erben die ly„ hen und darnah wann ſie aber ledig wirdet, ſo „ mag und ſal ich Schenck *Conrat* oder myn Erben „ die lyhen und alſo ſal es gehalten werden mit „ der lyhunge der cappellen von eynem ſtamme und „ parthyen off und zu dem andern in aller maſſe „ als vor von der paſtorie zu *Godela* geſchrieben „ ſtet. Und wann der Kirchſatze und die lyhunge „ derſelben paſtorie zu lehnt und rüret von dem „ Erwirdigſten in Got vater und herren herrn *Jo*„ *hann* apt zu *Fulde* unſern gnedigen lieben herrn „ und ſynem ſtifft ſo ſollen und wollen wir obge„ nant partiien gien ime getrüwelichen verſuchen „ und arbeiden das er dieſen früntlichen übertrag

und

„ und ſolche lyhunge der paſtorie ye uber den an-
„ dern ſtamme, als vorgeſchriben ſteet, willige und
„ beſtedige nach Fuldiſcher lehen recht als wo nit
„ ſone oder mans geſchlecht ſint das dan dochter
„ oder frauen name die lehen und lyhunge haben und
„ behalden mogen. Auch hain wir in ganerbſchafft
„ ubertragen das dieſe und Kirchſatz by iglichen
„ ſtammes elſten erben nach Fuldiſcher lehen rechte
„ als vorgeſchriben bliben ſal die werntlich ſin und
„ mit namen uns obgedacht *Ulrichs* und *Conrats*
„ lybs erben wer es auch das ymants wer der were
„ oder unſer enicher partye in ſoliche Kirchſatz
„ oder lyhunge der paſtorie oder cappellen trüge
„ irrete oder underſtünde zu hindern ſo ſollen wir
„ und nach uns unſer Erben getrüwelichen anein-
„ ander mit alle unſer vermogen beholffen und be-
„ radin ſin dem zu widder ſteen und igliche partye
„ darzu thun als ob es yne alleine anginge und off
„ das wir das deſte fürderlicher gethun mogen, ſo
„ ſal iglich partye der andern alle yre brieffe uber
„ die vorgeſchrieben lyhunge der paſtorie und der
„ cappellen ſagen der gleublich abſchrifft geben, und
„ wan es noit iſt die heupt brieff lyhen doch mit
„ redelicher beſtellunge ſoliche brieffe widder zu
„ geben umb des willen das ſich igliche partye
„ mit der andern recht das wir in rechter gemeyn-
„ ſchafft geineinander und igliche der andern uber-
„ geben hain und übergeben in crafft dieſes brieffs
„ behelffen und geweren mochten. &c. *Schneider*
„ *Hiſtorie des Hauſes Erbach urkund zum* 2ten *ſatz*
„ *pag.* 150.

Digitized by Google

An. MCCCCLXIX. *Philippus Schenck* Dominus in *Erbach* ad eccleſiam paſtoralem in *Hoffheim* per mortem *Ulrici* de *Bickenbach* vacantem præſentat Præpoſito *S. Victoris* D. *Johannem Schencke* Dominum in *Erbach* fratrem ſuum. Datæ ſunt litteræ feria tertia proxima poſt feſtum ſancti *Martini* Epiſcopi. *Schneider loc. cit. p.* 289.

Ab obitu modò dicti *Ulrici* novæ exortæ ſunt diſſenſiones ſuper jure præſentandi ad parochiam in *Hoffheim* & capellam in *Bickenbach* inter *Conradum* & *Michaelem* Dominos in *Bickenbach* ex una & pincernam *Philippum* Dominum in *Erbach* ex alterâ partibus, quas *Adolphus* Archiep. Mog. authoritate ordinaria ita terminavit anno MCCCCLXX. die lunæ poſt Dominicam lætare: — Alſo das unſer Schwa-
„ ger und Neve von *Bickenbach* unſern Neven Schenck
„ *Philipſen* an der lyhunge der capellen zu *Bicken-*
„ *bach* die er Schenck *Hanſen* ſeinem bruder gethan
„ hait keinen intrag thun ſollen und die lyhunge
„ unſer Schwager von *Bickenbach* zu dieſem male
„ uff dieſelbe capellen gethan hait abe ſin fall, ſo
„ ſoll die lyhunge der paſtorien zu *Hoffem* unſer
„ Schwager *Conrat* Herr zu *Bickenbah* als der eldeſte
„ dem erſamen unſerm lieben andechtigen *Adolffen*
„ von *Breithart* gethan hait, auch bey creſſten
„ bliben und die lyhunge unſer neve Schenck *Phi-*
„ *lipp* darwidder gethan hait auch abe und dem
„ genannten *Adolffen* unſchedlich ſin darwidder un-
„ ſer Neve Schenck *Hans* auch keynen intrag thun
„ ſall, und wann die capellen zu *Bickenbach* hievor
„ genannt zum nechſten von todes geſelle ledig

wir-

Digitized by Google

„ wirdet, ſo ſollen unſer Schwager und Neve von
„ *Bickenbach* obgenannt oder ire erben der eldeſte
„ under ine der werntlich iſt, dieſelbe capellen als-
„ dann leyhen und wann ſie darnach aber ledig
„ wirdet ſo ſall unſer neve Schenck *Philipps* oder
„ ſine erben der uff die żyt der eldeſte und wernt-
„ lich iſt, die alsdann auch lyhen und alſo zu ewi-
„ gen zyten zwuſchen den zweyen geſchlechten
„ gehalten werden, wann eyn geſchlecht die ca-
„ pellen eymal gelihen hait, ſo ſall das ander ge-
„ ſchlecht die in ſolcher mæſſen zum andern male
„ auch lyhen und dweyle die von *Bickenbach* die
„ paſtorey zu *Hoeſſhem* zwey male nach einander
„ gelihen haben, wann dann dieſelbe paſtory zu
„ *Hoeſſen* zum nechſten von todesfall ledig wirdet
„ ſo ſall unſer Neve Schenck *Philipps* oder ſin Erben
„ der eldeſte under ine der werntlich iſt die als-
„ dann auch zweymahl nach einander lyhen, und
„ wann ſie darnach aber ledig wirdet ſo ſollen unſer
„ Schwager und Neve von *Bickenbach* oder ire Er-
„ ben der eldeſte under inen der werntlich iſt die
„ alsdann aber eynmahl lyhen und wann ſie dar-
„ nach aber ledig wirdet, ſo ſoll unſer Neve Schenck
„ *Philipp* oder ſin Erben der eldeſte der werntlich
„ iſt, alsdann auch eynmahl lyhen und ſoll in ſo-
„ licher maiſſen zwiſchen den zweyen geſchlechten
„ und iren erben mit der paſtoryen zu *Hoeſſen* zu
„ ewigen tagen ane allen intrag auch alſo gehalten
„ werden, wann der vorgenant geſchlechte eyns
„ die paſtorie in vorgeſchribener maas gelihen hat,
„ ſo ſall ſie das ander geſchlecht darnach zum an-

Digitized by Google

„ dern mal auch lyhen und welche zyt eyn paſtor
„ der mit der paſtorien belehent iſt die verwechſeln
„ will der ſoll das thun mit verwilligunge zweyer
„ der eldeſten von beyden obgemelten geſchlechten,
„ wer es auch ſach das eyncher partheyen ſo die
„ lyhunge der vorburten Gotts-lehen ire geburen
„ wurde von ymant intrag geſchee ſo ſall die ander
„ parthye derſelben getruwlich hulff und byſtandt
„ thun auch alle brieffe und verſchribunge ſie dar-
„ uber haben lyhen, das ſie damit widderſtant und
„ ufhalt ſoliches intrags gethun mügen und welche
„ parthye ſolicher brieffe not durften wirdet die
„ ſall der andern die wann ſie der gebrucht haben
„ unbeſchediget widder antwurten und nit lenger
„ vorbehalten ane alle argeliſte und geverde. Und
„ dwyle die lyhunge der paſtorien zu *Hoeffen* mit
„ etlichen andern gutenn von dem ſtifft zu *Folde*
„ zu lehen rieret, ſo ſollen beyde parthyen obge-
„ nant an den Erwürdigen in Gott unſerm lieben
„ Oheim herrn *Reynharten* apt des ſtiffts zu *Fulde*
„ oder wer das macht hait erlangen, das er dieſen
„ vertrag lyhunge der paſtorie zu *Höeffen* antreffende
„ in vorgeſchribener maſſe zulaſſe und bewillige &c.
„ *Schneider l. c. pag.* 290.

An. MCCCCXCI. ipſo die *S. Laurencii M. Eraſmus Pincerna* Dominus in *Erbach* & *Bickenbach* ad paſtoriam villæ *Hoffheim* vacantem per obitum *Adolffi* de *Breithart* Domino Præpoſito *ſancti Victoris* præſentavit illuſtriſſimum D. Principem *Rupertum Comitem Palatinum* Bavariæ ducem. Qui eodem menſe

Digitized by Google

menſe & anno prævio proclamationis edicto inveſtituram obtinuit. *Schneider l. c. pagg.* 4. 5. & 6.

Rupertus Com. Pal. paſtor in Hofheim conſentit in permutationem altaris in Gedlon.

R*upertus* Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bavariæ & paſtor in *Hofheim* univerſis notum facimus per preſentes, quod nos honorabili nobis dilecto Dno *Paulo Wolff* Cappellano altaris ſancte Crucis in *Gedlon*, cujus quidem altaris collatio ſive diſpoſitio ad nos tanquam paſtorem in *Hofheim* pleno jure ſpectare dinoſcitur. ut idem altare pro quocumque beneficio eccleſiaſtico libere permutare poſſit & valeat, noſtrum adhibuimus conſenſum pariter & aſſenſum & preſentibus adhibemus, dummodo tamen non interveniat fraus, dolus, ſimoniaca pravitas ſeu quevis alia illicita pactio. In quorum teſtimonium preſentes litteras ſigilli noſtri appenſione fecimus communiri. Datum *Heidelberg* XXIII. die Februarii anno Dni milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto.

An. MDXXI. ad parochialem eccleſiam in *Hofen* preſentatus . . . per generoſum & nobilem Dominum *Georgium* Dei gratia *Comitem Palatinum* Rheni.

Eodem anno ad paſtoriam in *Hoffheim* preſentatus . . . . Dominus *Melchior Pfinzing* per generoſum & nobilem Dominum *Eberhardum* Pincernam Dominum in *Erpach.*

An. MDXXII. ad parochialem eccleſiam in *Hoffen* pre-

preſentatus . . . . per D. *Melchiorem Pſinzing* Prepoſitum *S. Albani* ac paſtorem *in Hoffen.*

(g) An. MCCCLVII. *Conradus* de *Erbach* jus patronatus in *Pungſtat Joanni Walbrunne* concedit in feudum. „ Und ſoll und mag der obgenant *Hans* „ und ſin Sone *Hans* der izunt im leben iſt dieſel- „ ben obgenante paſtorihen nun vort mene als dick „ die ledig und fellegk wirt, lehen und preſentiren „ Erbern prieſtern oder andern gelehrten die binnen „ jahrs friſten priſter werden und die paſtorihe ver- „ ſorgen und verſorgen megen und gnuk zutan als „ lange als des obgen. *Hanſen* Sone *Wilhelm* der „ izunt ein Dumhere zu *Triere* iſt im leben verbly- „ bet, und ſobald derſelbe *Wilhelm* obgen. von to- „ des wegen abgegangen und nit in leben iſt ſo fall „ dieſe lyunge und mannſchafft dieſer paſterihen „ auch gantz abe ſin und dieſer brieff krafftlos und „ dott und nit mene dogen ſin und ſollen wir „ Schenck *Conrat* obgen. und unſer erben die obge- „ nanten paſterihen als dann widder zu lyhen ha- „ ben inmaſſen vorgifft dieſes brieffes und dieſes &c. „ Litteræ datæ ſunt feria tertia poſt feſtum *S. Geor-* „ *gij*, *Schneider l. c. p.* 159.

Anno MDVIII. *Erhardus* Pincerna Dominus in *Erbach* & in *Bickenbach* Præpoſito *S. Victoris* præſentavit ad paſtoriam *Pfungſtatt* per obitum *Conradi Sartoris* de *Michelſtat* vacantem Generoſum *Jeorium* Dominum in *Erbach* & in *Bickenbach* fratrem ſuum adhibitis ſolempnitatibus conſuetis inveſtiendum. *Schneider l. c. p.* 339.

An.

Digitized by Google

An. MDXIX. ad altare *Beate Marie Virginis* in eccleſia parochiali ville *Pungſtat* preſentatus . . . . per Generoſum & nobilem Dnum *Eberhardum* Dominum in *Erpach.*

(h) Anno MCXXX. *Adelbertus* Arch. Mog. conſilio Archidiaconi *S. Victoris* Præpoſiti ad inſtantiam *Conradi* de *Bickenbach* capellam in munitione *Bickenbach* ſitam & ab eodem *Conrado* fundatam in honore *Jeſu Chriſti* & ſancti *Bartholomaei* per *Brunonem* epiſcopum Argentinenſem conſecrari fecit in eaque baptiſmum in paſchâ & pentecoſte fieri conceſſit. *Schneider l. c. p.* 581. Eccleſia modo dicta incorporata fuit monaſterio in *Patenshuſen*, ut apparet è diplomate, quo Vicario eccleſiæ *Bickenbacenſis* conſtitutum fuit ſuſtentationis augmentum. Guden. T. III. p. 762. Monaſterium hoc ſolvit annuatim eccleſiæ Moguntinæ IV. libras cere ob præſtitum conſenſum factæ incorporationi eccleſiæ in *Bickenbach.* litteræ hac ſuper re datæ an. MCCLXVIII. VII. Kal. Dec. id innuunt. confer. *Gud.* T. 1. p. 723. T. 3. pagg. 751. & 753.

In terminis eccleſiæ hujus parochialis ſita eſt capella in *Aldesbach* (Alzbach) honori *S. Catharinae* ſacra, cujus redditus hisque annexa officia vide apud *Schneider l. c. p.* 587. 591. 588. &c.

(i) An. MCCLVIII. aſſenſu capituli Metrop. Mog. erecta eſt eccleſia parochialis in *Zwingenberg*, quæ prius filia erat eccleſiæ in *Bensheim. Archiv. Mog.*

An. MDXXIII. ad altare ſancti *Sebaſtiani* in parochiali eccleſia oppidi *Zwingenberg* preſentatus . . . per Dnum Landgravium.

An.

An. MDXXII. ad altare *S. Catharine* in oppido *Zwingenberg* preſentatus . . . per illuſtrem Principem & Dominum *Philippum* Landgravium *Haſſie* Comitem in *Katzenelenbogen.*

An. MDXXIII. ad altare *S. Barbare* Virginis in cappella Arcis *Zwingenberg* preſentatus . . . . per Dnum Landgravium.

(k) An. MDXXII. ad altare in *Seheim S. Nicolai* ſub parochiali *Bickenbach* preſentatus . . . . per nobilem & generoſum Dnum *Eberhardum* Pincernam & Dominum in *Erbach.*

(l) An. MDXXIV. ad parochialem eccleſiam in *Eberſtat* preſentatus . . . . per validum *Philippum* de *Franckenſtein.*

(m) An. MCCLXVI. nonis Februarii *Wernherus* Arch. Mog. donat eccleſiam in *Heppenheim* capitulo Metrop. Mog. *Archiv. Mog.* Vid. *Gud.* T. 1. p. 713.

(n) An. MDXXII. ad capellam *zu der Noit Gots* preſentatus per illuſtrem Principem & Dnum *Philippum* Landgravium Haſſie.

(o) An. MDXXI. ad filialem eccleſiam in *Reichenbach* preſentatus . . . per Ven. & nobilem Dominum Scholaſticum eccleſie Spirenſis.

An. MDXXIII. ad altare *B. Marie Virg.* in parochiali eccleſia ville *Reichenbach* preſentatus . . . per nobiles & generoſos Dominos *Eberhardum* & *Valentinum* Pincernas Dominos in *Erpach.*

(p) An.

Digitized by Google

(p) An. MDXXIII. ad altare *S. Bartholomei* Apoſtoli in Caſtro *Bickenbach* preſentatus . . . per illuſtrem Principem & Dominum *Philippum* Landgravium Haſſie.

(q) An. MDXX. ad altare *S. Nicolai* in parochiali eccleſia oppidi *Heppenheim* preſentatus . . . per validum *Valentinum de Buches* armigerum tanquam patronum.

An. MDXVIII. ad altare *ſancte Catharine* in parochiali eccleſia *Heppenheim* preſentatus . . . . per validum *Valentinum de Buches* armigerum.

An. MDXIX. ad altare *ſancte Crucis* in *Heppenheim* preſentatus . . . per honorabilem Dnum plebanum in *Heppenheim* & . . . *Crafft* Burgman *zu Starckenburg* tanquam patronos.

An. MDXX. ad altare *ſancte Margarethe* in parochiali eccleſia oppidi *Heppenheim* preſentatus . . . per burgimagiſtros & conſulem dicti oppidi.

An. MDXXV. ad altare *B. Marie Virg.* in *Heppenheim* preſentatus . . . . per validum *Hanſonem* de *Rodenſtein* armigerum.

Probè cæteroquin notari imo tabulæ æneæ incidi meretur benignè mihi communicata inſcriptio lapidis, qui eccleſiam in *Heppenheim* ingredienti ad latus ſiniſtrum eſt, inſigne hoc medii ævi monumentum parieti ibidem affixum exhibet terminationem præfatæ eccleſiæ imperante *Carolo Magno* deſcriptam his verbis:

Digitized by Google

Hec eſt terminatio iſtius eccleſie : Gadero Rudhadesloch Anzenhaſal Hagenbuocha ſuper montem Emminesberc usque ad Cilewardesdor ſul Kecelberc Rortuſolun Ahurnenecga uſque ad Schenbach a Schenbach SuRRamen Haganarazen hagan uſque ad parvum Ludenwisscoz a Ludenwisscoz uſque ad Mitdel Ecdrun Rychmanneſten uſque Albeuesbach una Albenesbach huc altera illuc Exonerut Stennenros uſque Scelmenedal Megezenrut Sulzbac uſque ad medium frejum Wagendenror Bluentespuorel Hadellenbac Herdengesrunno Snellengiezo uſque in medium Wisgoz & inmediate Wisgoz uſque ad Gaderen. Hec terminatio facta eſt Anno Dominice Incarnationis ƆCCCV. a Magno Karolo Romanorum Imperatore.

Schneider lib. cit. p. 560. inſcriptionem hanc paululùm immutatam retulit & unum alterumve locum in mappa geographica conſignavit. Curatior forſan prodibit, ſi quis eam ſolerter examinatam cum omni apice & abbreviatura æri, ut ſupra monui, fecerit inſculpi.

Paucæ adhucdum hujus ſedis eccleſiæ ſuperſunt memorandæ:

An. MDXXI. ad altare *S. Nicolai* in caſtro *Schönberg* preſentatus . . . per generoſum & nobilem Dominum *Eberhardum* Pincernam Dnum in *Erpach.* Indulgentias huic altari an. MCCCLXV. conceſſas exhibet *Schneider l. cit. p.* 557.

An. MDXVIII. ad parochialem eccleſiam in *Hem-*

Digitized by Google

Hemſpach preſentatus . . . per venerabilem Dominum plebanum in *Heppenheim* tanquam patronum.

An. MDXXIII. ad altare *S. Catharine* in parochiali eccleſia *Hemſpach* preſentatus . . . per Rmum epiſcopum Wormatienſem.

An. MDXXI. ad Capellaniam in *Heimbach* & *Starckenburg* preſentatus . . . per illuſtrem Principem & Dnum *Ludovicum Comitem Palatinum* Rheni.

Eodem anno ad altare *ſancti Antonii* & *Valentini* in *Biberaw* preſentatus . . . per validum *Hanſonem* de *Valborn.*

An. MDXIX. ad altare *S. Crucis* in parochiali eccleſia oppidi *Gernsheim* preſentatus . . . per honeſtos Dnos *Johannem Albertum* de *Michelbach* nec non Sculterum ſcabinos & totam communitatem.

Eod. anno ad altare *ſancte Anne* in *Gernsheim* preſentatus . . . per Dnum paſtorem nec non ſcultetum, ſcabinos dicti oppidi tanquam patronos.

An. MDXXI. ad altare *ſancte Gertrudis* in capella parochialis eccleſie *in Gernsheim* preſentatus . . . per *Dietherum Fabri* cellerarium in *Beckelnbach* nec non providos viros ſcultetum , ſcabinos ac totam communitatem in *Ober-Rorheim.*

Anno MCCCXXVI. *Joannes* PP. (XXII) litteris *Avinione* idibus Auguſti datis eccleſiam parochialem in *Gernsheim* menſæ Archiepiſcopali eccleſiæ Moguntinæ incorporavit. *Gud. T. III. p.* 242.

Digitized by Google

§. 3.

REGISTRUM SEDIS GERAU.

Plebanus in Modau.

Item i gulden Dnus Petrus Lengfelt vice-plebanus in Modau. *paſtor non reſidet.* (a)

It. xiii. hlr. D. Martinus Schade altariſta in Ernſthoffen. (b)

It. xiii. hlr. D. Johannes Homberti capellanus in caſtro ibidem. (e)

It. i gulden paſtor in ſuperiori Ramſtat *dictus Johannes Helffmann.* (d)

It. xiii. hlr. D. Ewaldus Schmart primiſſarius in ſuperiori Ramſtat. (e)

It. i guld. D. Conradus Boſehanc plebanus in inferiori Ramſtat. *primiſſarius non reſidet.* (f)

It. i gulden D. Johannes Diechter vice plebanus in Darmſtat. *paſtor non reſidet.* (g)

It. i guld. D. Johannes Heym primiſſarius in Darmſtat.

It. i guld. D. Johannes Kelner altariſta xi mill. Martyrum ibid. (h)

It. i gulden D. Johannes Rinheym altariſta S. Katherine ibid. (i)

It. i guld. D. Nicolaus de Dornberg vicecapellanus in Biſſingen.

It. i gulden D. Waltherus Aff. capellanus ſancti Martini in ſilva apud Darmſtat.

It. i. gulden Johannes Diemer paſtor in Schelbrocken.

It.

Digitized by Google

It. i gulden D. Johannes Fiſcher plebanus in Gris-heim. *paſtor non reſidet.*

It. i. guld. Conradus Knopp primiſſarius ibid. (k)

It. i guld. D. Michael Mertz plebanus in Arhelgen.

It. i. gulden D. Johannes Scherer capellanus ſummi altaris ibidem in eccleſia B. Marie V.

It. capellanus altaris S. Johannis ibid. non reſidet.

It. capellanus S. Georii ibidem non reſidet.

It. capellanus S. Salvatoris non reſidet.

It. i gulden D. Joh. Zymmermann capellanus S. Anne ibid. (l)

It. i. guld. D. Wilhelmus plebanus in Wixheim.

It. xiii. hlr. D. Johannes de Heppenheim vice plebanus in Ertzhuſen *paſtor non reſidet.* (m)

It. xiii. hlr. D. Madernus vice plebanus in Grenchſte.

It. xiii. hlr. D. Henricus Heſſe vice plebanus in Wiſtat. *plebanus non reſidet.*

It. i guld. D. Johannes Antrich primiſſarius in indagine. (n)

It. guld. D. Comes Iſenberg hoſpitaliſta in indagine.

It. xiii. hlr. Dnus Petrus Fogel vice plebanus in Sprendelingen. *paſtor Doctor Kolet.*

It. i guld. D. Joahannes Spar in Langen *plrbanus.*

It. i guld. D. Johannes Buctz plebanus in Mers-felt. (o)

It. i guld. D. Nicolaus Hilbrant plebanus in Rüſ-ſelheym.

It. xiii. hlr. D. Nicolaus Backhus vice plebanus in Gensheym (p)

It. i guld. D. Petrus Sartoris plebanus in Aſt-heym. (q)

Digitized by Google

It. xiii. hlr. D. Hermannus Mynckel vice plebanus in Tribur (r)

It. i. guld. D. Criſtianus Vetter capellanus S. Laurentii ibid. (s)

It. i gulden D. Michael Gerwedder plebanus in Nuheym.

It. i guld. plebanus in Gerau *D. Joh, Urſpringk.*

It. i guld. D. Petrus Klingel plebanus in Kongſteden. *Moniales in Padershuſen ſunt paſtrices.* (t)

It. i guld. D. Johannes Bechtolff altariſta S. Wendelini in Gerau (u)

It. xiii. hlr. D. Ewaldus Sartoris vicecapellanus altaris S. Jodoci ibid.

It. i guld. D. Joh. Haſelnoſs capellanus S. Johannis ibid. (x)

It. i guld. D. Henricus Gutjare capellanus S. Nicolai in ſilva.

It. i. guld. D. Johannes Schmeltz plebanus in Geynsheim (y)

It. i. guld. D. Joh. Curríficis plebanus in Dornheym.

It. i gulden in Leheim *plebanus.* (z)

It. i. guld. D. Conradus Muri plebanus in Wolffskehlen (aa) *& premiſſarius in* Dornheym. (bb)

It. i guld. D. Georius Prummer premiſſarius in Wolffskelen. (cc)

It. paſtor in Geraw *eſt Dominus de Solms,*

It. i guld. paſtor in indagine *nomine Conradi piſtoris.*

It. xiii. hlr. pro capellano ſuo.

It. D. Johannes Reuder viceplebanus in Schweynheim. (dd)

It.

It. i guld. D. Joh. Beldersheym plebanus in Ruenheym.

It. i guld. D. Joh. Spar plebanus in Biſſesheym.

It. i guld. D. Philippus Spede premiſſarius in Gerau.

It. i. guld. D. Balthaſar capellanus nove capelle in Gerau.

It. D. Wenzelaus Weydemann altariſta trium Regum in Darmſtat *Archipresbyter.*

It. D. Nicolaus Feltmann premiſſarius in Arhelgen *camerarius.*

(a) An. MDXIX. ad paſtoriam in *Madaw* preſentatus... per Dominum *Philippum* Landgravium Haſſie.

(b) An. MDXIX. ad altare *beate Marie V.* in *Ernſthoffen* preſentatus ... per validum *Hanſonem de Walborn.*

(c) An. MDXXIII. ad altare in arce *Ernſthoffen* & altare *ſanćte Catharine* in eccleſia parochiali ibidem preſentatus ... per validum *Hanſonem de Walborn* armigerum.

(d) An. MDXXI. ad paſtoriam in *ſuperiori Ramſtat* preſentatus ... per *Philippum* Dei gratia Landgravium Haſſie.

(e) An. MDXXIII. ad primiſſariam in *ſuperiori Ramſtat* preſentatus ... per illuſtrem principem & Dominum *Philippum* Landgravium Haſſie, Comitem in *Katzenelnbogen, Ziegenhene & Nidde.*

An. MDXXI. ad altare S. *Sebaſtiani* in villa *Rainſtat* preſentatus ... per illuſtrem principem *Philippum* Landgravium Haſſie.

(f)

Digitized by Google

(f) An. MDXXI. ad parochialem eccleſiam in *Niddern-Rainſtat* preſentatus . . . per Dominum *Philippum* Landgravium Haſſie.

(g) An. MDXIX. ad parochialem eccleſiam in *Darmſtat* preſentatus . . . per illuſtrem principem & Dnum *Philippum* Landgravium Haſſie, Comitem in Katzenelnbogen &c. tanquam patronum.

(h) Anno eodem ad altare *undecim millium Martyrum* in *Darmſtait* preſentatus . . . . per D. principem *Philippum* Landgravium Haſſie.

(i) An. MDXXIII. ad altare *ſancte Catharine Virginis* in parochiali eccleſia ville *Darmſtat* preſentatus per D. Principem *Philippum* Haſſie Landgravium.

(k) An. MDXXII. ad altare *ſancte Margarethe* in parochiali eccleſia *Griesheim* preſentatus . . . per D. *Philippum* Langravium Haſſie.

(l) An. MDXIX. ad altare *ſancte Anne* ſitum in eccleſia *beate Marie Virginis* extra villam *Arheligen* (Aller heiligen) preſentatus . . . per principem *Philippum* Landgravium Haſſie.

(m) An. MDXXVI. ad paſtoriam parochialis eccleſie in *Ereshauſen* preſentatus . . . per validum armigerum *Philippum Ulner de Dieppurgk.*

(n) An. MDXX. ad altare *ſancte Catharine in dem Hayn* alias primiſſaria nuncupata preſentatus . . . per generoſum & nobilem Dominum *de Eiſenbergk* Comitem *de Büdingen.*

Digitized by Google

(o) An. MDXXVI. ad paſtoriam parochialis ecclesie in *Merſfelt* preſentatus ... per generoſum Dominum *Antonium de Eiſenberg* Comitem in *Büdingen.*

I.

(p) *Abbatia S. Jacobi obtinet eccleſiam parochialem in Gensheym.*

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Adelbertus* Maguntine ſedis Archiepiſcopus. Noverit tam futurorum quam preſencium induſtria, qualiter dilectus noſter *Burchardus* monaſterii *ſancti Jacobi* Abbas eccleſiam parochialem in villa *Genſim* in generali concilio ab *Embrichone* de *Hepenhefde* & fratribus ſuis dictante juſtitia obtinuit & eandem eccleſiam fratri eorum *Volmaro* ad ſopiendam in perpetuum de eadem controverſiam eccleſia conſilio ſaniorum, qui interfuerunt, tradidit, quod quidem ſub nobis rationabiliter actitatum & poſtea in plenaria ſinodo ab *Arnolfo* advocato & *Werimboldo* ejusdem monaſterii prelato judiciario ordine promulgatum, banni noſtri confirmacione eſt roboratum. Hujus rei teſtes ſunt *Bruno* Archiepiſcopus Treverens. *Ott* Babenbergen. *Arnoldus* capellarius imperatoris. *Anshelmus* Prepoſitus de Domo. *Aſmarus* camerarius. *Richardus* Prepoſitus. *Dudo* Prepoſitus. *Heinricus* Prepoſitus. *Arnoldus* Advocatus. *Udalricus* de *Eppenſtein. Bertolfus* Comes de *Nuoringe. Vulvericus. Embricho* vicedominus. *Ernoſt* ſcultetus & preterea quotquot interfuerunt clerici & laici generali conventui. Et ut hec rata & inconvulſa omni evo per-

Ppp ma-

maneant, hanc cartam inde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCXXII. indictione XV.

II.

Traditio dictae eccleſiae monaſterio S. Jacobi in perpetuum facta.

Wernherus Dei gracia ſancte Maguntin. ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Chriſto Abbati & conventui monaſterii S. Jacobi Maguntin. ordinis *S. Benedicti* ſalutem in Dominio. Licet ſimus omnibus eccleſiis in Domino debitores, ut earum profectibus deſideria noſtra concurrant, illis tamen civitatis noſtre que noſtris obtutibus cottidie ſunt objecte nos convenit in affectum concurrere ſpecialem & earum neceſſitatibus attentiori ſtudio providere. Cum igitur ſicut oculata ſide cognovimus, monaſterii veſtri ſtatus jam dudum propter bellorum terre diſcrimina in temporalibus uſque adeo ſit collapſus, quod niſi per miſericordiam ſuam Deus dignetur deſuper providere, peribit omnino, ut ſaltem nos & capitulum noſtrum ope & opera quantum poſſumus, relevemus eundem, eccleſiam in *Genſem* noſtre dioceſis, cujus ad nos jus pertinet patronatus vobis & ſucceſſoribus veſtris de conſilio & conſenſu capituli noſtri tradimus & donamus pleno jure dum vacaverit in perpetuum obtinendam, juribus noſtris & ſucceſſorum noſtrorum ac Archidiaconi per omnia nobis ſalvis; ita quod ſi quid ſuper congruam & certam perpetuo idoneo

Digitized by Google

neo vicario aſſignatam prebendam de redditibus ejuſdem eccleſie potuerit provenire, id ad veſtri conventus uſus libere & licite perpetuo convertatis. Nos *Sifridus* Prepoſitus, *Ludewicus* Decanus & capitulum Magunt. noſtrum preſentibus adhibemus conſenſum noſtri appenſione ſigilli, ut nullum ſuper his in poſterum valeat dubium ſuboriri. Datum *Maguncie* anno Dni MCCLXV. VII. Kal. Decembris.

III.

Traditionis hujus confirmatio apoſtolica.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati & conventui monaſterii ſancti Jacobi Maguntin. ordinis *ſancti Benedicti* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum; ſane exhibita nobis veſtra petitio continebat, quod olim venerabilis frater noſter Archiepiſcopus Magunt, piè conſiderans, quod facultates ejuſdem monaſterii propter guerrarum diſcrimina erant adeo diminuta, quod vos non poteratis ex eis commode ſuſtentari, eccleſiam in *Genſim* Mag. dioc. in qua jus patronatus habebat, capituli ſui ad id accedente conſenſu vobis in perpetuos uſus conceſſit, ita quod vos cedente vel decedente eccleſie predicte rectore eccleſiam ipſam poſſetis uſibus veſtris applicare, reſervata perpetuo vicario in ea ſervituro de ipſius eccleſie proventibus congrua portione, ex qua commode ſuſtentari poſ-

ſit ac epiſcopalia & alia incumbentia ſibi onera ſupportare, prout in litteris inde confectis ipſius Archiepiſcopi ſigillo munitis dicitur plenius contineri; Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc ab eodem Archiepiſcopo provide factum eſt, ratum habentes & gratum id auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis infringere vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri & Pauli* apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. *Viterbii* XII. Kal. Julii pontificatus noſtri anno II.

IV.

Conſenſus Archidiaconi.

Ludewicus Dei gracia Prepoſitus *ſancti Victoris* Mogunt. viris religioſis in Chriſto dilectis Dno Abbati totique conventui *ſancti Jacobi* Magunt. ſalutem in Domino. Cum venerabilis pater & Dominus noſter *Wernherus* Archiepiſcopus Magunt. cum ſui capituli conſenſu monaſterio veſtro, quod occaſione belli generalis in ſuis poſſeſſionibus noſcitur plurimum eſſe leſum, unam parochialem eccleſiam videlicet *Genſem*, in qua jus obtinet patronatus, ad augmentum prebendarum veſtrarum contulerit propter Deum, ita quod Archidiaconi ſalvo jure & prebenda vicarii canonice ordinanda, eadem eccleſia uſibus veſtris modis omnibus applicetur; Nos conceſ-

ſionem

Digitized by Google

ſionem eandem benigno favore proſequentes quantum ad eccleſiam *Genſem*, que in terminis noſtre Prepoſiture ſita eſt, gratam & ratam habemus, conſenſum noſtrum voluntarium preſentibus litteris ſigillo noſtro roboratis omnibus exprimentes. Actum anno Dni MCCLXVI. in vigilia *Andree.*

V.

Eccleſia ſaepeſata à procuratione pronuntiatur libera.

Si. (*Simon.*) Divina providentia majoris & *W.* (*Waltherus.*) *ſancti Stephani* eccleſiarum Magunt. Decani dilectis in Chriſto Archipresbytero & univerſis confratribus capituli de Gerahe ſalutem & in Domino dilectionem. Cum eccleſia de *Genſem* eccleſie ſancti Jacobi Maguntin. incorporata ſit pariter & unita, auctoritate Domini noſtri Dni *Wernheri* Archiepiſcopi Magunt. nobis hac vice conceſſa mandamus vobis, quatenus de ipſa nullam procurationem de viſitatione hac penitus requiratis. Dat. *Maguncie* Anno Domini MCCLXX. pridie Kalendas Maji.

VI.

Nova confirmatio apoſtolica incorporationis eccleſiae in Geinsheim.

Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Decano eccleſie *S. Stephani* Maguntin. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Regimini univerſalis eccleſie preſidentes pro fidelium preſertim

religioſorum ac illorum monaſteriorum & locorum necnon eccleſiarum quorumlibet ſtatu ſalubriter dirigendo, ut ex debito nobis injuncti paſtoralis tenemur officii ſollicite conſiderationis intuitum libenter extendimus & ad ea per que illorum indemnitatibus conſuliter, libenter adhibemus ſollicitudinis noſtre partes; Sanè petitio pro parte dilectorum filiorum Abbatis & conventus monaſterii montis *S. Jacobi* extra muros Magunt. nobis inſuper exhibita continebat, quod dudum pro parte eorum felicis recordationis *Clementi P. P. IV.* predeceſſori noſtro expoſito, quod Archiepiſcopus Magunt. piè conſiderans facultates dicti monaſterii adeo propter guerrarum turbines fore diminutas, quod ex eis Abbas & conventus predicti non poterant commode ſuſtentari, parochialem eccleſiam paſtoriam nuncupatam in *Gensheim* Mag. dioc., cujus jus patronatus tunc ad eum legitimè pertinebat cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis monaſterio predicto auctoritate ordinaria ſub certis modo & forma tunc expreſſis perpetuo incorporaverat & univerat reſervata congrua portione ſuper fructibus redditibus & proventibus dicte eccleſie pro perpetuo vicario inibi inſtituendo, unde ille honeſte vivere & incumbentia ſibi onera ſupportare valeret, idem *Clemens IV.* unionem annexionem & incorporationem predictas ratas habens & gratas, eas auctoritate apoſtolica confirmavit, prout in Archiepiſcopi & *Clementis IV.* predictorum litteris deſuper confectis dicitur plenius contineri; Quare pro parte Abbatis & conventus predictorum aſſerentium, quod ipſi poſtmodum unionis annexionis

nis incorporationis & confirmationis prediƈtarum vigore poſſeſſionem corporalem ipſius eccleſie tunc certo modo vacantis apprehendentes illam ex tunc tenuerunt & poſſederunt, prout tenent & poſſident etiam de preſenti, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut unioni, annexioni, incorporationi & confirmationi prediƈtis pro illarum ſubſiſtentia firmiori robur apoſtolice confirmationis adjicere, ipſamque eccleſiam, cujus viginti, diƈto monaſterio, cujus centum & oƈtuaginta marcharum argenti fruƈtus redditus & proventus ſecundum communem extimationem valorem annuum, ut iidem Abbas & conventus aſſerunt, non excedunt, de novo incorporare anneƈtere & unire de benignitate apoſtolica dignaremur; Nos igitur de premiſſis certam notitiam non habentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus de uunione annexione incorporatione & confirmatione prediƈtis te diligenter informes, & ſi ita eſſe inveneris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, unionem, annexionem, incorporationem & confirmationem prediƈtas & quecunque inde ſecuta auƈtoritate noſtra approbes & confirmes, ſupplendo omnes defeƈtus, ſi qui forſan intervenerint in eisdem, & nichilominus pro eorundem Abbatis & conventus tutela potiori, ſi approbationem & confirmationem hujuſmodi per te vigore preſentium fieri contigerit, eccleſiam prefatam cum omnibus juribus & pertinentiis ſupradiƈtis eidem monaſterio de novo auƈtoritate noſtra prefata in perpetuum incorpores, unias & anneƈtas, ita quod liceat eisdem Abbati & con-

ventui

ventui ipſius eccleſie, ſi adhuc quovis modo vacet, corporalem poſſeſſionem de novo auctoritate propria libere apprehendere & perpetuo retinere ac hujusmodi illius fructus redditus & proventus in ſuos & dicte eccleſie uſus & utilitatem convertere alicujus ſuper hoc licentia minime requiſita, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ceteriſque contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquis ſuper proviſionibus faciendis ſibi de hujuſmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales apoſtolice ſedis vel legatorum ejus litteras impetraverit, etiamſi per eas ad inhibitionem reſervationem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras & proceſſus habitos per easdem ad dictam eccleſiam volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari & quibuſvis aliis privilegiis, indulgentiis & litteris apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, perque preſentes non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeant quomodolibet vel differri & de quibus quorumque totis tenoribus ac de verbo ad verbum in preſentibus habenda foret mentio ſpecialis, nos etiam ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum *Rome* apud ſanctos apoſtolos XII. Kal. Maji pontificatus noſtri anno XI.

VII.

Digitized by Google

VII.

Proceſſus ſuper memoratâ incorporatione.

Gothardus Stummel Decanus eccleſie *S. Stephani* Magunt. executor unicus ad infra ſcripta à ſede apoſtolica ſpecialiter deputatus univerſis & ſingulis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Litteras ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Dni *Martini* Divina providentia Pape *V.* ſub ejus vera bulla plumbea cum cordula canapis more Romane curie bullatas ſanas & integras non vitiatas non cancellatas nec in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes nobis per religioſos viros Dominos *Jacobum Smuzel* & *Henricum Bebelnheim* monachos monaſterii montis *S. Jacobi* extra muros Mog. pro parte venerabilium virorum Dominorum Abbatis & conventus ejuſdem monaſterii nobis preſentatas, quas cum ea qua decuit reverentia, nos recepiſſe noveritis, quarum litterarum apoſtolicarum tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis: *Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Decano S. Stephani Maguncie ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Regimini univerſalis eccleſie preſidentes* &c. &c. *Datum Rome apud S. apoſtolos XII. Maji pontificatus noſtri anno XI.* (vide bullam immediate præcedentem.) Poſt quarum quidem litterarum apoſtolicarum preſentationem nobis & per nos ut premittitur factas, fuimus per prefatos Dominos *Jacobum* & *Henricum* monachos dicti monaſterii coram nobis conſtitutos debita cum inſtantia requiſiti quatenus ad executionem

nem dictarum litterarum apoſtolicarum & contentorum in eisdem juxta traditam ſeu directam à ſede apoſtolica nobis formam procedere dignaremur. Nos igitur *Gothardus* Decanus & executor prefatus volentes mandatum apoſtolicum hujuſmodi nobis, ut premittitur, factum, reverenter exequi ut tenemur, & quia per nonnulla authentica documenta, litterasque apoſtolicas à notario publico & teſtibus ſubſcriptis productas & per nos debite examinatas reperimus, dictam parochialem eccleſiam in *Gensheim* cum omnibus ſuis redditibus, proventibus, juribus & obventionibus prefatis Domino Abbati & conventui & eorum monaſterio incorporatam annexam & unitam eſſe, ipſaſque incorporationem unionem & annexionem fuiſſe & eſſe à ſede apoſtolica confirmatas & approbatas necnon congruam portionem reſervatam de fructibus redditibus & proventibus ejusdem eccleſie pro perpetuo vicario pro tempore inibi inſtituendo, unde honeſte vivere & incumbentia ſibi onera ſupportare valeat, & omnia alia prout in ipſis apoſtolicis litteris exprimuntur & narrantur ita eſſe & fore vera; idcirco incorporationem annexionem & unionem predictas & quecunque alia inde ſecuta auctoritate apoſtolica nobis ut premittitur in hac parte commiſſa approbamus & confirmamus ſupplendo omnes defectus, ſi qui forſan intervenerint in eisdem & nichilominus pro eorundem Dominorum Abbatis & conventus tutela potiori parochialem eccleſiam predictam cujus viginti cum omnibus juribus & pertinentiis ſupradictis eidem monaſterio, cujus centum & octuaginta marcharum argenti fructus

red-

Digitized by Google

redditus proventus ſecundum communem extimationem, valorem annuum, ut iidem Abbas & conventus aſſerunt, non excedunt, de novo auctoritate apoſtolica prefata, prout ex earundem litterarum poteſtate poteramus, in perpetuum incorporamus, unimus & annectimus, ita quod liceat eisdem Abbati & conventui vigore dictarum & preſentium litterarum ipſius parochialis eccleſie ſi adhuc quovis modo vacet, poſſeſſionem de novo auctoritate propria libere apprehendere & eam perpetuo retinere, ac hujuſmodi illius fructus redditus & proventus in ſuos ac parochialis eccleſie & monaſterii predictorum uſus & utilitatem convertere, alicujus alterius licentia ſuper hoc minime requiſita ſeu obtenta.

Que omnia & ſingula vobis omnibus univerſis & ſingulis ſupradictis & veſtrum cuilibet intimamus & notificamus ac ad veſtram cujuslibet veſtrum notitiam deducimus & deduci volumus per preſentes. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes noſtras litteras fieri & per notarium publicum infra ſcriptum ſubſcribi & publicari noſtrique ſigilli appenſione communiri mandavimus. Datum & actum *Maguncie* in curia habitationis noſtre ſub anno à nativitatate Domini MCCCCXX nono, indictione ſeptima, die lune, penultima menſis Maji hora veſperarum vel quaſi, pontificis ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Martini* Divina providentia Pape *V.* anno ejus duodecimo preſentibus ibidem diſcretis viris *Lamperto Filczpach* de Maguncia & *Johanne Hoffeheim* cleri-

Digitized by Google

clericis Magunt. dioceſis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Theodoricus Sonnebach* de *Caſſel* clericus Mag. dioc. publicus imperiali auctoritate Notarius quia predictarum litterarum Apoſtolicarum preſentationi, receptioni, requiſitioni, confirmationi & decreto omnibusque aliis & ſingulis dum ſic ut premittitur agerentur & fierent una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi, idcirco preſens publicum inſtrumentum per me fideliter conſcriptum exinde confeci, publicavi & in hanc publicam formam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum appenſione ſigilli prefati Domini Decani & executoris ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum.

VIII.

Libertates & ſolemnitates Synodi in Gensheim.

Zu dem erſten fall der Sendtherr kommen mit dritthalben man mit dritthalben pferde und ſal nit komen im wege oder uſswendig des weges.

Zu dem andern ſal ein glockner ſteenn vor dem ſaltor in eynem wyeſſenn cleide mit eynem wyeſſenn ſtabe, mit eynem wyeſſenn becher, mit eyner maiſs wins und ſal den ſendtherrn entpfangenn und zu drinckenn geben und ſal das pferdt nemen by dem zaum und den herrn furen uff den Widdum.

Zu dem dritten ſal der Zehender ſteen uff dem Widdum und ſal den Sendtherrn entpfangen und

furen

ſuren an das ende, do er gekocht hait und ſal im und den ſynen genungk thun von eyner zyt zu der andern mit ſampt des pferners der ſieben kyrchenn geſchworn eins glockeners und eins Smidts.

Zu dem vierdenn were es ſach das der Sendtherr uber nacht hy blyeben wurde ſo ſal der Zehener den pferden ſtrawen bis an das vorgeboge und habern geben bis an die augen und dem Sendtherrn bereidden ein krachenbedt mit wyeſſen lylachen und ein fuer on rauch, und am andern tage darnach ſal ein iglicher kirchen geſchworn kommen mit einem hune oder mit eyner maiſs wyns zum zehener und ſal im aber genungk thunn.

Zu dem funfften ſal ein Smidt komen im after ſende und ſal dem ſendtherrn geben vier yſſenn geſtempt und ongelocht.

Zu dem ſechſten ſal ein glockner im affter ſende komen und dem ſendtherrn geben ein ſummern habbern.

Zu dem ſybenden ſal die gemein auch komen im affter ſende und ſal dem ſendtherrn geben XV. ſchilling heller und iglichs huws geſeſs ſal gebenn dem ſendtherrn ein heller, daran iſt ein iglicher kirchengeſchworn fry.

Zu dem achten were feyl und kauffhait ſal dem ſendtherrn zwein pfennig geben im affter ſende, auch ſal der zehener geben dem ſendtherrn funffzehen thornes ſendt geldt und funff wyspfennig ſtulgelt im affter ſende.

So der ſendt iſt unſers gnedigſten herrn von Mentz, ſal mann alle dinge halten wie obgeſchryebenn,

benn, uſsgeſcheiden der ſendtherr ſal kommen mit fünfthalb mann und funfthalb pferdt und der zehener ſal geben dem ſendtherrn Dryſſig thornes ſendtgeldt und zehen wyespfennig ſtulgelt und alle andere dinge ſal man halten wie obgeſchryeben.

Anno MDXXI. ad parochialem eccleſiam in *Gensheim* vacantem ex libera reſignatione Dni *Michaelis Reis* Theologie Licentiati preſentatus . . . D. *Jacobus Kreich* per D. *Johannem* Abbatem monaſterii *S. Jacobi.*

I.

Praeſentatio ad eccleſiam parochialem in Aſtheim.

(q) Honorabili & diſcreto viro Domino Prepoſito eccleſie *ſancti Victoris* extra muros Magunt. ſeu ejus vices gerenti Decanus Scholaſticus Cantor totumque capitulum eccleſie *ſancte Marie ad Gradus* Magunt. quidquid poſſunt reverencie & honoris. *Johannem de Bensheim* Diaconum exhibitorem preſencium virum utique idoneum, providum & diſcretum ad parochialem eccleſiam in *Aſtheim* ex morte Domini *Heinrici* quondam Cantoris eccleſie *ſancti Johannis* Magunt. dicti de *Rockinberg* ejusdem eccleſie rectoris vacantem, cujus preſentacio ad nos, nec non honorabiles viros Abbatem & conventum monaſterii in *Kamberg* ordinis *ſancti Benedicti* Erbipolenſis dioc. tanquam veros patronos dicte eccleſie in *Aſtheim* pleno jure communiter dinoſcitur pertinere, veſtre honeſtati preſentamus litteras per preſentes, vos rogantes humiliter & devotè, quatenus eun-

eundem *Johannem* de prefata eccleſia in *Aſtheim* dignemini inveſtire adhibitis ad hoc ſolempnitatibus debitis & conſuetis. In cujus preſentacionis noſtre evidenciam preſentes litteras ſigillo noſtri capituli eidem Johanni dedimus communitas. Datum *Maguncie* anno Dni MCCC. ſecundo, quinto idus Maji.

II.

Inveſtitura praeſentati.

Wernherus de Bolandia Dei gracia Prepoſitus eccleſie *S. Victoris* extra muros Magunt. Plebano in *Biſchovisheim* ſalutem in Domino. Cum nos *Johannem* Dyaconum filium quondam ſculteti in *Bensheym* de parochiali eccleſia in *Aſtheim* infra terminos noſtre Prepoſiture predicte ſita ad preſentacionem honorabilium virorum Dominorum Abbatis in *Kamberg* Herbipolenſis dioceſis ac Decani & Capituli eccleſie *ſancte Marie ad Gradus* Magunt. verorum ipſius eccleſie patronorum inveſtivimus juſticia exigente, diſcretioni Veſtre mandamus precipiendo firmiter & diſtricte, quatenus eundem *Johannem* ducatis in poſſionem dicte eccleſie corporalem adhibitis circa hoc ſolempnitatibus debitis & conſuetis, precipientes nichilominus auctoritate noſtra parochianis ſepedicte eccleſie, quod ipſi *Johanni* tanquam vero rectori ejusdem in omnibus obediant & intendant. Datum *Maguncie* anno Domini MCCCVII. nonis Julii.

(r) Anno MCCCLXI. Abbas & conventus *S. Albani* Decano & capitulo Moguntino tradidit eccle-

ſiam

ſiam in *Trebur*. Litteræ deſuper confectæ ſunt in die *S. Agnetis*.

Anno MCCCXLIII. *Henricus* Archiep. Mog. donationem hanc diplomate *Oppenhemii* dato confirmavit.

(s) An. MDXVIII. ad altare *S. Laurentii* in *Trebur* preſentatus . . . per illuſtrem Dominam *Annam* Landgraviam Haſſie.

(t) An. MDXXI. ad parochialem eccleſiam in *Königſteten* preſentatus . . . per Dominam Abbatiſſam & totum conventum monaſterii monialium in *Padershuſen*.

(u) Eodem anno ad altare *ſancti Wendelini* in parochiali eccleſia *Geraw* preſentatus . . . . per Dominum *Philippum* Landgravium Haſſie.

(x) Eodem anno ad altare *ſancti Johannis Baptiſte* in oppido *Geraw* preſentatus . . . . per illuſtrem Principem & Dominum *Philippum* Landgravium Haſſie, Comitem in *Katzenelnbogen*.

(y) An. MDXXVI. ad parochialem eccleſiam in *Ginsheim* preſentatus . . . per generoſos Dominos *Johannem* & *Antonium de Eiſenburg* Comites in *Büdingen*.

(z) Venerabili & circumſpecto viro Domino *Roberto de Straelen* legum doctori Domini noſtri Pape cappellano commenſali ac ipſius ſacri palacii cauſarum & cauſis & partibus infra ſcriptis ab eodem Domino noſtro papa auditor ſpecialiter deputatus

Digitized by Google

tatus *Henricus* Decanus *ſancte Marie in Campis* extra muros Magunt. commiſſarius ad infraſcripta ſpecialiter deputatus obedientiam reverentiam & honorem veſtre circumſpectioni tenore preſentis inſtrumenti publici publice innoteſcat literas veſtras compulſorias in forma publici inſtrumenti ſcriptas ac ſigno *Rogeri Johannis de Danocaſtro* clerici Remenſis dioceſ. apoſtolica & imperiali auctoritate notarii publici conſueto ſignatas, ac veſtro ſigillo in ſona ſerica pendenti in quadam navicula cere albe ſigillatas non abolitas non cancellatas neque raſas ſed ſanas & integras ac omni vitio & ſuſpicione carentes michi pro parte venerabilis in Chriſto patris Domini *Hermanni* Âbbatis monaſterii *ſancti Albani* extra muros predictos ordinis *ſancti Benedicti* in preſencia publicorum imperiali auctoritate notariorum & teſtium infraſcriptorum preſentatas anno die menſe & loco ſubſcriptis tenorem infraſcriptum continentes me cum debita reverencia noveritis recepiſſe. Poſt quarum veſtrarum literarum preſentacionem & receptionem fui pro parte venerabilis in Chriſto patris Domini *Hermanni* Abbatis predicti requiſitus ut contenta in dictis veſtris literis executioni demandarem quapropter ego *Henricus* Decanus predictus anno die menſe & loco hujus predictis honorabilem virum Dominum *Ottonem* de *Schonenburg* Scolaſticum eccleſie Mogunt. in mei ac notariorum publicorum & teſtium infraſcriptorum preſencia ibidem conſtitutum monui virtute literarum veſtrarum & eciam ſub penis in eisdem veſtris literis expreſſatis diligenter quod cum dictus Dominus Abbas intellexiſſet & ad ejus noticiam alias per-

Digitized by Google

veniſſet quasdam certas literas apoſtolicas tangentes cauſam que vertitur ſeu verti ſperatur inter dictum Dominum Abbatem ex una & *Lubertum* dictum *Laſterhus* clericum Colonienſis dioceſis ſuper pretenſa eccleſia parochiali in *Leheim* Magunt. dioceſ. & ejus occaſione coram vobis Domino auditore predicto parte ex altera facientes etiam ad eandem apud ipſum alias fuiſſe & eſſe ex cauſa ſecuritatis & cuſtodie depoſitas quatenus hujus literas ſi & in quantum ad ipſam cauſam facerent & facere invenirentur ad tranſſumendum & ad tranſſcribendum michi juxta mentem & effectum veſtrarum literarum traderet & exhiberet, qui quidem Dominus *Otto* Scolaſticus predictus ut ſic a me monitus & requiſitus aſſerens ſe quasdam penes ſe habere michi dixit & reſpondit quod in mandatis veſtris atque meis obedire & obtemperare vellet & ſtatim quasdam certas literas apoſtolicas Sanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini Domini *Lucii* felicis recordacionis Pape *Tercii* ejus vera bulla plumbea in filis ſericis more Romane curie bullatas ac reverendorum patrum Dominorum Cardinalium Epiſcoporum presbiterorum & dyaconorum in eis notatorum cum variis & diverſis figuris & ſignis compoſitis & apparentibus in eisdem ac eciam per manum quondam Domini *Hugonis* ſancte Romane eccleſie tunc notarii inferius deſignatis & ſubſcriptionem habentes infraſcriptum tenorem continentes quarum tenor talis eſt. *Lucius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis *Henrico* Abbati monaſterii *ſancti Albani* quod juxta Mogunt. ſitum eſt, ejusdem fratribus tam preſentibus quam futuris regula-

gularem vitam profeſſis in perpetuum. Quociens a nobis petitur, quod religioni & honeſtati convenire dinoſcitur animo nos decet libenti concedere & petencium deſideriis congruum ſuffragium impertiri Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulacionibus clementer annuimus & prefatum monaſterium *ſancti Albani* quod juxta Mogunt. ſitum eſt in quo divino mancipati eſtis obſequio ad exemplar felicis recordationis *Lucii* Pape predeceſſoris noſtri ſub *beati Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti privilegio communimus In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundum Deum & beati *Benedicti* regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones quecumque bona idem monaſterium in preſenciarum juſte & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione pontificum largitione regum vel Principum oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis Deo propicio poterit adipiſci firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant eccleſiam in *Batinheim* cum capella decimatione & curti cum appenditiis ſuis eccleſiam in *Leheim* eccleſiam in *Seylford* cum capella. Honores quoque & dignitates in quos idem monaſterium bti *Albani* uſque ad moderna tempora juſte habuiſſe dinoſcitur. Videlicet ut fratres ejusdem monaſterii quociens ordines celebrantur primi poſt principalis eccleſie canonicos vocentur & ut in publicis ſtationibus & oblatione que ſingulis annis in cena Domini perſolvitur prima poſt epiſcopalem ſedem habeatur auctoritate apoſtolica

Eccleſia in Seylford ſita erat infra Rüſſelsheim, ubi cæmiterium adhuc extat.

vobis & per vos eidem monaſterio confirmamus prohibemus vero ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem fas ſit absque Abbatis ſui licentia niſi arcioris religionis optentu de eodem loco diſcedere diſcedentem vero ſine communi litterarum cautione nullus audeat retinere ſepulturam preterea ipſius loci liberam eſſe determinamus ut eorum devotioni & extreme voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint niſi forte excommunicati vel interdicti ſint nullus obſiſtat ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur determinamus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare aut ejus poſſeſſiones aufferre vel ablatas retinere imminuere aut aliquibus vexationibus fatigare ſed omnia integra conſerventur veſtris & eorum pro quorum gubernacione ac ſuſtentacione conceſſa ſunt uſibus commodis profutura ſalvis ſedis apoſtolice auctoritate & Maguntin. Archiepiſcopi canonica juſtitia ſi qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit ſecundo terciove canonica ſi non ſatisfactione congrua emendaverit poteſtatis honorisque ſui dignitate careat reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri *Jheſu Chriſti* quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum judicem premium eterne pacis inveniant Amen.

Ego

Ego *Johannes* titulo *ſancti Marci* presbiter cardinalis.

Ego Laborans presbiter cardinalis *S. Marci* trans Tiberim & *Calixti.*

Ego Hubertus titi. *Sti Laurentii* in Damcſco presbiter cardin.

Ego Paudultus presbit. cardinalis tit. Baſilice XII. apoſtolorum.

Ego Lucius catholice eccleſie Epiſcopus.

Ego Konradus Sabinenſis Epiſcopus Maguntine ſedis Archiepiſcopus.

Ego Theodinus Portuenſis & Ste Kaſinie ſedis Epiſcopus.

Ego Henricus Albinens. Epiſcop.

Ego Theobaldus Hoſtienſis & Velletris. Epiſcopus.

Ego Ardicio Sti. Theodori diaconus cardin.

Ego Gracianus Storum Coſme & Damiani Diaconus card.

Ego Gofredus ſancte Marie in via lata Diaconus cardin.

Ego Albinus ſancte Marie nove Diacon. card.

Datum *Oerone* per manum *Hugonis* ſancte Romane eccleſie notarii XI Kal. Decembris indictione tertia incarnationis Dominice anno M° C° LXXXIIII pontificatus vero Domini Lucii Pape tertii anno quarto quarum bulla ab uno latere habiut duo capita ſanctorum *Petri & Pauli* apoſtolorum cum barbis & has literas ſeu dictiones ſuper ipſis *S. Pa. S. Pe* & crucem inter ipſa capita & ab alio latere has literas ſeu dictiones *Lucius Papa tertius* inpreſſa, & infixas

Digitized by Google

penes ſe ut dicebat olim propter ſecuritatem depoſitas de quadam camera curie ſue habitationis attulit & easdem in effectum quo ſupra mihi tradidit & preſentavit quas eciam ab eodem Domino *Ottone* ut ſic ad me recepi & ad tranſumendum ſeu tranſcribendum notariis publicis infraſcriptas tradidi & preſentavi poſt quarum tranſumptionem & tranſcriptionem una cum ipſis notariis publicis tranſumptum cum originali diligenter auſcultavimus & cum per omnia invenimus tranſumptum cum originali concordare prefatos notarios requiſivi ut ſe ſubſcriberent una cum ſigilli mei appenſione ad hoc ut major fides vobis Domino auditore vel alio loco veſtri ſubrogando in Romana curia adhiberetur, quod vobis Domino auditore vel alio loco veſtri ſubrogando prout in commiſſione per vos Dominum *Robertum* de *Stracton* facta continetur tranſmitto. Tenor vero literarum compulſorialium de verbo ad verbum fuit & eſt talis: *Robertus de Stracton* legum doctor Domini noſtri Pape capellanus commenſalis & ipſius ſacri palatii cauſarum & cauſe ac partibus infraſcriptis ab eodem Domino noſtro Papa ſpecialiter deputatus auditor venerabilibus & diſcretis viris Dominis Prepoſito *S. Stephani* ac Decano *ſancte Marie in Campis* necnon Scholaſtico *S. Johannis* & plebano *Ignatii* intra & extra muros eccleſiarum Maguntin. ac *Johanni* dicto *Smaltz* notario publico in civitate Magunt. moram trahenti univerſisque & ſingulis monaſteriorum abbatibus prioratuum prioribus eccleſiarum cathedralium & collegiatarum decanis prepoſitis archidiaconis cantoribus theſaurariis cuſtodibus ſcolaſticis offi-

officialibus miniſtris canonicis vicariis perpetuis capellanis curatis & non curatis eccleſiarum parochialium rectoribus & eorum loca tenentibus presbiteris clericis notariis & tabellionibus publicis per civitatem & dioces. Mogunt. ac aliis ubilibet conſtitutis & cuilibet eorum in ſolidum ad quem vel ad quos preſentes litere pervenerint ſalutem in Domino & noſtris ymo verius apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Dudum ſanctiſſimus in Chriſto pater & Dominus noſter Dominus *Urbanus* Divina providentia Papa *quintus* quandam commiſſionis ſeu ſupplicationis cedulam ſcriptam per quendam curſorum ſuum nobis preſentari fecit nos cum ea qua decuit reverentia noveritis recepiſſe in hec verba: Pater ſanctiſſime, cum *Lubertus Laſterhus* clericus Colonienſis dioceſ. vigore gratie in communi forma pauperum ſibi facte eccleſiam parochialem in *Leheim* ſeu paſtoriam ejusdem eccleſie Magunt. dioceſ. ad collacionem venerabilium virorum Dominorum Abbatis & conventus monaſterii *ſancti Albani* extra muros Maguntin. ſpectantem & ſub forma gratie ſue auctoritate ſ. veſtre ſibi facte cadentis canonice acceptavit & preterea *Hermannus Houel* dicti Abbas & *Wernherus Speckbrade* & *Nicolaus* dictus *Vos* monachi dicti monaſterii de mandato Domini .. Abbatis ipſe ratum & gratum habente ipſi Luberto dictam ſuam gratiam proſequenti inſidias inter vias quibus tranſire habebat poſuerint per gentes armorum in quibus inſidiis & excubiis & explorationibus dicti monachi cum pluribus eorum complicibus extiterant & contra dictum Lubertum & ejus nuncium & alias de comitiva ſua inſilierunt ipſumque

que cum armis invaſerunt vi publica contranitendo & contra mandata & proceſſus apoſtolicos hoſtiliter veniendo cenſuras eccleſiaſticas in ipſis latas incidendo ipſumque *Lubertum* & nuncium ſuum uſque ad fluvium Reni inſecuti & perſecuti fuerunt ipſum ſemper cum armis ad mortem invadendo quem fluvium propter metum mortis dictus *Lubertus* ejuſque nuncius equeſtres intraverunt & cum maximo periculo ſubmerſionis equis natantibus tranſiverunt & prout Deo placuit manus iſtorum invadentium evaſerunt Item quod ſ. propter ipſorum Abbatis & monachorum & eorum fautorum & complicum dictus Lubertus poteſt in partibus ſecure manere nec juſticiam conſequi de eisdem ſupplicat igitur S. V. idem *Lubertus* quatenus cauſam vel cauſas quam vel quas movere intendit contra ipſum Abbatem & monachos & eorum in hac parte complices ſuper premiſſis & eorum occaſione cum omnibus emergentibus incidentibus dependentibus & connexis comittere dignemini alicui auditori veſtri ſacri palacii audiendas decidendas & fine debito terminandas & cum poteſtate citandi ipſos & eorum quemlibet in curia & in partibus & alias miniſtrandi juſtitiam. In cujus quidem commiſſionis cedule fine ſcriptum erat de alterius manus litera litere ſuperiori prorſus & omnino diſſimili & diverſa hec verba videlicet de mandato Domini noſtri pape audiat magiſter *Robertus* citet ut petitur & juſtitiam faciat cujus commiſſionis vigore nos Robertus auditis prefatis in cauſa & cauſis hujus ad nonnullos actus citra tamen concluſionem cum partibus predictis ſervatis ſervandis proceden-

ceden-

Digitized by Google

cedentes tandem dictus Dominus noſter Papa quandam aliam commiſſionis ſeu ſupplicationis cedulam papiream ſcriptam per certum curſorem ſuum nobis preſentari fecit in hec verba. Supplicat S. V. procurator & nomine procuratorio Domini *Luberti* de *Laſterhuſen* rectoris eccleſie parochialis ſeu paſtorie in *Leheim* Magunt. dioc. quod cauſam & cauſas quam & quas ſuper dicta parochiali eccleſia ſeu paſtoria & ejus occaſione movet & movere intendit contra venerabiles viros Dominos Abbatem conventum monaſterii *S. Albani* extra muros Mogunt. ordinis *S. Benedicti* & *Gerlacum Gerlaci* presbiterum ſe dicentem Mogunt. dioces. in & ad predictam eccleſiam per eosdem Abbatem & conventum intruſum necnon omnes & ſingulos ſua intereſſe credentes etiam diviſim committere dignemini ſi placet venerabili viro Domino Domino *Roberto* de *Straſton* veſtri ſacri palatii cauſarum apoſtolici auditori cui ad inſtantiam ejusdem Dni *Luberti* nonnulle cauſe invaſionum perſecutionum & injuriarum contra prefatos Abbatem & conventum quarum ſtatum habere dignemini pro expreſſo dudum fuerant commiſſe audiendi decidendi & fine debito terminandi cum emergentibus incidentibus & connexis eciam ſi neceſſe fuerit cum poteſtate citandi eosdem Abbatem & conventum necnon alios ſupradictos extra Romanam curiam & ad partes quociens opus fuerit non obſtante quod hujusmodi cauſe forſitan ad predictam Romanam curiam devolute non fuerint nec tratande in eadem cum extra eam propter magnam ipſorum & fautorum ſuorum potentiam & tyrannidem non ſperet nec

Digitized by Google

poſſet conſequi juſtitie complementum in cujus fine ſcriptum erat de alterius manus litera litere ſuperiori prorſus omnino diſſimili & diverſa hec verba de mandato Domini noſtri Pape audiat idem magiſter *Robertus* citet ut petitur & juſticiam faciat qua quidem commiſſione ſicut prefertur preſentata & per nos cum ea qua decuit reverentia recepta nos ad quosdam actus citra tamen concluſionem debite in cauſa procedentes cum partibus antefatis Poſtremo conſtitutus coram nobis die date preſentium honorabilis vir magiſter *Arnoldus* de *Bevern* in cauſa preſenti procurator ſubſtitutus per honorabilem virum magiſtrum *Lampertum* de *Orſay* dicti Domini Abbatis procuratorem principalem prout de eorum mandato in actis dicte cauſe coram nobis extitit facta fides legitima nobis cum querela expoſuit quod nonnulle ſcripture autentice litere inſtrumenta privilegia confirmaciones & alia munimenta negocium & cauſam hujusmodi tangentes & tangentia parti ſue & ad jurisdictionis noſtre informacionem ac cauſe preſentis inſtructionem & deciſionem neceſſarias & neceſſaria penes nonnullos notarios & tabelliones publicos ac quam plures alias perſonas collegia ſeu conventus in civitate & dioces. Mogunt. ſive in monaſterii *ſancti Albani* predicto conſtitutos fuerant & erant ac ſunt detente & detenta quare nos cum inſtantia requiſivit ut ſibi ſuper hoc de remedio oportuno providere dignaremur Nos igitur *Robertus* auditor prefatus hujus petitioni tanquam juri conſone & racioni annuentes, cupienteſque de hujus cauſe meritis plenarie informari ac partibus predictis ju-

ſticiam

Digitized by Google

ſticiam miniſtrare ut tenemur ne probationis facultas ſubtrahatur predicto magiſtro *Arnoldo* procuratori ſubſtituto hoc cum inſtantia poſtulanti hujus noſtras compulſoriales literas contra omnes & ſingulos quoſcumque notarios publicos ac precipue Priorem & conventum necnon omnes & ſingulos fratres ſive monachos nominatim & diviſim dicti monaſterii montis *S. Albani* extra muros Mogunt. & perſonas alias quaſcumque cujuſcunque gradus ordinis ſtatus vel conditionis exiſtant literarum ſcripturarum autenticarum privilegiorum inſtrumentorum & aliorum munimentorum quorumcumque detentores fieri decrevimus juſtam dante Domino ſententiam prolaturi quarum literarum tenorem vos omnes & ſingulos communiter & diviſim quibus hee preſentes litere noſtre compulſorie ſeu preſens publicum inſtrumentum diriguntur & qui ſuper hoc fueritis requiſiti vel fuerit requiſitus auctoritate apoſtolica qua fungimur in hac parte tenore preſentium requirimus & monemus vobiſque & veſtrum ſingulis in virtute ſancte obedientie & ſub excommunicationis pena quam in vos quemlibet canonica monicione premiſſa ferimus in hiis ſcriptis ſi ea que vobis in hac parte committimus & mandamus neglexeritis ſeu contempſeritis aut diſtuleritis contumaciter adimplere diſtricte precipiendo mandamus quatenus infra ſex dies poſt preſentacionem ſeu notificationem preſentium vobis vel veſtrum alteri factam immediate ſequentes quorum ſex dierum duos pro primo duos pro ſecundo & reliquos duos dies vobis univerſis & ſingulis pro tertio & peremptorio termino ac monicione canonica

Digitized by Google

aſſignamus ita tamen quod alter veſtrum alterum non exſpectet nec unus pro alio ſe excuſet ad dictos Priorem & conventum ac fratres & notarios publicos & alias perſonas quos & quas lator preſencium vobis duxerit nominandum ſeu etiam nominandas perſonaliter accedentes eos & ipſorum quemlibet communiter & diviſim auctoritate noſtra ymo verius apoſtolica qua fungimur in hac parte requiratis & moneatis quos & nos eciam eodem tenore requirimus & monemus ut infra ſex dierum ſpatium poſt requiſitionem & monicionem hujus ſibi factam immediate ſequentes quorum ſex dierum duos pro primo duos pro ſecundo duos & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino ac monicione canonica aſſignamus per preſentes & vos etiam ipſis & eorum cuilibet aſſignetis omnia & ſingula acta privilegia munimenta literas & ſcripturas autenticas quaſcumque pretenſam eccleſiam in *Leheim* ſolum & duntaxat tangentes & ad cauſam hujus facientes & que ſeu quos lator preſentium petierit & habere voluerit & que ſeu quas tempore monicionis ſeu requiſicionis hujus penes ſe vel in poteſtate ſua habuerint aut per fraudem vel malitiam forſitan deſierint habere ſub manu publica vel ſigillis autenticis ac taliter quod fidem facere debeat in judiciis & extra eidem latori tradant & reſtituant indilate & ſi tunc ſcripta & confecta non fuerint ea extunc fideliter ſcribant & conficiant indilate ſub excommunicationis pena nihil in eis ponendo vel addendo quod immutet in aliquo ſubſtantiam veritatis vel facti & quod pretenſam eccleſiam in *Leheim* & predictam

cau-

Digitized by Google

cauſam que inter dictas partes agitur non concernat ſatisfacere tamen eisdem notariis & aliis de ſuo ſallario condecenti quod ſi forte premiſſa non adimpleverint aut aliquid in contrarium fecerint mandatis & monicionibus noſtris & veſtris hujuſmodi ymo verius apoſtolicis non paruerint cum effectu ipſos & eorum quemlibet in eccleſiis parochialibus & aliis locis publicis civitatis & dioceſis Mogunt. predictorum ac alias ubi expediens fuerit excommunicatos publicè nuncietis & faciatis ab aliis publice nuntiari quos ac etiam contradictores quoslibet & rebelles omnes & ſingolus mandatis & monicionibus noſtris & veſtris hujuſmodi ymo verius apoſtolicis non parentes ex nunc prout ex tunc propter eorum inobedientiam & rebellionem dictam ſex dierum canonica monitione premiſſa in hiis ſcriptis excommunicamus & excommunicatos palam & publice per vos nunciari volumus & mandamus diem vero receptionis preſentium requiſicionisque & monicionis predictarum & quicquid in premiſſis duxeritis faciendum nobis per veſtras patentes literas aut inſtrumenta publica harum ſeriem continentes ſeu continentia remiſſis preſentibus fideliter intimare curetis In quorum omnium fidem & teſtimonium preſentes literas ſeu preſens publicum inſtrumentum exinde fieri per *Rogerum Johannis* notarium publicum noſtrumque ac cauſe ſeu cauſarum hujus ſcribam infraſcriptum ſcribi & publicari mandavimus noſtrique ſigilli fecimus appenſione communiri Datum & actum *Avinione* in palacio cauſarum apoſtolico ſupradicto die veneris viceſima tertia menſis Aprilis de mane poſt

decantationem miſſe venerabilium virorum Dominorum capellanorum commenſalium dicti Domini noſtri Pape ſub anno nativitatis Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſeptimo indictione quinta pontificatu dicti Domini noſtri Domini *Urbani* Pape *quinti* anno quinto preſentibus diſcretis viris magiſtro *Wernhero de Lichtinberg* clerico notario publico ſcribaque noſtro ac Domino *Johanne Eſtatis* dicti *ſancti Petri* monte presbitero Mogunt. & Remens. dioces. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis & ego *Rogerus Johannis* de *duno* caſtro clericus Remenſis dioces. publicus apoſtolica & imperiali auctoritate notarius prefatique Domini *Roberti* auditoris & preſentis cauſe coram eo ſcriba premiſſis omnibus & ſingulis dum ſic ut ſupra leguntur, agerentur & fierent una cum prenominatis teſtibus preſens fui eaque omnia & ſingula aliis occupatus negotiis per alium fideliter ſcribi feci ac de ipſius Domini auditoris licentia & mandato publicavi & in hanc publicam formam redegi meisque ſigno conſueto & ſubſcriptione una cum ejusdem Domini auditoris ſigilli appenſione ſignavi rogatus in teſtimonium omnium premiſſorum & requiſitus In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium premiſſorum preſentes literas ſeu preſens publicum inſtrumentum tranſumptum literarum apoſtolicarum Domini *Lucii* Pape *tertii* ut premittitur continens per notarios publicos ſubſcriptos ſcribi & publicari mandavi ac mei ſigilli appenſione feci communiri Actum & datum *Moguntie* in curia Domini *Ottonis* Scolaſtici eccleſie Mogunt.

ſu-

Digitized by Google

ſupradicti ſub anno nativitatis Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſeptimo indictione quinta pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini Domini *Urbani* Divina providencia Pape *quinti* ſupradicti anno quinto die decima menſis Septembris hora ejusdem diei veſperarum preſentibus honorabilibus & diſcretis viris Dominis *Johanne* Scolaſtico eccleſie *S. Johannis* Mogunt. *Hercelmo* in *Britzinheim* prope Mogunt. *Hartmanno* de *Geylnhuſen* in *Budinsheim* Mogunt. dioces. eccleſiarum parochialium plebanis & *Raymund de Cuſſeln* rectore ſcolarium eccleſie Magunt. ſupradicte teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Johannes Henrici* dictus de *Saſſinhuſen* Magunt. dioceſis publicus imperiali auctoritate notarius quia literarum compulſarialium ſupradictarum preſentationi & receptioni necnon monicioni & reſponſioni ac literarum apoſtolicarum Domini *Lucii* Pape tertii ſupraſcriptarum traditioni & receptioni ac earundem examinacioni necnon omnibus aliis & ſingulis ſupradictis una cum Domino *Henrico* Decano eccleſie *ſancte Marie in Campis* extra muros Mogunt. & teſtibus ſupraſcriptis ac *Henrico* notario publico ſubſcripto preſens interfui anno indictione pontificatu menſe die hora & loco prenotatis & ea ſic quemadmodum preſcribuntur fieri vidi & audivi ideo literas hujus apoſtolicas ſupradictas ad juſſum & mandatum dicti Domini *Henrici* commiſſarii manu mea propria diligenter una cum annotatione ſubſcriptione ſignorum & figurarum in eisdem apparencium & depictorum tranſ-

tranſſumpſi & quia hujus tranſſumptum ad ipſas literas originales fideliter auſcultatum cum eodem concordare inveni in hanc publicam formam redegi meoque ſigno ſolito & conſueto una cum ejusdem Domini commiſſarii ſigilli appenſione ſignavi rogatus ex parte Domini *Hermanni* Abbatis ſupradicti atque requiſitus in teſtimonium evidens omnium premiſſorum.

Et ego *Henricus Huhach* de *Wyſebaden* clericus Mogunt. dyoces. publicus imperiali auctoritate notarius quia literarum compulſorialium ſupradictarum preſentationi & receptioni necnon monicioni & reſponſioni ac literarum apoſtolicarum Domini *Lucii* Pape *tertii* ſupraſcriptarum traditioni & receptioni ac earundem examinationi necnon omnibus aliis & ſingulis ſupradictis ſimul cum Domino *Heinrico* Decano eccleſie *ſancte Marie* in *Campis* extra muros Mogunt. ac teſtibus atque *Johanne* notario publico prenotatis preſens interfui anno indictione pontificatu menſe die hora & loco preſcriptis ac ea ſic prout prenarrantur fieri vidi & audivi ideo me hic manu mea propria ſubſcripſi ſigno quoque meo ſolito ſignavi & conſueto rogatus ſpecialiter & requiſitus.

(aa) Anno Domini MDVI. *Jacobus* Arch. Mog. litteris *Aſchaffenburgi* die quinta menſis Februarii datis commiſit *Ivoni Wittich* permutationem beneficiorum *Ruperti* de *Flersheim* paſtoris in *Wolffskelen* & Philippi de *Flersheim* altariſte altaris *S. Crucis* in eccleſia *ſancti Gingolffi* Mog.

An.

Digitized by Google

An. MDXXI. ad plebaniam parochialis eccleſie ville *Wolfskell* preſentatus . . . per venerabilem & nobilem Dnum *Philippum* de *Flersheim* juris doctorem, cantorem & canonicum eccleſie Spirenſis necnon paſtorem in *Wolffskell.*

(bb) An. MDXX. ad altare *beate Marie Virginis* in *Dornheim* preſentatus . . . . per illuſtrem principem & Dnum *Philippum* Landgravium Haſſie.

(cc) An. MDXVIII. ad altare *beate Marie Virginis* in *Wolffskele* preſentatus . . . . per validum *Dietherum de Gemmingen* armigerum tanquam tutorem honeſte *Barbare de Wolffskelen* filie validi *Hanſonis de Wolffskelen* & eo tutorio nomine tanquam verum Patronum.

(dd) An. MDXX. ad parochialem eccleſiam in *Sweinheim* (Schwanheim hodie) preſentatus . . . . per Dnum Decanum & totum capitulum eccleſie *ſancti Bartholomei* Franckfurdenſis.

Hiſce addimus ex aliis regiſtris:

Preſentatus . . . ad parochialem eccleſiam in Rüſſelsheim.

Ad altare S. Walpurgis *nove capelle in* Geraw.

Ad altare S. Nicolai in Selve.

Ad parochialem eccleſiam in Langen.

Ad capellam S. Crucis *in* Godelaw.

An. MDXXIII. ad altare *S. Jodoci* in *Bidelborn* preſentatus . . . . per Dnum *Philippum* Landgravium Haſſie.

Digitized by Google

Digitized by Google

Sifridus Cantor eccl. S. Mariæ. 1325. — p. 181.
Capitulum S. Gereonis in Colonia 1258. — p. 419.
Sifridus præpositus. 1265. — p. 479.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google